Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Kw
453 K 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

~~II. L. 207~~

AWJ.

de Auct. v. Memoir ad. hist. (ubi personam Banks) et Bayle et Niceron att.

dedicatur liber Reginae Christinae!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3


Laurentij Banck Norcopenſis Gothi
J.U.D. et profeſs. in Acad. Franek.
de
TYRANNIDE PAPÆ,
IN REGES ET PRINCIPES CHRISTIANOS
DIASCEPSIS.
Et mihi et Petro.
Non tibi
ſed Petro
Franequeræ Friſiorum 1649
Apud Ioh. Arcerium Bibliopolam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

LAURENTII BANCK
NORCOPENSIS GOTHI,
Profeſſoris Franequerenſis.

DE

TYRANNIDE PAPÆ

In Reges & Principes Chriſtianos,

DIASCEPSIS.

Cui, in fine addita eſt, Laurentii Vallæ Declamatio.

Ad Sereniſſimam & Potentiſſimam Suecorum, Gothorumquè

REGINAM.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

FRANEQVERÆ,
Impenſis JOHANNIS ARCERI Bibliopolæ, Anno M DC XLIX.
Typis Idzardi Alberti Typographi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

SERENISSIMAE. AC. POTENTISSIMAE. PRINCIPI. AC. DOMINAE.

D. CHRISTINÆ.

D. G. SVECORUM. GOTHORUM. VANDALORUMQUE. DESIGNATÆ. REGINÆ. AC. PRINCIPI. HEREDITARIÆ. MAGNÆ. FINNONIÆ. PRINCPI. ESTHONIÆ. ET. CARELIÆ. DUCI. DOMINÆ. INGRIÆ. PIÆ. FELICI. TRIUMPHATRICI. AUGUSTÆ.

SERE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

*SERENISSIMA ET PO-
TENTISSIMA DO-
MINA,*

REGINA,

DOMINA CLEMEN-
TISSIMA.

MAjeſtatis tuæ jubar, citra ambages ſubeo; id Regia Tua in me facit Clementia, & illa Sceptri Humanitas, quæ cum Majeſtate, de magnitudine jam contendit. Heroicæ quippe tuæ Fortitudini & Potentiæ, quâ non ſemel Or-

bem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

bem contremiſcere feciſti, admirandam in Tuos lenitatem & clementiam addidiſti. Ita Regina Imperio es, ſed ſubditorum Tuorum Mater verius, quàm Domina. Ex uſu Regni Tui, fortis alibi, alibi felix, ubique tamen Clemens eſſe voluiſti. Et quamvis in eâ ſede & arenâ ſtes, quæ diutini belli, tot præliorum, tot Principum, tot Ducum, tot victoriarum area eſt, & circus; nuſpiam tamen in mediis flammis, Bellonæ flammas, Tuos tangere paſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſa fuiſti. Armorum Tuorum fulgore, ac cruento mucrone, territos hoſtes, procul ab Imperii Tui finibus repuliſti. Inter tot armorum Suecicorum ſtrepitus, inter Mavortios furores, inter lituos, & claſſica, inter tubas, & tympana, inter faces, globoſque, galearum haſtarumq́ concurſus, Tuam SVECIAM liberam, ac ab omnibus illis immunem, ſtitiſti. Inter tot mortalium ſingultus, tot inclementioris fortunæ moleſtias, quibus ſeculum hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

agitatur, ſubditis Tuis levamen & firmum præſidium manſiſti. Regni fines, aliquando ſine cruore, ſine ſanguine, dilataſti, rexiſti. Ammiſſas Imperii Tui partes recuperaſti. Novos populos, placitis Tuis ſubieciſti. Eâ demum magnanimitate ſemper fuiſti, ut aliquando majores, interdum iniquiores Fatorum impetus, vel Clementiâ & Lenitate ſuperares, vel eoſdem Tuo Conſiliô & Sapientiâ averteres, ac propulſares. Et Tibi & aliis imperaſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

glorioſum judicans, raro tamen exemplo, conſpirantis in una, Sapientiæ & Fortunæ, Modeſtiæ & Potentiæ, Fortitudinis & Clementiæ. Te vidimus jam diu in Imperio Tuo; FORTEM, FELICEM, CLEMENTEM. Tandem, quicquid magnum dixero, infra magnitudinẽ erit, tantæ Imperantis, quicqud mediocre, minus fuerit Auguſtæ Stirpis gloriâ. Nunc quantum excellis potentiæ & prudentiæ faſtigio, tantnm fas eſt, nos deprimi Regiæ Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

jeſtatis veneratione. Solem in ſublimi poſitum, ex humili tellure contemplamur. Te, in totius Europæ luce poſitam, demiſſi colimus. Aſtra intuemur, quia calore ſuo nos fovent & lumine illuſtrant; Te, Auguſtiſſimum gentis noſtræ decus, cujus Regalis familiæ armis, auxiliis, & potenti brachio, etiamnum pugnamus & triumphamus SVECI, reverenter obſervamus. Cumquè Te, AVGVSTA, ſuſpicimus, Regiarum virtutum Officinam, Regi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

narum Principem, Orbis Amorem, Seculi Gloriam, Militiæ Portentum, Europæ Facem, Svecorum Sidus beneficum & Salutare veneramur; quippe cum terris noſtris, annuendo ea perficere venires, quæ felicitatis omnium ſunt. Et tantò vehementius reflectitur in te amor Regni noſtri, quantò magis illud prior amaſti, & ex quovis periculo hactenus liberaſti. Tot Tibi, AVGVSTA, proſpera Deus adiiciat, quot tu SVECIS Tuis, infortunia ademiſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

emiſti! tot gaudia in Te, ſinumque Tuum, effundat, quot tu triumphos, lætitiæque fructus, in civium Tuorum mentibus, liquiſti; Nec damnum reputa, Clementiam Tuam.

Et veluti Majeſtatis Tuæ Culmini, pro tanto erga patriam, erga Tuos, amore, omnis reverentia, cultuſque debetur, ita eundem, à me deberi, lubens fatebor. Cujus, ut aliquod ſaltem extet documentum, hunc, de *Tyrannide Papæ in Reges & Principes Chriſtianos Tractatum*, in quo bre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

breviter fulgentiſſimum illud decus quo Majeſtas Politica ſplendet, & quam enormiter tanto nitori inſidiati ſint PontificesRomani, delineare auſus ſum, Auguſtiſſimo Tuo Nomini inſcriptum eo, & ad pedes tantæ Majeſtatis ſupplex depono, ac ſubmiſſè peto, ut Sereniſſima Tua Majeſtas, eâ clementiâ eundem dignetur, quâ ſolet omnes conatus honeſtos: ut ſub tanti Nominis clypeo ac patrocinio tutus invidorum tela depellat ac prorſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

contemnat.

Tu interim, AUGUSTA; Svecicæ Gentis æternum decus, Reginarum Fax & Exemplar, diu vive, feliciter impera, FORTIS, FELIX, CLEMENS, VICTRIX, TRIUMPHATRIX; & quam ſperare audeo humilimi obſequii fortunam, largire, quæ omnia SVECIS largita, dum AMOREM, dum CLEMENTIAM, dum PACEM.

Auguſtiſſimi Tui Nominis
Perennitati
Devotiſſimus.
LAURENTIUS BANCK GOTHUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Lector Benevole.

Morare paulum, paucis hic in limine, antequam ad opellæ hujus lectionem acceſſeris, te alloquar, nec enim æquum rerum æſtimatorem decet, importunè in alterius ſcriptum, antequam de Authoris mente parum informatus fuerit, involare. Novi quam *hoc ſit cum periculo conjunctum, vel facere, vel ut alii faciant, occaſionem offerre. Vulgare & valdè tritum, mortalium hâc ætate eſt vitium, judicandi præcipitantia, quâ, quidam in aliorum ſcripta, tanto caloris & livoris impetu ruunt, ac ſi eadem dentibus mox laceraturi, & in partes diſcerpturi eſſent.* Nec *eò hæc dicta velim, quaſi ego eorundem inſultus verear, ac pertimeſcam.* Malè dudum *periiſsèm ac tabuiſſem, ſi ille morbus meos occupaſſet artus, animum potius illi, mihi firmant, ac audentiorem reddunt, cum illis placere nec optem, nec velim, neque enim illi mihi unquam*

ad

ad minimum placuerunt. Sic par pari refertur. Omnia mea eò collimant vota, ut à doctis, candidis, & bonis prober, vel melioris ſaltem affectus notâ, excuſer. Tam varia quippe hominum judicia hodiè invenies, ut omnibus ſimul placere neutiquam poſſis, niſi te ipſum extra mortalitatis conditionem colloces. Illorum aliqui, tam ſunt delicati, ut verborum ac ſententiarum numeros ad exquiſitiſſimam menſuram revocent, qui etiam ſi in puncto vel commate lapſum deprehendunt, piaculum eſſe judicant; Alii verò ſummâ verborum monſtroſitate, ac ſtyli barbarie, lectorem detinent & onerant. Videbis quoſdam inutilibus penitus diſputationibus ac ſubtilitatibus, ſeu potius nugis, in vitâ communi uſum nec minimum habentibus, mancipatos eſſe. Rurſus alios, omnes, etiam neceſſarias controverſias, faſtidire invenies. Multos, tantus ſcribendi pruritus titillat, ut plura quàm ipſi norant in chartas conjiciant ac divulgent; Alii, quaſi ad perpetuum relegati ſilentium, tacent. Quidam, plus quàm Thraſonico more, tantam ingenii & ſcientiæ molem ſibi pollicentur, ut etiam plauſtra ſcriptorũ & compendiariorum, quaſi facultates omnes dudum devoraſſent, promittere audeant, cum interea nil præſtent, vel præſtare poſſint. Multi viciſſim contrario moventur ſpiritu, qui, quamvis longo & aſſiduo labore, ſolidioris eruditionis theſaurum ſibi comparârint, nunquam tamen adhuc ad aliquam

per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

perfectionem ſeſe acceſſiſſe judicant, & illos interim rident. Alii rurſus, alio agitantur genio, ut in tantâ ingeniorum & judiciorum varietate, penitus neſcias quid tibi faciendum reſtet. Quoſcunque enim imitaris, plurimis parum ſapies. Hinc factum, quod multorum doctiſſimi labores, & lucubrationes, lucem nunquam viderint. Interim, cum hactenus ingeniorum illam diverſitatem, ac in judicando facilitatem, cauſam penitus nullam eſſe, quæ ab honeſto propoſito, quempiam revocaret, judicarem; ego me ad hunc, de tyrannide Pontificum in Chriſtianos Principes *tractatum conſcribendum & divulgandum, perſuaderi facilimè ſum paſſus. Vtpote cum ipſe plurima faſtus, ſuperbiæ, & arrogantiæ Pontificum ſpecimina, non ita pridem Romæ ſedente Vrbano VIII. & tempore electionis ac Coronationis præſentis Pontificis Inocentii X. viderim, & notaverim; quæ certè, unumquemque pium & cordatum facilimè moverent. Tot enim peſſimi illi mortales, ad potentiam ſuam ac dominandi libidinem, tutius firmandam, adhuc hodiè comminiſcuntur, quibus, ſimplici & verè occæcato populo, quod illis libet, imponunt, ac penitus dementant, quo fine, quicquid mortalium judicio excelſum habetur, quicquid etiam omnem ſplendorem & magnificentiam redolet, tumidâ ſuperbiâ & faſtu inflati, cum omni majeſtate ſibi ſolis vendicant. Priſcos*

Roma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Romanorum Imperatores, Domitianum, Conſtantinum, Septimium Severum, Titum Veſpaſianum, aliosque, victis ac deletis, ſuis hoſtibus, magnificentiſſimè urbem intraſſe, ac ſolemni pompâ triumphos duxiſſe, legimus. Illos certè hodierni Pontifices, in ſuis proceſſionibus, introductionibus, &, (ut loquuntur) cavalcatis, longiſſimè ſuperant. Ita ut nihil ad ſuperbam dignitatem, ac faſtuoſam gloriam, ipſis deſiderari videatur, ut non Vrbis ſaltem, ſed & Orbis Domini eſſe appareant. Quo verò jure tantam ſibi vendicent majeſtatem, hâc diſquiſitione oſtendere volui, an verò voto & promiſſis ſatisfecerim, æquo aliorum relinquo judicio. Neminem itaque me hic præter Pontifices & eorum mangones tetigiſſe velle, publicè profiteor, & proteſtor; ſi qui malevoli hæc ſcripta, vel quædam illorum, aliorſum trahere velint, illis tantùm non moveor, nec eosdem multum æſtimo. Interim, ſi in aliis alicubi ſum lapſus, aut titubavi, quiſquis candidus es, excuſa. Vetus illud prætendere liceat : Nullum ſine veniâ placuit ingenium. *Novi hominem me eſſe, humani à me nihil alienum judico. Quare, ſat benè mecum agi arbitrabor, ſi mihi inde non laus, ſed venia ſaltem veniat, quam neque æqui rerum arbitri, denegabunt. Quapropter omni humanitate unumquemque hic rogo, ut quicquid in hoc tractatu ipſi ad palatum non fuerit,*

can-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

candidè & ſincerè id mecum communicare dignetur, ſi per literas id fecerit, me omnibus amicitiæ vinculis ſibi mancipatum habebit; ſin publicè, non renuo, dum humaniter fiat, lubens me in his ulterius informari patiar, & ſi quis lapſus inventus, eundem libenter corrigam. Si verò quis acerbius aliquantiſper, me exceperit, nec eundem moror, nec hic moveor. Melius doceri non pudebit à quopiam, etiam cum acerbitate quàpiam, modo veris, quibus hoc præſtet, utatur fundamentis. Præter S. Scripturam, jus civile, & canonicum, in ſcripto hoc, non ſum uſus, niſi quod aliquando ad hiſtoriam, & paucos melioris notæ authores, quorum operâ me in quibusdam uſum fuiſſe, ingenuè fateor, excurrerim. Conciliorum decreta plerumque ex juris canonici textibus allegavi, ac pleraque probationum loca, ex ejuſdem fontibus hauſi, ipſoſque textus maximâ ex parte integros adduxi, ne quis de meâ in allegando fide, dubitaret. Tu itaque quisquis es, æquus, & candidus, diligenter inprimis eosdem, ſi mecum acturus eris, revolve, & in quibus lapſus ſum, tum primùm judica, me poſtea corrige, carpe, modo abſit maledicendi licentia. Veritati enim omnia, nihil ambitioni, nihil oſtentationi, nihil novitatis ſtudio, dedi. Si quid peccatum, illo fine peccatum, publicique commodi cauſâ, quod unicè me ſpectaſſe, etiam quibuſcunque aliis poſthabitis, ſcias. Vnde qui æquus

es,

s, etiam facilis & candidus ſis. Nec lapſo
trocius inſultes. Erigas potius, & in viam
educas. Non refractarium me, ſed paratum
ectis monitis parere, experieris. Momos autem,
& delicatulos illos, qui mirè ſibi ſolis placent,
c nihil præter ſua æſtimant, nil æſtimo, nec curo;
um probè ſciam, quod nulla ſit tam modeſta
elicitas, quæ malignitatis dentes vitare
oſſit. Sortem quippe hanc ſcribentibus commu-
nem eſſe ſatis intellexi, ut nullus penitus, lividos
calumniantium morſus evadat. Nec me propterea
extra illam legem poſitum vel volo, vel de-
idero. Neque etiam procaces illorum lin-
guas unquam me evitaturum ſcio. Sed nec
extimeo quicquam, nec hactenus extimui.
Quin malè feriatos inſipido ſuo judicio ſuoque
animi morbo, relinquo. Perverſa eorum judicia,
contemnere conſultius, quam deprecari. Invidos
verò, magni facio, & maximoperè colo, quia
ab iis magni fio, & felicior reddor. Miſerè periit,
cui illi benè volunt; ſola namque miſeria ca-
ret invidiâ. Quapropter ex animo opto, ut invi-
dos, & invidorum myriades, ſemper habeam, quò
enim magis illi ſpiculis ſuis me pungunt, eò ma-
gis ego lætor, adeò ut plenè dicere auſim: In-
vidiam ubique ſpero, miſericordiam verò
ſemper metuo. Vnum adhuc reſtat, de quo
monendus es, ſcilicet, ut errores, qui præter
omnem ſpem & expectationem plurimi, corre-
ctoris incuriâ, meâque abſentiâ irrepſerant,
can-

candidè excuſes. Nec enim mihi ſemper correctori adeſſe licuit; unde literas tranſpoſitas, inverſas, mutatas, & integra aliquando verba excluſa, reperies. Inſigniora propterea σφάλματα, *quæ te alias in lectione remorari poſſent, relegendo notavi, & ad calcem libri hujus rejeci, minutiora tuo relinquens judicio & candori. Te jam, benevole Lector, pluribus detinere nolo. Aditus ad opellæ hujus lectionem tibi patet. Si placet introi, & cæptum iter perſequere. Vale, & noſtris conatibus fave. Dabam Franequeræ Friſiorum,* XIX *Februarii, Anno* MDCXLIX.

Nobi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Nobiliſſimo, Conſultiſſimo Viro,

D. LAURENTIO BANCK,
Philoſophiæ & J. V. Doctori, ac in illuſtri Friſiorum Academiá, quæ eſt Franequeræ, Juridicæ facultatis Profeſſori digniſſimo, amico & collegæ noſtro,

Romanorum Pontificum Tyrannidem edenti.

ΒΑΓΧΙΑ'ΔΗΣ Βάκχῳ ἐχθρὸς, μούσαις φίλος ἁγναῖς,
Δῶρον Ἀθηναίης, πλείονα δῶρα φέρει.
Γοῦ πρώην, δέλτος Ρ'Ω'ΜΗΣ ἐπινίκια εἶχε.
Μυρία νῦν Ρ'Ω'ΜΗΣ ἄλγεα δέλτος ἔχει,
Ῥωμαϊκῶν τέχνας πολυκερδεῖς δοῦσ' ἱεραρχῶν,
Αἱματόεντα βροτοῖς δόγματα, σκῆπτρα, τύφους.

P. Moll. J. V. D. ac Græcæ Linguæ Profeſſor, & Acad. p. t. Rector,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

In Tyrannidem Papæ,

A Clariſſimo, Conſultiſſimo, Acutiſſimoque Viro,

D. LAURENTIO BANCK, Juris, in Acad. Franek. Profeſſore, taxatam.

TARPEII *tonitrus, ſceptriſque inimica verendis*
Fulmina; quæ vetitos tentaſtis frangere faſces:
Quæ fulvum caput, & rutilos atrare potentes;
Parcite jam crepidas AUGUSTO *figere collo;*
Parcite: nec diræ labefactent Regia Bullæ
Culmina. Quæ chartis celeras ignava cruentis
Turba domi mucronum acies, & cuſpide duro
Ferratos populos, ſuperûmque evertere gentem;
Deſine Tartareis DIVOS *committere lixis:*
Funeſtaſque manus SANCTO *ſcelerare cruore.*
Vel tua, Tartareas ſpirantia teſqua cicutas,
BANKIVS Herculeæ runcabit cuſpide pennæ;
BANKIVS, Italicis nuper qui pervigil oris,
Ipſe tuos præſens, luſtravit ROMA pudores.

DOMINICUS ACRONIUS
à BUMA, Hiſt. Pol. & Eloq. Prof.
in Academiâ Franekeranâ.

LAURENTII BANCK NORCOPENSIS GOTHI.

DE TYRANNIDE PAPÆ In Reges & Principes Chriſtianos, DIASCEPSEOS.

CAP. I.

De duplicis Juriſdictionis diſtinctione.

MAxima quidem in hominibus ſunt Dei dona, à ſuperna collata clementia, *Sacerdotium* & *Imperium*: illud quidem divinis miniſtrans, hoc humanis præſidens. *Nov. 6. in pr.* Quibus duobus totus hic mundus regitur. *c. duo ſunt. c. cum ad verum. diſt. 96. c. ſolitæ. extr. d. Maj. & Obed. c. Eccleſiæ. c. victor. diſt. 97. c. boni principis. diſt. 96.* Actibus enim propriis & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis utriuſque ſunt diſcreta. *c. quoniam. c. de capitulis c. ſuſcipititur. diſt. 10. Matth. 20. 25, 26. & 21. 21. Marc. 10. 14. & ſeqq. & cap. 12. 16, 17. Luc. 22. 25. & ſeqq. Joh. 18. 36. & cap. 6. 15. 1. Pet. 2. 13.* Quæ Juriſdictiones diſtinctiſſimæ, confundi

nec poſſunt nec debent. *l. nemo. 4. Cod. d. Juriſd. & Gloſſ. ibid. in verbo* auxilium. *Auth. d. defens. civ. §. nulla. c. cauſam quæ inter. Extr. qui filii ſint legit. c. pervenit. 11. quæſt. 1.* Adeoque alter non debet alterius Juriſdictionem uſurpare, nec una per aliam impediri vel turbari. *c. novit. extr. d. Judic. junct. l. conſulta divalia. 23. Cod. d. Teſtam.* Sed potius adjuvari *l. à Divo Pio. 15. §. ſententiam 1. ff. d. R. Judic. ubi Gloſſ. Bart. & Zaſ. c. dominus. 24. q. 2. junct. c. fin. circ. princ. eod. c. præcipimus. diſt. 90.* Alieni namque muneris non eſt facienda uſurpatio *c. quod quidam. 1. quæſt. 1.* Sed quilibet ſe ſuis terminis continere debet *c. perlatum diſt. 1. Arg. c. Adrianus. c. Valentianus. diſt. 63. c. quæſitum 23. q. 4. c. ſi duobus §. denique. extr. d. Appell. c. ſicut. extr. d. privil. c. lator extr. qui fil. ſint legit. c. novit. extr. d. judic.* Quodque non prævalet Sacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc impleat per diſciplinæ terrorem: Sæpè per regnum terrenum, cœleſte regnum proficit. *c. principes. 23. q. 5.* Eccleſia enim adverſus ſchiſmaticos à poteſtatibus, à Deo datis defenditur. *c. quando. 23. q. 5. & c. peccat. eod. c. ab Imperatoribus. 23. q. 3. & c. nimium. 23. q. 4.* Ut quod ſacerdotes efficere docendo non valent, diſciplinæ terrore poteſtas extorqueat. *c. Maximinianus. c. noſtri. 23. q. 3. d. c. Principes. 23. q. 5.* Boni namque Principis eſt & religioſi Eccleſias reſtaurare & Dei Sacerdotes tueri. *c. boni principis. diſt. 96.* cognoſcant

noſcant igitur principes ſeculi Deo debere ſe
ationem reddere propter Eccleſiam quam à
Deo tuendam ſuſcipiunt, qui eorum poteſtati
Eccleſiam ſuam credidit. *d. c. principes. 23. q.*
. Arg. c. te quidem 11. q. 1. Et cùm alia ſit
atio cauſarum ſecularium alia divinarum *c. ce-*
lebritatem. diſt. 3. d. conſec. Quæ intra Eccle-
ſiam ſunt judex ſecularis judicare non præſu-
mat *c. denique. c. bene. c. ubinam. diſt. 96.*
Maximè enim diverſa ſunt, Crucifixus & ſum-
ma poteſtas; miles & Sacerdos: Imperator &
Paſtor: Corporalia & ſpiritualia: Arma &
ſacra: Bellum & pax: Cæſar & nuncius:
Princeps & miniſter: Dominus & ſervus. *Lu-*
dov. Imp. in Edict. pub. cont. Joh. XXII. Avent.
lib. 2. Annal. Boj. Unus cum utrumque ſibi
vindicavit, utrumque diſſipavit: nec in uno
profuit, qui in neutro prodeſſe voluit nec po-
tuit. *Abbas Veſperg. in Chron. Matt. Flac. in*
Catal. teſt. ver. Quapropter quæ Deus diſcre-
ta voluit unus ſibi non vendicet, unde Sacerdos
ſibi in Eccleſia demandata curet, Princeps ve-
ro quod ejus tangit officium, Eccleſiam de-
fendendo & rempub. pacatè cuſtodiendo.
Frid. d. Caſt. in Tr. d. poteſt. Sec. & Eccl.

Unde *Auguſt. tract. 2. ad c. 3. Joh.* Mirantur
. quia commoventur poteſtates Chriſtianæ
contra diſſiptatores Eccleſiæ deteſtandos. Sed
ſi non commoverentur, quomodo redderent
rationem de Imperio ſuo Deo? Intendat
Charitas veſtra quid dicam: quia hoc pertinet
ad Reges ſeculi ſcilicet Chriſtianos, ut tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

poribus ſuis pacatam velint Eccleſiam habere, unde ſpiritualiter nati ſunt. *Plura ex eodem Anſelmus lib. 12. cap. 54. & Greg. Preſb. Policarp. lib. 7. tit. 6. & Gratian. c. quando. 23. q. 4.* Unde *Leo Papa 1. Epiſt. 7. ad Leonem Imperatorem*: Cum enim clementiam tuam Dominus tanta Sacramenti ſui illuminatione ditaverit, debes incunctanter advertere, Regiam poteſtatem tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam, ut auſus nefarios comprimendo, & quæ benè ſunt ſtatuta defendas, & veram pacem his quæ ſunt turbata reſtituas. *Idem Epiſt. 29. ad Pulcheriam Auguſtam*: Res enim aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad divinam profeſſionem pertinent & Regia & Sacerdotalis defendat authoritas. *Concilium Matiſconenſe II. ſub Pelagio II.* Convenit ergo *ait*, ut juſtitiæ & æquitatis in omnibus vigore ſervato diſtringat legalis ultio judicum, quos non corrigit Canonica prædicatio Sacerdotum: quo fiat ut cum præterita referantur ſcelera, nullus audeat perpetrare futura: & ita univerſos excedentes, pro diſciplinæ tenore ſervando correctionis fræno conſtringant, ut univerſa regio noſtra, pacis & concordiæ jura percipiat. *Hormiſda Papa ad Epiphan. Conſtantinop.* Clara enim cœleſtis miſericordiæ demonſtratio procedit, quando Reges ſeculi, cauſas de fide cum gubernatione politiæ conjungunt, & Eccleſiarum Duces conferentia ad propriam diſpenſationem memores officii implent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

lent. Talibus directoribus indigebat Chri-
ſtiana religio, poſt procellas diſcordiæ, qui
providentiſſimâ diſpoſitione conquieſcentibus
turbinibus, pacem diu peregrinatam, extra-
poſita hyeme,reducerent. *Idem legitur, in IV. Synod. Conſtantinop. act. 1. & in Decret. Pap.*

Diſtinguunt igitur Patres illi inter poteſta-
tem ſecularem & diſciplinam Eccleſiaſticam;
Principibus cura committitur Eccleſiæ, cujus
tranquillitati ſtudeant, eamque offenſam
ac periclitantem tueri ac defendere velint,po-
tentiâ ſuâ & vi etiam armatâ. *Concilium Char-
taginienſe V. cap. 9.* Ab Imperatoribus univer-
ſis viſum eſt auxilium poſtulandum propter af-
flictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine
intermiſſione fatigatur Eccleſia, ut defenſores
ejus, adverſus potentias divitum, cum Epiſ-
coporum proviſione delegentur. Quod præ-
ſcriptis verbis repetit *Africanum, cap. 42. Ber-
nardus quoque Epiſt. 253. ad Cunrad. Roman.
Reg.* Accingere gladio tuo ſuper femur tuum,
Potentiſſime, & reſtituat ſibi Cæſar quæ Cæ-
ſaris ſunt,& quæ ſunt Dei,Deo; Utrumque in-
tereſſe Cæſaris conſtat ut propriam tueri coro-
nam,& Eccleſiam defenſare ſciat.Alterum Re-
gi, alterum Eccleſiæ convenit advocato. Re-
ctè igitur, *Nicolaus Papa ad Michaëlem Impe-
ratorem ſcripſit:* Quoniam Chriſtus ſic actibus
propriis & dignitatibus diſtinctis, officia pote-
ſtatis utriuſque diſcrevit, volens medicinali
humilitate hominum corda ſurſum efferri,
non humanâ ſuperbiâ rurſus in inferna demer-

gi, ut & Chriſtiani imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus uterentur, quatenus ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret incurſibus, & ideo militans Deo minimè ſe negotiis ſecularibus implicaret, ac viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet negotiis ſecularibus implicatus. *Idem repetit Carolus Calvus in Epiſt. Apolog. quam contra Adrianum II ſcripſit: §. quod & nos juxta. 23. Haiminſfeld. tom. 1. Conſtit. Imper.* Non alio fermè ſenſu *Theodoſius Imperat. ad Cyrillum ſcripſit:* A pietate quæ in Deum eſt, Reipublicæ noſtræ conſtitutio pendet, & multa utrinque eſt Societas. Cohærent enim inter ſe, & altera alterius creſcit incremento, ita ut vera religio juſtitiæ ſtudio, Reſpublica vero utriſque adjuta reſplendeat, &c. *Cyrill. Epiſt. 17.* Præclarè ergo *Michaël Forreſt. in Tract. d. Reg. Pol.* loquitur: Admiranda ſunt illa Dei dona Religio & Poteſtas, iſtâ ad Deum ducimur, hâc tranquillè in terra vivimus.

Inſculpſit enim æternum illud Numen, hominis animo, ut non ſolum divina illa ad cultum religionis ſpectantia agnoſceret, verum etiam ſe regiæ poteſtati ad conſervandam ſocietatem ſubjiceret. *1. Sam. 8. 20.* Sine qua nulla civitas, nec domus nec ipſe mundus eſſe poteſt. *Cic. lib. 3. d. LL.* τὸ γὰρ ἀρχειν, καὶ ἀρχεσθαι, οὐ μονὸν τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ τῶν συμφερόντων ἐστὶ *Ariſt. 1. Pol. c. 3.* Ἐαν γὰρ τοὶ

δικα-

ικαστήρια ἀνέλης, πᾶσαν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀνεῖλες ἡν εὐταξίαν. *Chryſoſt. ad Pop. Antioch. hom. 6.*

Quæ ſublimitas & imperandi majeſtas, non cæco quodam fato, vel nudo hominum pla-ito, ſed à Dei Ter Opt. Max. paterna & ſin-ulari diſpoſitione ortum traxit. Nulla quippe oteſtas niſi à Deo, *Rom. 13. 7.* Conſtitues uper te Regem quem elegerit Dominus Deus uus, *Deut. 17. 15.* Tunc dixit Nathan Da-idi, tu vir ille es, ſic ait Jehova Deus Iſraëlis, go unxi te in Regem ſupra Iſraëlem, & ego e eripui è manu Saulis, præterea tradidi tibi lomum dominorum tuorum. *2. Sam. 12. 7, 8.* Tum dixit ad eum Samuel, ſcidit Jeho-a regnum Iſraël à te hodie, & tradidit illud roximo tuo meliori te. *1. Sam. 15. 28.* Vi-letiſne quem elegit dominus non eſt ei ſimilis n toto populo. *1. Sam. 17. 20.* Vivit Jehova qui ſtabilivit me & collocavit me in ſolio Davi-lis patris mei. *1. Reg. 2. 24.* Et dixit Jehova Salomoni, eo quod fuit hoc apud te, quod non obſervaſti fœdus meum & ſtatuta mea quæ præcepi tibi; omnino lacerabo regnum hoc à te & dabo ſervo tuo. *1. Reg. 11. 11.*

Deus igitur eſt, qui Reges conſtituit & po-nit. *Dan. 9. Proverb. 22.* Per quem Reges regnant & Principes decernunt juſtitiam. *Sap. 6. 4.* Neque alius eſt in cujus manu ſint corda, ut flectat ea, ſicut Nebubochodnozo-ris, *Dan. 3. 91, 92. & ſeqq.* Darii. *Dan. 6. 23, 26. & ſeqq.* aut induret ſicut Pharaonis. *Exod. 6. 10. & cap. 7. 5. & ſeqq. & cap. 8. 19.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

19. ac Regis Sionis. *Deut. 2. v. 30.* Ille namque eſt qui aufert Reges & conſtituit. *Dan. 2. 21.* Ab eo ipſis potentia, & poteſtas ab altiſſimo data. *Sap. 6. 24.* Quibus omnis anima ſubjecta eſt non ſolum propter iram ſed etiam propter conſcientiam. *Rom. 13. 1, 5. Tit. 3. 1. 2. Pet. 2. 13. Sap. 6. 4.* Illis quoque mira præ reliquis à Deo offertur majeſtas. *Exod. 34. 29. & ſeqq. Num. 27. 18, 19, 20. 1. Chron. 29. 25.* Magnificabat enim Jehova Salomonem ſummè, ante oculos totius Iſraëlis, indens ei majeſtatem regiam. *1. Chron. 14. 17.* Saul in alium virum mutatus dicitur, poſtquam in Regem electus erat. *1. Sam. 10. 6, 9, 10.* Et Davidis perſona poſt inaugurationem, auguſtior eſt facta, & accepit ſpiritum à Deo. *1. Sam. 16. 13. Junct. Jud. 6. 34, 35. & ſeqq. Judic. 3. 10.* Et fuit ſuper eum ſpiritus Jehovæ judicavitque Iſraëlem, & *℣. 15.* Die iſto magnificabat Jehova Joſuam in oculis omnium. *Joſ. 4. 14.* Erat autem Joſua filius Nun, plenus ſpiritu ſapientiæ, cum impoſuiſſet Moſes ſuas manus ei, &c. *Deut. 34. 9.* Dominus meus Rex eſt ſicut Angelus Dei. *2. Sam. 19. 28. Hagg. 1. 14. vid. pl. 2. Sam. 14. 21. Exod. 34. 29. & ſeqq. Num. 11. 17, 25, 26, 27, 28, 29. 1. Sam. 10. 6, 9, 26. & cap. 11. & cap. 16. 14. Jud. 6. 34. & paſſim alibi.*

Hinc Irenæus: Ad utilitatem gentilium terrenum regnum poſitum eſt à Deo: cujus enim juſſu homines naſcuntur, hujus juſſu & Reges conſtituuntur, apti iis, qui in illo tempore ab ipſis

pſis regantur. *lib. 5. adverſ. hæreſ. Hoſius Epiſcopus Cordubenſis ad Conſtantium Imperat:* Tibi Deus imperium commiſit: & quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ, &c. *Athan. in Ep. ad Solit. vit. ag. Tertullianus quoque in eandem ſententiam:* Inde eſt Imperator unde & homo antequam Imperator, inde poteſtas illi unde & ſpiritus. *Et paulo poſt:* Nos judicium Dei ſuſpicimus in Imperatoribus, qui gentibus illos præfecit. *Tertull. in Apolog.* Colimus ergo Imperatorem ſic, quomodo & nobis licet & ipſi expedit, ut hominem à Deo, ſecundum, & quicquid eſt à Deo conſecutum, ſolo Deo minorem, &c. *Tertull. ad Scapul. Præſ. Carthag.* Super Imperatorem non eſt niſi ſolus Deus qui fecit Imperatorem. *Optat. Afr. Milev. lib. 3. contr. Parmenianum.* Optimè igitur Patres *Concilii Pariſienſis lib. 2. cap. 5.* Nemo Regum à progenitoribus regnum ſibi adminiſtrari, ſed à Deo veraciter atque humiliter credere debet dari, qui dicit: Meum eſt conſilium & æquitas, mea eſt prudentia & fortitudo, per me Reges regnant & legum conditores juſta decernunt. Quod autem non ab hominibus, ſed à Deo regnum terrenum tribuatur, Daniel Propheta teſtatur dicens: In ſententia vigilum decretum eſt, & ſermo ſanctorum & petitio, donec cognoſcant viventes, quod dominatur excelſus in regno hominum, cuicunque voluerit dabit illud, & humillimum hominem conſtituit

ſuper illud. Item idem loquens de Nabuchodonoſor ad Balthazar: Donec cognoſceret, *inquit*, quod poteſtatem haberet altiſſimus in regno hominum, & quemcunque voluerit ſuſcitabit ſuper illud. *Et per Hieremiam*: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Hæc dicetis ad Dominos veſtros: Ego feci terram & hominem & jumenta, quæ ſunt ſuper faciem terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extenſo & dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Hi vero qui à progenitoribus ſibi ſuccedere regnum terrenum, & non potius à Deo dari putant, illis aptatur quod Dominus per Prophetam improbat, dicens: Ipſi regnaverunt & non ex me, Principes exſtiterunt & non cognovi. Ignorare quippe Dei procul dubio reprobare eſt. Quapropter quiſquis cœteris mortalibus temporaliter imperat, non ab hominibus, ſed à Deo regnum ſibi commiſſum credat.

Bellarminus quoque Magiſtratus Politici authoritatem adverſus *Anabaptiſtas* alioſque nonnullos aſſerens, *cap. 6. & 8. d. Laic. dicit:* Hic error facile refellitur. *Primò* ſcripturis: *Sap. 3. 4.* A Domino data eſt poteſtas vobis, & cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè judicaſtis. *Eſai. 45. 1.* Hæc dicit Dominus Chriſto meo Syro. *Hierem. 27. 6.* Ego dedi inquit Dominus omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis, &c. *Daniel. 2. 37.* Tu es Rex Regum & Deus Cœli dedit regnum tibi. Et *Rom. 13. & 1.*

Pet. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Pet. 2. Apoſtoli Petrus & Paulus docent Regum poteſtatem eſſe à Deo, & illis obædiendum, cum tamen nulli tunc eſſent Reges niſi infideles. *Secundò*, ex Concilio Conſtantienſi *Seſſ. 8. & 15.* Ubi hunc errorem Eccleſia damnavit. *Tertiò*, ex *Auguſtino lib. 5. d. Civit. Dei cap. 21.* Quæ cum ita ſint, *inquit*, non tribuamus dandi regni atque imperii poteſtatem niſi Deo vero, qui dat felicitatem in regno cœlorum non niſi ſolis piis: regnum vero terrenum & piis & impiis, ſicut ei placet cui nihil injuſtè placet. *Et inf.* Qui dedit, *inquit*, Mario, ipſe & Cæſari: Qui Auguſto ipſe & Neroni: Qui Veſpaſianis vel Patri vel Filio ſuaviſſimis Imperatoribus, ipſe & Domitiano crudeliſſimo, & ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Conſtantino Chriſtiano, ipſe Apoſtatæ Juliano. Idem alibi adverſus quoſdam alios. *Denique*, probatur ex ipſorum Pontificum confeſſione. *Leo Epiſt. 38. ad Martianum*, fatetur Imperatorem Martianum à Deo eſſe electum; & *Epiſt. 43. ad eundem*, *ſcribit:* authorem Imperii Martiani Deum eſſe: ſimilia in omnibus ferè Epiſtolis ad Theodoſium, Martianum & Leonem ſibi invicem ſuccedentes Imperatores ſcribit. Idem confirmat *Gelaſius in Ep. ad Anaſtaſ. Nicol. Pap. in Ep. ad Michaëlem Imp. quæ incip. propoſuerunt.* Et ad *Ludov. Imp. Gregorius ad Epiſcopos Sicil. lib. 1. Ep. 1. Alexand. Pap. 1. omnib. Epiſc.* &c. Quod porrò liquidò conſtat ex ipſo Gratiano.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Et quamvis apertiſſimum & claro clarius ſit Regum poteſtatem immediatè à Deo eſſe datam, *Bellarminus* tamen *lib. d. ſummo Pontif. cap. 7. d. Tranſl. Imp. c. 9. In reſponſ. ad 8. propoſ. pro cauſ. Venet. prop. 1. Covarr. pract. quæſt. c. 1. n. 6.* Negant Reges immediatè à Deo ſuam habere poteſtatem, quia ſuccedunt vel *lege hæreditatis*, vel *electionis* vel *donationis* vel *belli Jure*, qui ſunt tituli humani & non divini Juris. Sed *Marſilius in Reſp. ad dict.* §. rectè objicit: Quandoquidem & Papa eligitur à collegio Cardinalium, an propterea ejus inſtitutio ſecundum Bellarminum non eſt immediatè à Deo? Quod is tamen mordicus defendit, nec adducit locum ſcripturæ quo probet, Papæ ſuam poteſtatem immediatius communicari, quam Regibus. Nec valet quod objecerat, quia debuiſſet diſtinguere inter *poteſtatem*, quæ conceſſa eſt Principibus à Deo ſine medio, & *modos* eam poteſtatem acquirendi qui ſunt humani. Ita Spiritus Sanctus datur electis ad miniſterium ſine medio, ſed impoſitione manuum humanarum accedente. Matthiæ Apoſtoli vocatio, procul dubio immediatè erat à Deo: fors tamen interveniebat perinde, ut in electione Saulis, quod exemplum objicit Apologia Magni Regis Brittan. & ex ea *Johan. Bed. c. 1. de droict des Rois.* Proinde licet nobis concludere, rectè à Philippo Galliarum Rege, dictum eſſe, & à Ludovico Bavaro conſtitutum: Juris utriuſque teſtimonia manifeſtè declarant, Imperialem dignitatem & pote-

& poteſtatem, immediatè à filio Dei ab antiquo proceſſiſſe. Hæc ille, *& paulo poſt*. Declaramus igitur, quod Imperialis dignitas & poteſtas eſt immediatè à ſolo Deo, *in Conſtit. d. poteſt. elect. Imper.* Quod & *Fridericus I.* non ſemel ad Papas ſcripſerat. *Sigon. lib. 9. hiſt. Ital. & Card. Cuſan. lib. 3. Concord. Cath. cap. 5.* affirmat, quod Imperatoris celſitudo ſit independens quoad ſui naturam, primò & ſupremò diſtincta à ſpirituali, habens dependentiam immediatam à Deo. *Arniz. d. diſt. dupl. Juriſd.* Plerique vero Canoniſtæ & fictorum Canonum defenſores firmiter contendunt, Regum poteſtatem à Papa Rom. dependere, cum ille ſit qui poteſt transferre Imperia de gente in gentem. *Clement. Paſtoralis. d. Re Judic.* Cui omnes Principes terræ ſubſunt. *c. omnes ext. d. Maj. & obed.* Quia omnia divina & humana jura in ſcrinio ſui pectoris habet recondita. *c. licet. ext. d. Conſt. in 6.* Atque ita nimio ſuperbiæ æſtu inflatus, utramque Juriſdictionem tam Eccleſiaſticam quam Civilem, ad ſe pertinere ſtatuit monachus ille ter mitratus: quod quo jure fiat infra videbimus.

Quod verò declaratam Juriſdictionis diſtinctionem attinet, non facile inventum iri puto aliquem, qui eandem neget vel negare velit, cum & ipſi Canoniſtæ eandem ſupponant ut ſupra probatum ivi, & *Soto. lib. 4. q. 4. art. 1. d. Juſt. & Jur. Bellarm. contr. Barc. c. 2.* ulterius affirment ac probent.

CAP. II.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

CAP. II.

De Papæ Occupata Tyrannide in Eccleſia.

QUanquam inſtitutum noſtrum non ſit, ut multa de poteſtate ejus Eccleſiaſtica diſſeramus cum tamen ficti illi canones, ipſique Canoniſtæ occaſionem nobis offerant, breviter quædam ea de re propoſituri erimus, reliqua ipſis Theologis examinanda relinquentes. Papæ igitur Romano, ab iſtis ſumma in Eccleſia poteſtas affingitur; Cum ſit Ephorus & caput omnium Eccleſiarum. *c. Cuncta per mundum & c. ſeq. c. nemo. 9. q. 3.* Et Epiſcopus totius orbis. *c. Cum ad Sacroſancta Felicis §. per hoc. extr. d. Pænit. in 6to.* Jeſu Chriſti vicarius. *Extrav. Joh. XXII. d. Sentent. Excommunic. c. Inter corporalia c. licet. ext. d. Tranſl. Epiſc.* Succeſſor verus Petri. *c. cum ad Sacroſancta. eod.* Eccleſiæ rector univerſalis. *§. aliorum. 9. q. 3. dict. c. licet. extr. d. Tranſl. Epiſcop. c. ubi periculum. §. ceterum. extr. d. Elect. & Elect. poteſt. in ſext. c. fundamenta. §. decet. eod.* Cardo & caput Eccleſiarum omnium à Domino & non ab alio conſtitutus. *c. Sacroſancta. §. hæc vero. diſt. 22. c. rogamus. 24. q. 1.* Eccleſiæ totius fundamentum. *d. c. rogamus. eod.* Sponſus, Magiſter fidei, Oraculum religionis. *c. quoniam nos juſtitiam. Extr. d. Immun. Eccl. in ſext.* Forma juſtitiæ, Speculum Sanctimoniæ. *Moſcon. lib. 1. d. Maj.*

Mil.

Mil. Eccl. part. 1. *c.* 4. Deus inter homines. *. Satis evidenter. diſt.* 96. Chriſtus Domini. *Gloſſ. in c. cum inter nonnullos in verbo* declaranus *Extrav. Joh.* 22. *d. Verb. Sig.* Qui eſt ejuſdem poteſtatis atque ipſe B. Petrus. *c. Illud Dominus. Extr. d. Maj. & Obed.* Nec aliter debet reputari ſtatutum Papæ, ac ſi ex ore Dei vel beati Petri eſſet prolatum. *c. Sic omnes. diſt.* 19. Solus enim ille Vicarius eſt in terris eoque nullus major. *c. licet. Extr. d. Elect. c. quanto. Ext. d. Tranſl. Epiſc.* Non enim puri hominis, ſed veri Dei vicem in terris gerit. *dict. c. quanto. Extr. eod.* Et omnia non ut homo, ſed ut verus Deus adminiſtrat. *c. ad Apoſtolicæ. §. nos itaque d. Sent. & re Jud. c. Inter corporalia extr. d. Tranſl. Epiſc.* Ideoque ab omnibus eſt ſanctus habendus. *c. Non nos. diſt.* 40. Cum æternæ vitæ Claviger ſit, cui terreni ſimul & Cœleſtis Imperii jura ſunt commiſſa. *c. omnes diſt.* 22. Cui etiam tota Eccleſia parere debet. *c. Nullus. diſt.* 93. Cum Eccleſia ejus ſit Sponſa. *c. quoniam. Extr. d. Immun. in* 6. Si vero Sponſus erraret, & catervas animarum in infernum detruderet, nulli tamen ex eo quærere liceret Papa cur id facis? *c. ſi Papa. diſt.* 40. *d. pœnit. diſt.* 3. *§. perſona. Gloſſ. in c. ad Apoſtolatus. extr. Joh.* XXII. *d. conceſſ. preb.* Ideoque propenſius pro eo orandum, cum ex ipſo dependeat ſalus omnium. *dict. c. ſi Papa. diſt.* 40. Cui ſoli reſervatur tranſlatio Epiſcoporum, & depoſitio. *c. inter corporalia. c. licet, Extr. d. tranſl. Epiſc.* Quia ſecundum plenitu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

pleniṫudinem poteſtatis ſuæ de jure, ſupra jus diſpenſare poteſt. *c. propoſuit* §. *licet. Extr. d. conceſſ. præb. c. ad Apoſtolatus. Extr. Ioh. XXII. d. conceſſ. præb. c. decreto.* 2. *q.* 6. *c. ad honorem. Extr. d. uſu pall. c. cuncta per mundum.* & *c. principalem.* 9. *q. ult.* Et contra Apoſtolum. *c. lector. diſt.* 34. Et contra canones Apoſtolorum. *c. preſbyter. diſt.* 82. Imo contra vetus teſtamentum. *c. ex parte* & *c. ſeq. Extr. d. Decim. Prim.* & *Obl.* Et in juramento. *c. auctoritatem.* 15. *q.* 6. *c. Magnæ. Extr. d. vo.* & *vo. red. c. venientes. Extr. d. Iurejur. c. conſtitutas. Extr. d. reſcript.* Ac voto. *c. de peregrinationis. Extr. d. vo.* & *vo. red.* Etiam in quocunque alio caſu diſpenſat, abſolvit, diſponit. *Clement. ſi ſummus. de Sent. Excomm.* Modo non fiat per participium. *Gloſſ. eod.* Ex injuſtitia facit juſtitiam. *c. ut debitus. Extr. d. Apell. c. non debet. Extr. d. conſ.* & *affin.* Pro libito enim ejuſque beneplacito hæc fiunt. *c. propoſuit. Extr. d. conceſſ. præb.* Nemini igitur licet de ejus judicio diſputare, vel judicare, vel ejus ſententiam retractare. *c. nullus. c. nemini.* 17. *q.* 4. *c. nulla. diſt.* 54. Cum omnes ipſe judicaturus à nemine judicandus. *c. ſi Papa. diſt.* 40. Illi ſoli paſtoralis cura divinitus ſuper cunctas Chriſtiani populi nationes injuncta. *Clement. paſtoralis. d. Sent.* & *re jud. c. paſtoralis. Extr. d. reſcr. c. placuit. Extr. d. Empt.* & *vend.* Quippe cum ad regimen Eccleſiæ univerſalis ſuperna diſpoſitione ſit vocatus. *c. ad univerſal. Extr. comm. d. Treug.* &

pac.

bac. & *tot. tit. Extr. comm. d. præb.* & *dign.* Univerſalis verò eſt Romana Eccleſia. *c. ſancta. Extr. Ioh. XXII. d. rel. dom. c. execrabilis. Extr. Ioh. XXII. d. præb.* & *dign.* Cum ſit ſancta. *c. præceptis. diſt. 12. c. ſancta. diſt. 15. c. in memoriam. diſt. 19. c. ſancta. Extr. Ioh. XXII. d. rel. dom. c. quamvis. diſt. 21.* Imo & Sacroſancta. *in pr. proœm. Extr. in 6. c. Sacroſancta. diſt. 22.* Quia martyrio Apoſtolorum Petri & Pauli fuit conſecrata. *c. quamvis. diſt. 21. c. fundamenta. Extr. d. Elect.* & *Elect. pot. in 6. c. unic. §. ſic* & *alma. Extr. d. reliq.* & *vener. Sanct. d. c. Sacroſancta. diſt. 22.* Eccleſia Romana Evangelica voce Domini & ſalvatoris, primatum obtinuit. *dict. c. quamvis. diſt. 21. dict. c. Sacroſancta. diſt. 22.* Nam Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum diſponente Domino caput eſt & magiſtra. *c. felicis. §. per hoc. Extr. de pœn. in 6.* Imo cardo & caput, cujus auctoritate omnes aliæ reguntur. *c. Sacroſancta. diſt. 22.* Eique ſubſunt, quia ſedes S. Petri ab Antiochia Romam tranſlata eſt. *c. rogamus. 24. q. 1. c. Sacroſancta. eod.* Quare etiam ejus ſedes toto orbe eſt facta venerabilis. *c. aliorum.* & *c. cuncta per mundum.* & *c. ſeq. 9. q. 3.* Illius igitur univerſali Rectori ſubeſſe, eſt de neceſſitate ſalutis. *c. dices. Extr. comm. d. jud.* Quippe cum ſit ejus Vicarius cujus eſt terra & plenitudo Orbis terrarum. *Clement. dudum. d. jud.* & *ibi Gloſſ. c. tua nobis. Extr. d. decim.* Nam ejus judicium ex vultu Dei prodit. *c. ut noſtrum. Extr. ut Eccl. bon.*

ſin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſin. dim. c. ut noſtrum. Extr. d. Apell. Hæc & infinita alia ipſi tanquam Deo à fictis illis canonibus affinguntur: Nec minora ſunt quæ Canoniſtæ ipſi, eidem tribuunt. Eſt princeps principum & Dominus dominantium, Deus in terris & cum eo facit idem conſiſtorium. *Ioh. d. Sylva, in Tract. d. benef. part. 3. q. 8. n. 26. Innocent. Hoſtienſis in c. 4. d. tranſl. præl.* Rex Regum, Dominus Dominorum. *Iſidorus Moſcon. lib. 1. d. Maj. Milit. Eccl. part. 1. c. 1.* Pater patrum. *Moſcon. ibid. 100. Epiſt. 12.* Senum baculus, cæcorum Oculus, mutorum lingua, Scelerum ultor. *Moſcon. lib. 1. d. Maj. Milit. Eccl. part. 1. c. 1.* Pauperum Advocatus, Viduarum Judex, Pupillorum tutor, Oppreſſorum refugium, Miſerorum ſpes. *Moſcon. ibid. cap. 4. pag. 100.* Sanctiſſimus & beatiſſimus. *Loth. ad Nicol. I.* Epiſcopus Epiſcoporum. *Arnob. in Pſ. 138.* Unicè ſummus & ſingulariter generalis. *Petrus Bleſ. Ep. 27.* Inſpector omnium. *Pamph. Abyd. ad Petr. Full.* Conſiliarius neceſſarius Chriſtianorum. *Chryſ. in hom. in SS. Pet. & Paul.* Petrus temporis noſtri. *Orient. in Ep. verſ. à Maſio.* Cingulum comprehendens univerſos Chriſtianos. *Patr. Orient. in profeſſ. fid.* Apex ſupremus Eccleſiarum Dei. *Theod. ad Michaël.* Qui poſt Deum omnibus aliis antefertur. *Menoch. conſil. 51. num. 12. & 13.* Quantiſque culpis alias ſit irretitus, Angelus Dei eſt, & eo amplius Apoſtolorum ſucceſſor & Chriſti vicarius, & quod magis, ipſe Chriſtus. *Claudius Sciſſelius*

Tract.

Tract. cont. Valdenſ. A. D. 1520. fol. mihi 36. Nec Deus, nec Homo eſt: Non eſt Deus ſed ſupra hominem. *Mich. Vulcur. d. Reg. Mund. fol. 273. n. 69. vol. 14.* Debetque præ cæteris conformari redemptori noſtro. *Zabar. Conſ. 147. n. 1. plenè Conſ. 143. n. 2. v. calumniatur. poſtea.* Summus Sacerdos in terris quemadmodum Chriſtus, Rex & vicarius Chriſti. *Stef. Aufr. in Clem. l. d. Off. Ord. n. 40. & ſeqq.* Non ſolum circa terreſtria, Cœleſtia & infernalia vicariatum accepit à Chriſto, ſed etiam ſuper Angelos bonos & malos. *Fel. in c. 1. n. 4. & 5. d. Conſt.* Quod tam firmum ut hodie de neceſſitate ſalutis ſit, illud credere. *Petr. d. Anch. Conſ. 30. n. 2.* Papa n. eſt Pater patrum & nullus prælatus mundi poteſt aliquid ſine autoritate Papæ tacita vel expreſſa. *Bald. Conſ. 175.* Et ideo Papa in bonis Eccleſiarum totius orbis dicitur Dominus, & vendens bona alicujus Eccleſiæ, dicitur vendere rem ejus propriam. *Bald. dict. Conſ. 175. n. 2.* Poteſt locare, adminiſtrare, & pro ſua voluntate diſponere de bonis omnium Eccleſiarum, quicquid enim ab eo procedit, ab ore Dei videtur procedere. *Bald. Conſil. 24.* Quoad Eccleſias poteſt abſolutè auferre dominium & jus quæſitum, ſola voluntate tollere. *Caſtr. Conſ. 288. c. 1. diſt. 22.* Quia dominium rerum Eccleſiaſticarum eſt apud Chriſtum, non autem apud aliquam particularem Eccleſiam, cumque Papa ſit vicarius Chriſti, cum omnimoda poteſtate in terris, & Eccleſia Catholica cujus caput eſt Chriſtus ſit una,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

una cujus principatus eſt apud Eccleſiam Romanam, quæ fuit à Deo immediatè inſtituta, aliæ vero Eccleſiæ tanquam rivuli ab ipſa manarunt. *d. c. 1. diſt. 22.* Et ideo quicquid juris eſt apud particulares Eccleſias id totum apud Papam invenitur. *Caſtr. d. Conſ. 288. per tot.* Cum ergo tantæ potentiæ ſit, ideo *Gloſſ. in præf. Clement.* dicit: Papa nec Deus eſt, nec homo, ſed neuter inter utrumque. Et in *c. fundamenta d. Elect. & Elect. pot. in 6.* Ubi cum in textu ſcriptum eſſet, Papam nulli hominum ſubeſſe, ita ſubjungit: Et in hac parte Papa non eſt homo. Similes ſummæ impietatis farragines propè minumerabiles, congeſſit, *Cardinalis Tuſchus tom. 6. Concl. 40. 41. 42. 43. 44. & ſeqq. uſque ad Concl. 81.* à quarum ſaltem recenſione mens pia & quilibet Chriſtianus meritò abhorret cum meras in Deum blaſphemias & in Chriſtum contumelias contineant. De quibus tamen infra plura videbimus.

CAP. III.

Talem in Eccleſia primatum Papæ, nullo penitus fundamento niti vel defendi poſſe, oſtenditur.

EPiſcopàtus Romani, primatus, hactenus ità à jure canonico & Canoniſtis, ſtabilitus eſſe videba-

videbatur, reſtat, ut diligentius examinemus, poteſtatis illius in Eccleſiam originem.

Duplex illius principatus ac dominatus invenimus fundamentum, PRIMUM. Ex S. Scriptura, ſcribitur enim, *Matth. 16. v. 18. 19.* Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo meam Eccleſiam. Tibi dabo claves regni Cœlorum: Nomine etenim clavium, plena deſignatur Eccleſiam gubernandi poteſtas. Imo Soli Petro eſt dictum, paſce oves meas: *Joh. 24. v. 16.* Petrus etiam ſemper primo loco inter Apoſtolos collocatur, & expreſſè primus nominatur. *Matth. 10. v. 2. Luc. 6. v. 14. Act. 1. v. 13. c. unam ſanct. Extr. Comm. d. Maj. & Obed.* Quicquid autem Petro, id etiam ejus ſucceſſori eſt dictum, qui enim in locum ſuccedit, etiam in jus ſuccedit. *l. quædam 9. §. nihil. ff. d. edend. Arg. l. aliud 160. §. abſurdum. 2. ff. d. R. J. l. in his 175. §. fin. l. nemo 120. ff. eod.* Jam vero Papa Romanus eſt Petri ſucceſſor. *c. licet. Extr. d. Tranſl. Epiſc. c. ubi periculum. §. Ceterum. extr. d. Elect. & elect. pot. in 6. c. fundamenta. §. decet eod. in 6. c. ſic omnes diſt. 19. c. non nos. diſt. 30.* Conſequens igitur eſt ut idem jus pro ipſo militet, quod antea Petrus obtinuit. *Arg. l. illud. 32. in pr. ad L. Aquil.* Quoniam ejuſdem eſt poteſtatis *c. illud Dominus extr. comm. d. Maj. & Obed. Arg. dict. c. ſic omnes Diſt. 19. & d. c. non nos Diſt. 40.*

Verum enimvero quam lubrica hæc ſint fundamenta, quilibet ſanus, ſacris literis medi-

diocri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

diocriter imbutus, videre poteſt. Nulla enim Petro præ reliquis Apoſtolis relicta prærogativa vel ſuperioritas. Etenim omnibus & ſingulis Apoſtolis, commiſſum fuit pari authoritate munus prædicandi. *Matth. 28. v. 19. 20. Joh. 20. v. 21.* Poteſtas ligandi & ſolvendi, *Mat. 18. v. 18.* Miracula edendi. *Marc. 26. v. 19. 20.* Deinde, mota illa controverſia inter Apoſtolos in Synodo Hieroſolymitana, de obſervatione legis Ceremonialis, non à Petro tanquam ſummo capite vel præſide, ſed ab Apoſtolis & univerſa Eccleſia deciſa, & ſententia nomine totius Eccleſiæ, non unius perſonæ publicata erat. *Act. 15. v. 1. 2. 3. & ſeqq.* Quinimo Apoſtolus Paulus, Johannem & Jacobum pares agnoſcit Petro dignitate & authoritate; Cum cognoviſſent, inquit, gratiam mihi datam Jacobus & Cephas & Johannes qui exiſtimantur eſſe columnæ, dextras dederunt mihi & Barnabæ, ad *Gal. 2. v. 9.* Si Petrus Eccleſiæ caput fuiſſet, ratione ordinis & numerationis, Paulus ipſum Jacobo prætuliſſit, nec etiam pari jure ab eodem columnæ Eccleſiæ nominati fuiſſent.

Nihil obſtat dictum *Matth. 26. v. 18.* Tu es Petrus & ſuper hanc Petram, &c. Etenim ſi *Petra* vocabulum ibi intelligitur pro univerſali fundamento, cui tota Chriſti Eccleſia eſt ſuperſtructa, ad Petrum minimè referri poteſt, cum unicum tale Eccleſiæ fundamentum habeamus, etenim aliud fundamentum nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod

uod eſt JESUS CHRISTUS *1.Cor.3.* *.11.* Si vero fundamentum illud ita non li-itatur, quin poſſit ad unumquemque Eccle-æ doctorem, qui in eadem plantanda & am-lianda eſt occupatus, referri, nemo eſt qui ubitat. Quo reſpectu etiam Petrus eſt Petra : fundamentum Eccleſiæ, cum eadem ſit dificata ſuper fundamento Prophetarum & poſtolorum, Angulari lapide exiſtente Jeſu hriſto. *ad Epheſ. 2. v. 20. Apoc. 21. v. 14.* Nec etiam Petrus ratione ſuæ perſonæ ſed hriſtianæ confeſſionis reſpectu, Petra à Chri-to eſt appellatus, quæ ipſi cum reliquis Apo-tolis communis erat. Et quanquam Anacle-us ad omnes Epiſcopos, *Epiſt. 3. c. 3. c. ſacro ancta Diſt. 22.* Scribat, quod inter Apoſtolos iſcretio poteſtatis fuerit, & quod Petro con-eſſum ſit, ut reliquis omnibus præeſſet Apo-tolis, & Cephas hoc eſt caput & principium poſtolatus teneret; Attamen hic Anacleti rror, verbis *Ambroſii ſerm. 66. d. Nat. Pet. & Paul.* Quæ referuntur in ipſo jure Canonico. *c. eati 2. q. 7. refellitur.* Beati Petrus & Paulus, *ait,* minent inter univerſos Apoſtolos & peculiari quadam prærogativa præcellunt: Verum in-er ipſos quis cui præponatur, incertum eſt. Pu-to enim illos, æquales eſſe meritis, qui æqua-es ſunt paſſione, & ſimili eos fidei devotione vixiſſe, quos ſimul videmus ad martyrii gloriam perveniſſe. Refutari etiam Anacletus poteſt propriis ſuis verbis ad Epiſcopos Italiæ *Ep. 2.* quæ reperio in *c. in novo Diſt. 22.* Hic Petrus

ergo,

ergo, *ait*, primus accepit à Domino ligandi & ſolvendi poteſtatem, primuſque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. Cæteri vero Apoſtoli, cum eodem pari conſortio honorem ac poteſtatem acceperunt. Eodem modo exponit *Gregorius in Moral.l. 36.c.6. 2.* Ut invenitur, *c.quia ex ſola. 24.q.1.* Niſi quis fidei ſoliditatem tenuerit, divinam præſentiam non cognoſcit, de qua ſoliditate Dominus dicit: ſuper hanc Petram ædificabo. Idque eodem modo interpretatur *Gloſſ. in c. loquitur. 24. q. 1.* Et ne mirum cuipiam videatur cur Chriſtus ad ſolum Petrum hæc verba pronunciarit, ideo hic interpretationem *Cypriani in Tract. d. unitat. Eccl.* ſubjiciam, quam reperio in *d. c. loquitur 14. q. 1.* Loquitur Dominus ad Petrum, *ait*, ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper iſtam Petram ædificabo Eccleſiam meam: ſuper unum ædificat Eccleſiam, Et quamvis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionum ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat: Sicut miſit me Pater & ego mittam vos: accipite Spiritum Sanctum: tamen ut unitatem manifeſtaret, unitatis ejuſdem originem ab uno incipientem ſua autoritate diſpoſuit, hoc erant utique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi honoris & poteſtatis, ſed exordium ab unitate proficiſcitur, ut Eccleſia una monſtretur. Accedit *Hilarius lib. 6. d. Trinit.* Super hanc inquit, confeſſionis Petram Eccleſiæ ædificatio eſt. Item hæc fides, Eccleſiæ eſt fundamentum &c.

Petra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Petra, inquit. *Origenes* 1. *Tract. in Matth.* eſt omnis qui imitator eſt Chriſti, & ſuper omni ejuſmodi Petra ædificatur Eccleſia Dei in ſingulis enim quibuſque perfectis, qui in ſe habent congregationem verborum & operum & ſenſuum omnium conſiſtit Eccleſia, cui portæ non prævalent inferorum. *Idem Chryſoſt. in cap.* 7. *Matth. hom.* 20. Chriſtus, *ait*, ſapiens vir eſt, qui ædificavit domum ſuam, id eſt, Eccleſiam ſuper Petram, id eſt ſuper fortitudinem fidei. Nam fortitudo fidei Petra dicitur propter quam Simon Petrus dictus eſt. *Et hom.* 55. *in Matth.* Super hanc *inquit* Petram, id eſt, in hâc fide & confeſſione ædificabo Eccleſiam meam. *Et Serm.* 21. *d. pentec.* Tu es Petrus, *ait*, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non prævalebunt adverſus eam, *Super hanc petram*: Non dixit *ſuper hunc Petrum*. Non enim ſuper hominem, ſed ſuper fidem Petri ædificavit Eccleſiam ſuam. Quid enim erat fides Petri? Tu es Chriſtus filii Dei vivi. Petram vocavit Ecceſiam, fluctus ſuſcipientem & non titubantem; Etenim Eccleſia tot ſuſcipit tentationes non tamen vincitur. Quid eſt ſuper Petram? Eſt ſuper confeſſionem, ſuper ſermones pietatis. Eadem fermè repetit. *Auguſtinus ſuper Johannem*, *c.* 10. *ad c.* 21. *c. quodcunque* 24. *q.* 1. Et poſtea clarius exponit in *Tract.* 124. *ſuper Joh. c.* 21. Fundata eſt, inquit, ſuper Petram unde & Petrus nomen accepit. Non enim à Petro Petra ſed Petrus à petra, ſicut Chriſtus non à

Chriſtiano, ſed Chriſtianus à Chriſto vocatur Ideò quippe ait Dominus: ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, quia dixerat Petrus: Tu es Chriſtus filii Dei vivi. Super hanc ergo petram, *inquit*, quam confeſſus ædificabo Eccleſiam meam.

Nec obſtat, *dict. Matth. 16. v. 19.* Quod Chriſtus Petro claves regni Cœlorum verbo futuri temporis, nomine totius Eccleſiæ promiſerit: *Et ego tibi dabo claves regni Cœlorum*, &c. Tunc demum eas ordini hierarchico confert, primò, *Matth. 18. v. 17. 18. Dic. Eccleſiæ*, quæcunque ligaveritis, quæcunque ſolveritis. Secundò per realem miſſionem: Deſignavit Dominus etiam alios diſcipulos ſeptuaginta, miſitque eos binos ante faciem ſuam, &c. *Luc. 20. v. 1, 2, 3.* Similiter *Joh. 17. v. 18.* Ubi poſt Sacræ Cœnæ celebrationem, patrem ſuum alloquitur: *Sicut me miſiſti in mundum* ita & ego *eos* miſi in mundum, & pro *eis* ſanctifico me ipſum, ut ſint & *ipſi* ſanctificati in veritate &c. Quibus verbis ſatis demonſtratur, Chriſtum non tam uni & ſoli Petro, quam unitati, infallibilem clavium poteſtatem detuliſſe. Hoc ſatis *Auguſtinus ſuper Joh. Tract. 5. ad cap. 12. & lib. 7. d. bapt. c. 51. & Cypr. in tract. d. unit Eccl. quæ in Decret. relata ſunt c. quodcunque. c. loquitur. c. alienus c. omnibus. 24. q. 1.* Propterea dicitur, *Johann. 20. v. 21.* Sicut me miſit pater, & ego mitto *vos*: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.

Nec

Nec aliud ex ipſis Apoſtolorum actis de-
onſtrari poteſt, nam in *c. 1. 6. 8. 15. & 21.*
nquam legitur ſolius Petri nomine aliquid
ſtum eſſe quamvis ipſe præſens extiterit. *Ja-*
us non à ſolo Petro ſed ab Apoſtolis ordi-
tus eſt Epiſcopus; Et Anacletus in *Epiſt. 2.*
rro ait Hieroſolymitanorum primus Archi-
iſcopus beatus *Jacobus* qui juſtus dicebatur
ſecundum carnem Domini vocatus eſt fra-
, à Petro Jacobo & Johanne, Apoſtolis,
dinatus eſt. Item in electione *Matthiæ* om-
s Apoſtoli fuerunt, *Act. c. 1.* Quod *D. Hie-*
ymus ſuper Ionam c. 1. & Beda in d. c. 1.
7. explicant, Apoſtolos non niſi collecto
trum cætu, precibuſque ad Deum fuſis id
iſſe. Cum verò ageretur de legalibus veteris
eſtamenti ſervandis vel non, & quæſtio fi-
m tangeret, Jacobus Epiſcopus Hieroſoly-
tanus ſententiam dixit. *Act. 15. v. 25, 29.*
o judico. Quod igitur Jacobus dixit, Petro
ribi non poteſt. Addit enim, viſum Spiritui
ncto & *nobis nihil ultra vobis imponere*, nihil
Petro tangitur. Quod ſi ejus autoritate fa-
m eſſet, Petro ipſi aſcribi opus fuiſſet, ut
nent Canoniſtæ, *in c. in ordinando. c. non*
is. Extr. d. Simon. c. ad Apoſtolicæ. d. re jud.
. c. ubi periculum. Extr. d. elect. in 6. &c.
Idem factum cum viros boni teſtimonii ele-
unt, qui diaconorum officium exercerent,
t. 6. v. 2, 3, 5, 6. Etiam Apoſtoli Petrum
ue Johannem miſerunt, *Act. c. 8. v. 14.* Et
pterea parem habuiſſe dicuntur poteſta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tem, *d.c. 8.* Quia ſervus non eſt major Domino ſuo, neque legatus major eo qui legavit ipſum, *Joh. 13. v. 16. & 15. v. 20. Matth. 10. v. 24. Luc. 6. v. 40.*

Minus obſtat *dict. Joh. 21. v. 16.* Quod Petro dictum ſit, *paſce oves meas.* Pari namque authoritate hæc eadem cura omnibus Apoſtolis demandatur, *Matth. 28. v. 19. Marc. 16. v. 25. 2. Cor. 11. v. 28.* Nihil enim aliud eſt oves Chriſti paſcere, quam eaſdem ad verum Dei cultum hortari, & de via ſalutis informare, & admonere, *Act. 20. v. 28.* Miſſio namque Apoſtolorum æqualis erat *Joh. 20. v. 21.* Imo & Juriſdictio, *2. Cor. 11. v. 28.* Ubi de ſeipſo loquitur Paulus: *Solitudo de omnibus Eccleſiis mihi incumbit.* Denique nec Apoſtoli illum Petri primatum agnoverunt, annotante Paulo ad *Gal. 2. v. 6, 7, 8.* Quod etiam de ſe apertè fatetur Paulus, *2. Cor. 11. v. 5.* Puto enim me nihilo inferiorem fuiſſe ſummis Apoſtolis, Ergo nec juriſdictione inferior ſeu minor aliquo Apoſtolo erat: Nam excommunicavit Corinthum, *1. Cor. 1.* Et inceſtuoſos, Sathanæ tradi mandavit, *1. Cor. 5. v. 5. & c. 5. v. 3.* Ego quidem abſens corpore præſens autem ſpiritu, jam judicavi tanquam præſens, eum qui ſic operatus eſt. Hæc enim omnia ſunt plenæ juriſdictionis. Ideoque illorum reſponſio qui paritatem inter Petrum & Paulum intelligunt de paritate vitæ & ſanctitate converſationis, ſtare nullo modo poteſt: Et *Vlricus Argentinenſis in lib. ſui operis cap. 33.* hanc

inter-

nterpretationem Gratiani, *c. Sacroſancta. Diſt.*
3. Non convenire verbis Script. Sacræ pro-
at. Quoniam redarguere coram omnibus, ad
fficiũ Eccelſiaſticæ dignitatis pertinet. Eos qui
eccant coram *omnibus* argue, ut reliqui time-
nt. *1. Tim. 5. v. 20, 21.* Quod verò de Pau-
dicitur, idem de omnibus Apoſtolis dicen-
um eſt, in quos nullam Juriſdictionem Petrus
Chriſto accepit, nam quæ Petrus geſſit ex
ommuni Apoſtolorum, voto, geſſiſſe certum
ſt, ex *Act. cap. 15. v. 15, 27. & ſeqq.* Imò
tiam ex præcepto Chriſti apparet eum hunc
nter Apoſtolos primatum averſatum fuiſſe.
latth. 23. v. 8. Marc. 12. v. 38. Luc. 11. v.
3. & cap. 20. v. 46. Jac. 3. v. 1. Mal. 1.
. 6. Ne vocemini Rabbi unus eſt enim Ma-
iſter veſter CHRISTUS, omnes autem vos
ſtis fratres. *Et Matth. 20. v. 25.* Scitis quod
rincipes Gentium dominantur eis, & qui ma-
ores ſunt, poteſtatem exercent in eis, non ita
rit inter vos. Idem repetit, *Marc. 10. v. 42.*
Luc. 22. v. 25.

Ergo nec dici poteſt Petro ſuper alios Apo-
olos datam eſſe poteſtatem à CHRISTO,
ict. cap. Joh. 21. v. 18. 19. Per illa verba:
aſce oves meas. Nam D. Auguſtinus in *Serm.*
Vigil. Apoſtolorum Pet. & Pauli: In uno
etro, *ait*, figurari unitatem omnium paſto-
um bonorum, qui ſciant oves Chriſti paſcere
HRISTO non SIBI. Et ſuper *Joh. tract. 50.*
12. quæ verba reperio in *Decert. Gratian.*
quodcunque. 24. q. 1. Quodcunque ligaveris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſuper terra, erit ligatum in Cœlo: ſi hoc tantum Petro dictum eſt non hoc facit Eccleſia, & *paulo inf.* Si ergo hoc in Eccleſia fit, Petrus quando claves accepit, *Eccleſiam ſanctam* ſignificavit: Si in Petri perſona ſignificati ſunt in Eccleſia boni, in Judæ perſona ſignificati ſunt in Eccleſia mali. *Arg. c. ſi Imperator. Diſt. 96. c. Imperatores. 11. q. 6.* Idem *Auguſtinus in Serm. 10. ſuper Johannem*, loquendo de munere oves paſcendi: Hoc Petrus pro omnibus, tanquam perſona unitatis accepit. Et iterum, *in lib. d. Agon. Chriſtian. cap. 30.* Nec ſine cauſa, *ait*, Inter omnes Apoſtolos Eccleſiæ Catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus, huic enim claves regni Cælornm datæ ſunt, & cum ei dicitur, omnibus dicitur: *Amas me, Paſce oves meas.* atque hoc adeo liquidum eſt, ut ipſe *Robert. Bellarm. Contr. 4. q. 3.* Id non concedat modo, ſed & duplici confirmet argumento: Altero, ex *Auguſt. d. Agon. Chriſtian. c. 30.* Petrum figuram fuiſſe Eccleſiæ, hoc eſt omnes paſtores repræſentaſſe; Altero, *ex Leone, Serm. 3. in Anniv. aſſumpt.* Cunctis Eccleſiæ rectoribus Petri formam proponi, Et *Papa Innocent. III. in Concil. general.* Hoc idem fatetur, quod *Gratianus repetit. c. firmiter. §. & hoc utique. Extr. d. ſumm. Trinit. & fid. Cath.* Et hoc utique ſacramentum nemo poteſt conficere niſi ſacerdos, qui ritè fuerit ordinatus ſecundum claves Fccleſiæ, quas ipſe conceſſit *Apoſtolis*, eorumque ſucceſſoribus, JESUS CHRISTUS *Arg. c. quod quidam 1. q. 1.*

c. ſubdi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

. *ſubdiaconus.* §. *ſed illud* 24. *q.* 1. *Gloſſ. ad* *ict. c. firmiter. Extr. d. Trinit. & fid. Cathol.* I-em plane confirmat, dict. *Innocent. III.* . *d. nobis. Extra d. Sent. Excomm.* Eccleſiæ, *it*, Legitur attributa poteſtas ligandi & ſol-endi. Idem clarè repetit, *c. Nova quædam* *ixtr. d. Pœn. & remiſ. ibi*, Quia licet beatiſſi-na Virgo Maria, dignior & excellentior fu-rit Apoſtolis univerſis, non tamen *illi*, ſed *ſtis*, Dominus claves regni Cœlorum commi-it. *Arg. c. ſacratas. Diſt.* 23. *c. mulierem.* 33. *q.* 5. . *mulier. d. Diſt.* 23. *c. Statuimus.* 20. *q.* 2. *c. de* *nonialibus. Extr. d. Sent. Excomm. c. Inſanus.* §. *ria.* 3. *q.* 7. *& c. dilecta. Extr. d. Maj. & Obed.*

Unde & nos vi bonæ conſequentiæ ex dictis leducimus: Cum non *illi* ſed *iſtis*, hoc eſt, non uni ſed omnibus Apoſtolis, eorumquæ ſuc-ceſſoribus. *d. c. nova quædam. Extr. d. pœnit.* *& remiſſ. dict. c. firmiter Extr. d. ſumm. Trin,* *& fid, Cath.* Seu Eccleſiæ dict. *c. à nobis. Extr.* *l. Sent. Excomm.* Poteſtas illa ligandi & ſol-vendi, oveſque paſcendi cura ſit commiſſa, ſponte ſua ruit, quod Canoniſtæ & Pontificum adulatores, hic de Petro ejuſque ſucceſſore Papa Romano ædificare laborant, imo pro-priis ſuis gladiis ſe ipſos hic eviſcerant. Hanc e-nim domum ſi quis corripientem corrigentem-que contemſerit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Pu-blicanus, ſcribit *Aug. lib.* 7. *d. Baptiſm. c.* 51. quod habetur *c. omnib. c. quodcunque.* 24. *q.* 1.

Hinc clariſſimè demonſtratur, nulla ratio-ne verum eſſe, quod juriſdictio Eccleſiaſtica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſit in Eccleſia tanquam Theſſaurus in arca, & quod Petrus receperit claves ut aperiret arcam, quando ei videretur, quaſi exercitium poteſtatis ſoli Petro conceſſum ſit, ſed quod poteſtas in habitu Eccleſiæ conceſſa maneat, atque ita Eccleſiaſtica illa juriſdictio immediatè Apoſtolis, non Apoſtolo, ab ipſo Chriſto ſit data. *c. per principalem. 9. q. 3. c. cum ſit Romana. Extr. d. Apell. c. audivimus. 1. q. 3. c. ſi juſtus. Extr. d. Apell. Ibique Gloſſ. Matth. 28. v. 19. 20. Marc. 16. v. 15. Joh. 20. v. 21. Matth. 18. v.* 18. Idem probat, *Cardinal. Hoſtienſ. in c. officii. Extr. d. Pœn. & remiſſ.* Cum textus dicit claves iſtas datas eſſe *Apoſtolis*, ſubjungit ille, duas eſſe claves, alteram fori contentioſi, alteram pænitentialis; Atque utramque omnibus Apoſtolis datam eſſe affirmat. Idem etiam ſcribit *Scotus in lib. 4. Sentent.* Jam verò utraque jurisdictio tam voluntaria quam contentioſa Apoſtolis competit. *Primò* VOLUNTARIA, ut ſatis probatur per textus modo allegatos, *Matth. 25. v. 19. 20. & cap. 18. v. 18. Marc. 16. v. 15. Joh. 20. v. 21.* Cum Chriſtus Apoſtolis dixit: Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni Creaturæ, baptizantes, &c. Sed baptiſmus eſt ſacramentorum omnium janua & fundamentum, *c. per Catechiſmum. Extra d. cognat. Spiritual in 6. c. præter hoc. §. verum. Diſt. 32. c. veniens. Extr. d. Preſbyt. non baptiſat. Gloſſ. in dict. in c. quicunque. Diſt. 77. & Gloſſ. in dict. c. per Catechiſmum. Extr. d. cognat. Spirit. in*

6to.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

cto. Adminiſtratio autem Sacramentorum, ad Juriſdictionem voluntariam pertinere dicitur; nam prædicare & ſacramenta conferre per totum mundum, & conſequenter in alienis parochiis, nemo poteſt, *c. novit ille. Extr. d. offic. legat. Ibique plenè Gloſſ. Secundò.* CONTENTIOSA. Nam Paulus per ambulans Syriam & Siliciam, mandavit obſervari præcepta Apoſtolorum, *Actor. c. 15. v. 23. 24. & ſeqq.* Verbum verò *præceptum*, juriſdictionem contentioſam ſonat. *c. quisquis. 14. q. 1. c. in his. §. attendentes. Extr. d. verb. ſignif.* Item, *Actor. 16. v. 4.* Paulus & Timotheus, peragrantes urbes, tradebant eis ſervanda placita, quæ fuerant decreta ab Apoſtolis & Presbyteris, qui erant Hieroſolimis. Sed verbum *decretum*, denotat juriſdictionem contentioſam ut notant communiter Canoniſtæ in *c. quæſitum. Extr. d. Tempor. Ordinat. & qual. ordinand. & in c. de quo. Extr. d. Judic.* Porrò, *Matth. 19. v. 28. Luc. 22. v. 30.* Vos qui ſequuti eſtis me ſedebitis ſuper duodecim thronos *judicantes* duodecim tribus Iſraël. Cum igitur Chriſti auctoritate *judicent* propterea ab illo juriſdictionem immediatè habent non verò à Petro, *Arg. c. ad Apoſtol. Extr. d. re jud. in 6to c. in ordinand. c. non ſatis. Extr. d. Simon. & ne aliq. pro Spir. exig. c. ubi periculum Extr. d. Elect. & elect. pot. in 6to.* Ideoque Canones ſemper loquuntur de directione ab Eccleſia facta, ejuſque juriſdictione *c. ipſi Apoſtoli 2. q. 7. c. Canones. diſt. 19. c. ſexagin-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

aginta diſt. 19 *c. ſunt quidam* 25. *q.* 1. Non vero à Petro, quaſi ille ſolus poteſtatem illam immediatè à Chriſto accepiſſet, ut ſcribit, *Petr. d. Palud. in Tract. d. pot. Pap. q.* 8. *art.* 2.

Nec multum nos movet quod ſuperius objiciebatur ex *Mat.* 10. *v.* 2. *Luc.* 6. *v.* 14. *Act.* 1. *v.* 13. *c. unam Sanctam. Extr. Comm. d. Maj. & Obed.* Quod ſcilicet Petrus ratione enumerationis fuerat primus. Illud tamen non ſemper obtinuiſſe patet ex ſupra dictis, imo aliquando ultimo aliquando penultimo loco recenſetur, ut patet ex 1. *Cor.* 1. *v.* 12. *& c.* 3. *v.* 22. *& cap.* 5. *v.* 5. *ad Galat.* 2. *v.* 9. Alia quæ hic à Bellarmino aliisque ejuſdem farinæ hominibus, excipi & proponi ſolent lubens prætereo, eadem Theologis diſcutienda relinquens. *Vid Joh. Gerhard. Tom* 6. *d. Mag. Eccl. n.* 191. 192. 193. *& ſeqq.*

Cum igitur, Urbis Romæ Epiſcopo, ſuprema illa poteſtas atque Jurisdictio, in Eccleſia, à Chriſto non ſit conceſſa, nec video quo fundamento, ſe vicarium Chriſti immediatum & univerſalem dicere vel poſſit vel audeat. PRIMO Cum nec eandem cum Chriſto poſſideat juriſdictionem: Ille enim eſt conſtitutus à Patre ſuper montem Sion, *Pſalm* 2. *v.* 6. Rex eſt, qui regnabit in domo Jacob. in æternum, & regni ejus non erit finis, *Luc.* 1. *v.* 23. Rex eſt, cujus pedibus Deus omnia ſubjicit, quemque conſtituit ſuper omnia caput Eccleſiæ: Quæ eſt corpus ejus, qui omnia implet in omnibus, *Eph.* 1. *v.* 22. *& cap.* 4 *v.* 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

. v 15. & cap. 5. v. 23. Coloſſenſ. 1. v. 18. & cap. 2. v. 10. 19. Jam ſponſi & ſponſæ mariti & uxoris. *Matth. 9. v. 15. Apoc. 18. v. 13. & cap. 21. v. 9. 2. Cor. 11. v. 11. Eph. . v. 24. & ſeqq.* Jam Patrisfamilias & Domeſticorum, *Matth. 10. v. 25, 26. Luc. 13. . 15. Eph. 2. v. 19.* Jam Domini & ſervorum. *Joh. 13 v. 13. 14. 1. Cor. 8. v. 5. 6.* Jam Αρχιπόιμην & ovium, *Ezech. 34. & 37. cap. Joh. 10. v. 10. 11. 1. Pet. 5. v. 4. Hebr. 13. v. 20.* Jam fundamenti ſolidiſſimi & ædificii fundamento iſti ſuperſtructi. *Matth. 16. v. 18. Actor. 4. v. 11. 1. Petr. 2. v. 4. 1. Cor. . v. 11. Eph. 2. v. 19.* Quæ omnia vel de Petro, vel de Papa Romano ſine ſumma impietate vel dici vel affirmari nunquam poſſunt.

SECUNDO, Cum ipſemet Papa, Petrum, Christi vicarium immediatum eſſe aſſerat *c. in novo. diſt, 21. c. quanto. Extr. d. tranſl. Epiſcop. c. ita Dominus. diſt. 19. c. pro humani. Extr. d. homic. in 6. c. Conſtantinus. Diſt. 96.* At oportet mendacem eſſe memorem! Ergo alibi millies mentitus eſt, cum ſe Chriſti vicarium immediatum eſſe diceret. *c. licet. Extr. d. tranſl. Epiſc. c. cum ad ſacroſancta. Extrav. Joh. XXII. d. ſent. excom. c. ut noſtrum. Extr. ut Eccleſ. ben. ſin. dim. conf. c. ad Apoſtolicæ. Extr. d. Sent. & re Jud. in 6. Gloſſ. in c. unam Sanct. Extr. comm. d. Maj. & Obed.*

Aliquando etiam ſe Petri vicarium profeſſus eſt. *c. inter corporalia. c. quanto. Extr. d. Tranſl. Epiſcop. c. ad Apoſtolicæ. §. nos autem. Extr. d. re jud.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

d. re judic. in 6. c. cum ad Sacroſanctæ. Extr. d. Tranſl. Epiſc. c. Conſtantinus. Diſt. 96. c. Ego Ludovicus. Diſt. 63. Ego Ludovicus Imperator Auguſtus, ſtatuo ac concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ, tibi Beato Petro Principi Apoſtolorum, & per te *Vicario tuo Domino Paſcali* ſummo Pontifici, &c. Idem habetur apud. *Nic. Pap. in Epiſt. ad Michaël. Imperat. c. non quales 1. q. 1. & Gregorius, lib. 6. Ep. 31.* Atque promitto *tibi*, & per te ſancto Petro Apoſtolorum principi, atque *ejus Vicario, Beatiſſimo Gregorio* & ſucceſſoribus ipſius, &c. Ut habetur *c. quoties. 1. q. 7.*

At Vicarius Vicarium facere non poteſt, ut expreſſè, *Alexand. Papa III. Norvicenſi Epiſcopo ſcripſit*, quod approbat, *Gregorius IX.* Ut habetur *c. clericos. Extr. d. Off. Vicar.* Et probant omnes Canoniſtæ, *Hoſtienſ. ad dict. c. Clericos. Baldus in Margarita Innocent. in verbo* Vicarius. *Immola in Clementin. 1. nu. 19. & 22. d. offic. Vicar. Rebuff. in Pract. Canon. in verbo*, Forma Vicariatus, *num. 73. Concil. Lateran. pag. 39. c. 3.*

CAP.

CAP. IV.

Idem ex ipſis pontificum Decretis, Decretalibus ac Conciliis probatur.

I.

NIhil igitur hactenus habere potuit Epiſcopus ille Romanus ex S.Scriptura,quo ſuam præ reliquis in Eccleſia Dei miniſtris, præeminentiam munire & ædificare potuit. Si vero ordinationes ac conſtitutiones Apoſtolorum & ipſorum patrum, evolvere voluerimus, clarum quoque evadet, talem primatum, & univerſale dominium ipſi nunquam fuiſſe conceſſum. Apoſtoli enim regiones, provincias, & civitates, Patriarchis Archiepiſcopis & Epiſcopis diſtribuerunt.

Lucius Papa II. *ſcribit*. Urbes & loca quibus primates præſidere debent, non à modernis, ſed etiam multis ante adventum Chriſti ſunt ſtatutæ temporibus, quarum primates etiam gentiles pro majoribus etiam negotiis appellabant. In ipſis vero urbibus poſt Chriſti adventum, Apoſtoli & ſucceſſores eorum Patriarchas vel primates poſuerunt, &c. *c. urbes Diſt. 80. Clemens Papa, ad Jacobum Ep. 1.* In illis civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos, primi flamines eorum atque primi legum Doctores erant, Epiſcoporum primates poni, vel Patriarchas, B. Petrus præcepit, qui reli-

reliquorũ epiſcoporũ cauſas & majora quoties neceſſe foret negotia in fide agitarent. *Et paulo poſt*. In illis autem civitatibus in quibus dudũ apud prædictos erant Archiflamines quos tamen minores tenebant, quam memoratos Primates, Archiepiſcopos inſtitui præcepit. *& infra*. In ſingulis verò reliquis civitatibus ſingulos & non binos vel ternos aut plures, Epiſcopos conſtitui præcepit, qui non primatum, aut Archiepiſcoporum aut Metropolitanorum nomine quia matres Civitatum non tenent, ſed Epiſcoporum tantum vocabulo potirentur. Hoc totum poſtea inter canones relatum, *c. in illis. diſt. 80.*

Anacletus ad epiſcopos Italiæ cap. 2. Leges divinæ & Eccleſiaſticæ in Civitatibus Patriarchas & epiſcopos poni ſtatuerunt. *Et paulo poſt*. Inſtituente Domino formam ordinandi Epiſcopos Apoſtoli tradiderunt & Provinciarum diviſio, aliis ab Apoſtolis & Clemente facta à nobis renovatur. *Item in epiſtola 3.* Apoſtoli ſtatuerunt quis eorum primus ac potior eſſet. *vid. c. ſacroſancta. diſt. 22. c. porro diſt. 66.*

Anicetus Papa Epiſcopis Galliæ. c. 1. Archiepiſcopus nihil de Epiſcoporum cauſis aut de aliis communibus juxta ſtatuta Apoſtolorum, abſque cunctorum illorum agat conſilio. *c. Archiepiſcopus. 9. q. 3. Et Calixtus Papa Epiſcopis Galliæ Epiſt. 2. c. 3. 6.* Nullus Primas vel Metropolitanus dioeceſani Eccleſiam vel parochiam aut aliquem de ejus parochia præſumat excommunicare, vel judicare, vel aliquid

agere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

gere abſque ejus conſilio vel judicio: Sed
oc ob ervet quid ab Apoſtolis ac patribus ac
rædceſſoribus noſtris ſit ſtatutum. Anacletus
uoque Papa ad Epiſcopos Italiæ, *Fp. 2.* Pro-
inciæ multò ante Chriſti adventum diviſæ ſunt
naxima ex parte & poſtea ab Apoſtolis, &c.
. Provinciæ. diſt. 99. Leo x. Anno Domini 1513.
n Concilio Lateranenſi Seſſ. decima. Poſt Chri-
ti aſcenſionem Apoſtoli per ſingulas urbes at-
ue diœſeces Epiſcopos diſtribuerunt, in par-
em ſolicitudinis vocando, & onera gradatim
iſtribuendo, per Patriarchas, Primates, &c.

In conſtituendis igitur & vocandis Eccleſiæ
Epiſcopis ac miniſtris Apoſtoli poſt adventum
Domini, æquale jus in omnibus hiſce locis ha-
uiſſe dicuntur, qua in parte nulla Petri præ-
ogativa & univerſale dominium conſpicitur:
Pręveminentiam enim illam & univerſalis no-
nen & Apoſtoli & Patres maximè averſati ſunt.
Gregorius enim Eulogio Patriarchæ Alexandrino
lib. 7. Eph. 30. in dict. 1. ait. Ecce in præfa-
ione Epiſtolę quam ad me ipſum qui prohibui
lirexiſtis, ſuperbæ appellationis verbum, *u-*
niverſalem me Papam dicentes, imprimere
uraſtis. Quod peto dulciſſima mihi ſancti-
as veſtra ultrà non faciat: quia vobis ſubtra-
itur, quod alteri plus, quàm ratio exigit,
præbetur. Ego enim non verbis quæro pro-
perari, ſed moribus: nec honorem eſſe de-
uto in quo fratres meos honorem ſuum per-
lere cognoſco. Meus tanquam honor eſt, ho-
nor univerſalis Eccleſiœ: Meus honor eſt fra-
trum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

trum meorum ſolidus vigor. Tunc ego verè honoratus ſum cum ſingulis quibuſque debitus honor non negatur. Si enim univerſalem me Papam veſtra ſanctitas dicit, negat ſe hoc eſſe, quod me fatetur univerſum. Sed abſit hoc. Recedant verba quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant. *Vt habetur c. ecce Diſt. 99. Et Pelagius II. Papa, Epiſt. omnib. Epiſcop. à Iohan. Conſtantinop. convocatis.* ſcribit: Nullus Patriarcharum univerſalitatis vocabulo unquam utatur, quia ſi unus Patriarcha univerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed abſit hoc, abſit à fidelis cujuſque mente, hoc ſibi vel velle quempiam arripere, unde honorem fratrum ſuorum imminuere, ex quantulacunque parte videatur, Quapropter charitas veſtra neminem unquam ſuis in Epiſtolis univerſalem nominet, ne ſibi debitum ſubtrahat, cum alteri offert indebitum honorem. *c. nullus. dict. diſt. 99.* In eandem ſententiam ſcripſit. *Anicetus ad Epiſcpos Galliæ.* Nulli Archiepiſcopi Primates vocentur, niſi illi qui primas tenent civitates, quarum Epiſcopos Apoſtoli & ſucceſſores Apoſtolorum, regulariter Patriarchas, & Primates eſſe conſtituerunt, niſi aliqua gens deinceps ad fidem convertatur, cui neceſſe ſit propter multitudinem eorum, primatem conſtitui. Reliquì verò qui aliàs Metropolitanas ſedes adepti ſunt, non primates, ſed Metropolitani neminentur. *c. Nulli. dict. diſt. 99.* Item ex *Concilio Africano c. 6.* Primæ ſedis Epiſcopus non appelletur prin-

rinceps ſacerdotum, vel ſummus ſacerdos, ut aliquid hujuſmodi: Sed tantum primæ ſeis Epiſcopus. *c. primæ. dict. Diſt. 99.*

Ejuſdem rei teſtes inter alios quoque locuetiſſimos habemus ipſa Concilia. *Zonaras. d. anon. quinto Concilii Sardicenſis* loquens, *ait:* Iujus canonis decreto ſummi ſacerdotes antiuæ Romæ, in quacunque cauſa ab Epiſcopis rovocationem ad ipſos dari jactant: ac eunem in prima Nicena œcumenica ſynodo conitum fuiſſe falſò affirmant, quod quidem um in Synodo Carthaginenſi propoſitum fuſet, minimè cum veritate conſentire probaum eſſe, ut ſatis quæ ante canonum expoſionem ab ipſa ſynodo ſunt ſcripta teſtanır. Neque igitur hic canon in Nicœna Synoo editus fuit, neque ad ipſum provocationes b omnibus Epiſcopis, ſed ab eis tantummoo, qui eidem ſubjecti erant, dare oportere ecernit. Romanæ autem Eccleſiæ ditioni, eo empore omnes ferè Orientis Eccleſiæ ſubjiiebantur. Macedoniæ nimirum, Theſſaliæ, lyrici, Peloponneſi, & ejus quæ Epirus icitur: Quæ poſtea in Conſtantinopolitani ıra tranſiêre, ut proinde ad illum provocaones ex his locis referri ſit conſentaneum. *Milavitanum Concilium ab Innocentio I. Papa* pprobatum, ita ſtatuit: Quod ſi ab eis (ſcilier Epiſcopis vicinis) provocandum putavent, non provocent niſi ad Africana concilia, el ad Primates Provinciarum ſuarum. Ad ranſmarina autem (ſcilicet ſedem Romanam)

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

qui putaverit appellandum à nullo intra Africam in communionem ſuſcipiatur.

Quibus clarius nihil legi poteſt, ad probandam ſummam vanitatem & arrogantiam Romanorum Pontificum noſtri ſeculi, qui ſe Eccleſiæ capita, cardines, ſponſos, Univerſales dominos Deique vicarios immediatos vocari ac dici volunt. Hoc ipſum antiquiſſimæ quoque inſcriptiones librorum, Epiſtolarum, bullarum, in Bibliotheca Vaticana reſervatarum, quarum ingentem numerum, ipſe in eadem Bibliotheca Romæ vidi, Anno 1644. abundè & clariſſimè teſtantur, omnes enim Epiſtolæ, *ad Pontifices Romanos*, inſcriptæ leguntur ut: *Sanctiſſimo Patri* BONIFACIO I. *Pontifici Romano. Sanctiſſimo Patri* SERGIO II. *Vrbis Romæ primati, &c.* D. MARCELLINO *Vrbis Romæ Epiſcopo.* PASCHALI II. *Pontifici Romano.* Quo tempore tales inſcriptionum formulæ, quales hodiè extant, penitus erant incognitæ. Hac quippe noſtra ætate inveniuntur Inſcriptiones hoc modo compoſitæ: *Sanctiſſimo & Beatiſſimo Domino Noſtro* PAULO V. Vice Deo & Chriſtianæ Reipublicæ Monarchæ univerſaliſſimo, Quales multæ inveniuntur in Monaſteriis Romæ & in Bibliothec. Vatic. Huic ſimilis erat titulus libro cuidam præfixus quem Bononiæ & vidi & legi *Sanctiſſimo & Beatiſſimo Patri* BONIFACIO VIII. *Pontifici Optimo, Maximo, Terreſtris & Cœleſtis Imperii Rectori univerſaliſſimo, Dominici Gregis Paſtori ſummo.* Item *Domino*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

mino Noſtro URBANO VIII. *Sanctiſſimo ac Be-
atiſſimo, Patri Patrum Epiſcopo Epiſcoporum
unicè ſummo, & ſingulariter generali, Inſpe-
ctori omnium, Conſiliario neceſſario Chriſtiano-
rum, Petro temporis noſtri, Apici ſupremo Eccle-
ſiarum Dei, Cingulo comprehendenti univerſos
Chriſtianos, &c.*

His & ſimilibus titulis & Epithetis nunquam
erant inſigniti ipſi Apoſtoli qui ſolum erant
nuntii & præcones mandatorum Chriſti, qui
que quo officio ipſorum ſatisfieret, per totum
terrarum orbem erant miſſi, nunquam enim
legitur aliquem ab ipſo conſtitutum fuiſſe Ar-
chinuncium ſeu Archipræconem, præſertim
mutum & quieſcentem, qui Romæ deſes &
gnavus quæ à cæteris ubique terrarum geſta
eſſent ſuorum emiſſariorum & adulatorum re-
latione acciperet, ſuæque interea ambitioni,
luxuriæ ſuperbiæ indulgeret ac ſerviret.

Accedit & illud, ſi Chriſtus principatum a-
liquem univerſalem ſeu unum totius Eccleſiæ
caput inſtituiſſet, Nemo dubitat quin Eccle-
ſia primitiva, tale inſtitutum ad poſteros man-
daſſet, vel ſaltem ejus mentionem feciſſet. Vi-
demus attamen, etiam antiquiſſimas ſynodos,
Nicenam, *Conſtantinopolitanam*, *Epheſinam*,
Calcedonenſem, ita ordinaſſe, ut ſingulis ci-
vitatibus ſinguli darentur Epiſcopi, ſingulis
provinciis ſinguli Archiepiſcopi, pari omnes
authoritate, dignitate, juriſdictione, gradu
ac poteſtate, ut ex *Synod. Nicen. cap.* 6. τὰ
ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Ἀγύπτῳ καὶ Λύβιῃ

ὥςε

ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν: ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστιν, ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιοχείαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταις ἐκκλησίαις: Antiquus mos obtineat, qui in Ægypto & Lybia & Pentapoli eſt, ut qui Alexandriæ eſt Epiſcopus, habeat iſtorum omnium poteſtatem: quando quidem & Epiſcopo qui Romæ eſt, hoc conſuetum eſt; Similiterque & Antiochiæ, & in aliis præfecturis, has primas ſervari Eccleſiis. Hoc repetit etiam *Gratianus ex d. Conc. c. mos Diſt. 65.* Joannes autem Zonaras Monachus Græcus, hunc canonem ſic explicat; Antiquas conſuetudines, quod aliis quoque poſteriorum legumque civilium decretis cautum eſt, retineri vult canon. Alexandrinum igitur Epiſcopum iis, qui in Ægypto, Lybia ac Pentapoli ſunt, præſidere, Antiochenum ſubjectis ſibi provinciis, Syriæ nimirum, Cæleſyriæ, Ciliciæ utrique, Meſopotamiæ, ac alios Epiſcopos ſuis quemque regionibus, quemadmodum & Eccleſiæ Romanæ præſes in Occidentales provincias pinciparum diuturna conſuetudine, obtinet, præeſſe jubet.

Nec etiam illa poteſtas vel ſuperioritas in ſynodo Conſtantinopolitana erat extructa ut patet ex ejuſdem ſynodi *cap*, 2. Epiſcopi quibus ſua diæceſis attributa eſt, ne in Eccleſias quæ extra fines ſuos ſunt ſe inferant, neve Eccleſias confundant, ſed ſecundum Canones, Alexandriæ quidem Epiſcopus, ea tantum quæ in Ægypto

ꝛpto ſunt, gubernet: Orientis autem Epi-
ppi ſolum orientem adminiſtrent; conſer-
turque ſua Eccleſiæ Antiochenæ dignitas,
uæ in Nicæna ſynodo declarata eſt. Et Epi-
opi Aſiæ dioeceſis ſeu præfecturæ, ea tan-
m quæ in Aſia ſunt gubernent: Qui in Ponto
nt, quæ in Ponto tantum. Thracii verò ea
uæ ſunt in Thracia. Epiſcopi autem niſi ad-
cati ne in alienam dioeceſin & præfecturam
inferant, ſive ad ſuffragia, ſive ad alias ul-
s adminiſtrationes Eccleſiaſticas. Quod ſi
ædictus canon ſuper præfecturis & dioeceſi-
us conſervetur, perſpicuum eſt quod cujuſ-
ue provinciæ negotia unaquæque ſynodus
ovincialis gubernabit. Quemadmodum à
nodo Nicæna conſtitutum eſt. Idem videre
cet conſtitutum eſſe ab Imperatoribus, *Gra-
ano, Valentiniano & Theodoſiano in l. 3. C.
heod. d. § fid. Cathol.* Idem etiam liquet ex
*nodo Conſtantinopolitana tertia quam Trul-
nam appellant*, quæ ita ſtatuit. Ἀνανεούμενοι
ἱ παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων
τῇ θεοφυλάκτῳ ταύτῃ βασιλίδι συνελθόντων,
τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνα-
οισθέντων τῶν νομοθετηθέντα ὁρίζομεν, ὥστε Κων-
ιντινουπόλεως θρόνον τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων
πρεσβυτέρας Ῥώμης θρόνου, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλη-
σιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον μεγαλύνεσθαι πράγμασι,
ύτερον μετ' ἐκεῖνον ὑπάρχοντα, μεθ' ὃν ὁ τῆς Ἀλε-
νδρέων ἀριθμείσθω θρόνος, εἶτα ὁ τῆς Ἀντιο-
ων καὶ μετὰ τοῦτον ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως:
enovantes que à CL ſanctis Patribus in hac à

Deo

Deo cuſtodita urbe regia & DCXXX. Chalcedone congregatis decreta fuerunt decernimus, ut ſedes Conſtantinopolit., iiſdem honoris privilegiis fruatur quibus ſedes veteris Romæ, & in Eccleſiaſticis negotiis æquè atque illa emineat; cum ſit poſt illam ſecunda, poſtquam magnæ illius Alexandrinorum Urbis ſedes, deinde Antiochenſium, & poſt hanc Hieroſolymitanæ Urbis ſedes numeretur. *Synod. General. 6. Can. 36.*

Nec dominatum illum aſtruit Epheſina ſynodus *Anno Chriſti 431.* celebrata. Ibi, *cap. ult.* Viſum eſt ſanctæ & univerſali ſynodo, ſervando unicuique provinciæ pura & integra iura, quæ ad ipſam pridem & ab initio pertinent; ſecundum morem qui jam pridem obtinuit.

Neque tandem Calcedonenſis *Anno Chriſti 451.* habita eò inclinat, ſed ſaltem adæquationem Epiſcoporum urriuſque Romæ inſtituit. *Concil. Chalced. can. 28.* His verbis Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν συναχθέντων ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ γενομένου βασιλέως ἐν τῇ βασιλίδι Κονσταντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομέν τε καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς Κονσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης. Καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα. Καὶ τῷ

αὐτῷ

τῷ σκόπῳ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεο-
έστατοι ἐπίσκοποι τὰ ἴσα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας
μης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, &c.
ique Sanctorum Patrum definitiones ſe-
entes, & modo lectum canonem centum
nquaginta Dei amantiſſimorum Epiſcopo-
, qui tempore Theodoſii Imperatoris,
memoriæ, in regia civitate Conſtanti-
oli nova Roma congregati fuerunt, a-
ſcentes; Eadem & nos definimus, decerni-
ſque, de prærogativis ſanctiſſimæ Eccle-
ejuſdem Conſtantinopoleos novæ Romæ.
nim throno ſenioris Romæ, propterea
d Urbs illa imperaret, Patres rectè præ-
ativas tribuerunt: Et eadem contempla-
ne moti, centum quinquaginta illi Dei a-
ntiſſimi Epiſcopi, æquales prærogativas
ctiſſimo novæ Romæ throno tribuerunt, re-
judicantes ut ea civitas quæ tantum hono-
adepta eſt, ut & ſedes eſſet Imperii &
atum haberet, etiam parem dignitatis
dum obtineret, atqui antiqua ſedes impe-
Romani obtinet; In Eccleſiaſticis quoque
otiis parem atqui illa honorem & dignita-
obtineat cum poſt illam ſecunda ſit. Idem
rio in *Conſtantinopolitana Synod. cap. 5. &*
ad c. coſtantinopolitana. Diſt. 22. relatum.
nſtantinopoltanæ civitatis Epiſcopum, ha-
oportet primatus honorem, poſt Ro-
num Epiſcopum propterea quod ſit nova
na. Interim cum Canoniſtæ videant, hunc
onem adeo ſibi eſſe inimicum & primatum

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſedi Romanæ detrahere, eundem omnibus modis è jure canonico exſtirpare laborant; quare ita ſubjungit Gloſſator Greg XIII. *Canon hic ex iis eſt, quos Apoſtolica Romana ſedes à principio & longo poſt tempore non recipit, quod ex Epiſt. 51. alias 53. Leonis Papæ I. ad Anatolium Conſtantinopolitanum, & aliis ejuſdem Epiſtolis facile eſt cuivis cognoſcere: Itemque ex duabus Epiſtolis Leonis IX. una adverſus præſumptiones Michaëlis & Leonis cap. 28. Altera ad eundem Michaelem. Sed multò clarius ex Gregorii Epiſt. 31. lib. 6. ad Eulogium Alexandrinum & Anaſtaſium Antiochenum: Atque ex Epiſtola Nicolai I. ad Michaëlem Imperatorem quæ incipit*, propoſueramus. *Quanquam Conſtantinopolitani Epiſcopi, Imperatorum potentiâ freti, ſecundum locum patriarchalium ſedium ſibi uſurparunt. Idque tandem pacis ac tranquillitatis cauſâ ipſis fuit conceſſum, ſicut in c. antiqua Extr. d. privil. Innocent. Papa III. declaravit.* At fruſtra hic laborat Gloſſator canonem hunc Pontificum ex Epiſtolis expungere, cur non eâdem quoque authoritate, *c. Conſtantinus. Diſt. 96.* qui aliis eſt palea, & *c. ego Ludovicus. Diſt. 63.* & infinita alia loca delet ac corrigit? Quia ſcilicet hi ementiti Canones potentiam & majeſtatem Pontifici Romano affingunt, *dict.* verò *c. Conſtantinopolitana. Diſt. 22.* primatum illi minuit; Egregium canones corrigendi ac expungendi artificium! Cum verò addit, quod Conſtantinopolitani Epiſcopi Imperatorum potentiâ freti, ſecun-

cundum locum patriarchalium ſedium ſibi urparunt. Miror & ego anne eodem artifi- Romanus Paſtor ſuum caput erexerit, ſcili- t Imperatorum Romanorum potentiâ & nitate fretus, & propterea quod Imperium omanum præ reliquis maximè floruit.

Et ne evadendi occaſio Gloſſatori detur, *ct. c. conſtantinopolitana. diſt. 22.* ſatis defen- & ſtabiliri poteſt, *ex l. Conſtantinopolitana. 4. Cod. d. Sacroſanct. Eccl.* Conſtantinopo- ana Eccleſia omnium aliarum eſt caput. Et erum, *Novell. 131. c. 2.* Ideoque ſancimus ſe- undum (earum ſcilicet quatuor primarum Sy- odorum generalium) definitiones, ſanctiſ- num ſenioris Romæ Papam, primum eſſe mnium ſacerdotum: Beatiſſimum autem rchiepiſcopum Conſtantinopoleos, novæ omæ; ſecundum habere locum poſt ſan- am Apoſtolicam ſeniores Romæ ſedem: a- s autem ſedibus omnibus præponatur, *vid. uoque cap. 3. & 4. d. Nov. 131. & Nov. 11. r tot.* Idem quoque apparet *in c. renovantes. iſt. 22.* Renovantes S. Conſtantinopolita- decreta Concilii, petimus ut Conſtantino- olitana ſedes ſimilia privilegia quæ ſuperior oma habet, accipiat, nec non in Eccleſiaſti- s rebus magnificetur ut illa: ſed hæc ſecun- a poſt illam exiſtens, prius quam Alexandri- a ſedes numeretur: deinde Antiochena, & oſt eam Hieroſolymitana. Hoc ipſum quo- ue in VIII. Synodo, habita ſub *Hadriano apa II. can. 21. c. definimus, dict. diſt. 22.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Definimus neminem prorſus mundi potentum quenquam eorum qui patriarchalibus præſunt Sedibus, inhonorare, aut movere à proprio throno tentare: Sed omni reverentiâ & honore dignos judicare, præcipuè quidem Sanctiſſimum Papam ſenioris Romæ, Deinceps autem Conſtantinopoleos Patriarcham, deinde verò Alexandriæ ac Antiochiæ ac Hieroſoly morum.

Zonaras de canone quinto Concilii Sardicenſis loquens ait: Hujus canonis decreto ſummi Sacerdotes antiquæ Romæ in quacunque cauſa ab Epiſcopis provocationem ad ipſos dari jactant; ac eundem in prima Nicæna œcumenica ſynodo conditum fuiſſe falſò affirmant, quod quidem cum in ſynodo Carthaginenſi propoſitum fuiſſet, minimè cum veritate conſentire probatum eſt, ut ſatis qui ante canonum expoſitionem ab ipſa ſynodo ſunt ſcripta teſtantur. Neque igitur hic canon in Nicæna Synodo editus fuit, neque ad ipſum provocationes ab omnibus Epiſcopis, ſed ab eis tantummodo, qui eidem ſubjecti erant, dare oportere decernit. Romanæ autem Eccleſiæ ditioni eo tempore omnes ferè Orientis Eccleſiæ ſubjiciebantur, Macedoniæ nimirum, Theſſaliæ, Illyrici, Peloponneſi, & ejus, quæ Epyrus dicitur: Quæ poſtea in Conſtantinopolitani jura tranſiêre ut proinde ad illum provocationes ex his locis referri ſit conſentaneum: Hinc factum quod cum Pſeudoepiſcopi quidam Africani, Eccleſiæ Africanæ cenſuras

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

...clinaturi ad Cornelium Epiſcopum Romanũ
...nfugiſſent, *Cyprianus Edit Pariſ. Epiſt. 18.*
...mel. 35. graviter apud eum conqueſtus ſit,
...apropter extra metas excurrenti, frenũ quo-
...e injecit: Et ſi *inquit*, pſeudoepiſcopi, na-
...gare audent, & ad Petri cathedram, atque
... Eccleſiam principalem, unde unitas ſacer-
...talis exorta eſt, à ſchiſmaticis & profanis lit-
...ras ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos,
...uorum fides Apoſtolo prædicante laudata
...) ad quos perfidia non poſſit habere acceſ-
...m, nam cum ſtatutum ſit ab omnibus nobis,
...OBIS *inquit*, & æquum ſit Pariter ac juſtum,
... uniuſcujusque cauſa illic audiatur, ubi eſt
...men admiſſum & ſingulis paſtoribus, por-
... gregis ſit adſcripta, quam regat unuſquiſ-
...e & gubernet, rationem ſui actus Domino
...dditurus, oportet utique eos, quibus præſu-
...us non circumcurſare, nec Epiſcoporum con-
...rdiam, *Cornelii & Cypriani nimirum*, cohæ-
...ntem, ſuâ ſubdolâ & fallaci temeritate col-
...lere ſed agere illic cauſam ſuam, ubi & accu-
...tores habere & teſtes ſui criminis poſ-
...nt, niſi ſi paucis deſperatis & perditis
...inor videtur eſſe authoritas Epiſcoporum in
...frica coſtitutorum, qui jam de illis judica-
...runt, & eorum conſcientiam, multis de-
...torum laqueis vinctam, judicii ſui nuper
...avitate damnarunt: Hæc ille. Quâ Cypria-
... ſententiâ, omnes tranſmarinæ appellationes,
...l ipſam Petri Cathedram irritæ pronuncian-
...r, ut ex aliis quam plurimis ejuſdem Autho-
 ris

ris locis clarè conſtat. Nemo noſtrum, *inquit*, Epiſcopum ſe eſſe Epiſcoporum conſtituit, aut tyrannico errore, ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit. *Cypr. in Conc. Carthag. d. Sent. Epiſc. Ep. 73. Edit. Pariſienſ.* Divina namque & paterna pietas nobis Apoſtolatus ducatum contulit: *Ipſi Cypriano Epiſcopo Carthaginenſi ſcribens*: Et variam Domini ſedem cœleſti dignatione ornavit. *Idem d. Aleat. Ep. 96. edit. pariſ.* Chriſtus dicit ad Apoſtolos, & per hoc ad omnes præpoſitos, qui Apoſtolis vicariâ ordinatione ſuccedunt, qui audit vos me audit. *Idem ad Pupien. Epiſt. 66. Edit. Pariſ.* Habeat, *igitur*, omnis epiſcopus pro licentiâ libertatis ſuæ arbitrium proprium, tamque judicari, ab alio non poſſit, quam nec ipſe poteſt alterum judicare. Sed exſpectemus univerſi judicium Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui unus & ſolus habet poteſtatem, & præponendi nos in Eccleſiæ ſuæ gubernatione, & de actu noſtro judicandi. *Idem in Concil. Carthag. Ep. 73. edit. Pariſ.* Quapropter poſt ejus deceſſum Eccleſia Africana ita decrevit: Primæ ſedis Epiſcopus, non appelletur Princeps ſacerdotum aut ſummus ſacerdos aut aliquid hujuſmodi. *Conc. Afr. act. 6.*

Hinc factum, quod cum Taraſius Epiſcopus Conſtantinopolitanus Romano Epiſcopo ſcripſerat, non ſuperiorem ſe ſed comminiſtrum vocaverit, ut patet ex *c. eos qui. 1. q. 1. in med.* Τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ, ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Ἀδριανῷ Πάπᾳ τῆς Πρεσβυτε-

ντέρας Ῥώμης. Ταράσιος ἀνάξιος ἐπίσκοπος
ονσταντινουπόλεως ἐν κυρίῳ χαίρειν. Fratri &
omminiſtro uſque quaque ſanctiſſimo Domi-
o Adriano Papę veteris Romæ. Taraſius in-
gnus Epiſcopus Conſtantinopolis novæ Ro-
æ, in Domino ſalutem.

Sozimus Papa ab Africanis tres canones
oncilii Nicæni exequutioni mandari petebat:
num de appellationibus Epiſcoporum ad E-
iſcopum Romanum: Alterum de appellatio-
ibus Preſbyterorum & minorum Clericorum
d Epiſcopos vicinos: Tertium de non eundo
d Comitatum. Afri vero habito Concilio
C. & XVII. Epiſcoporum (è quorum nu-
ncro erat Auguſtinus) Bonifacio, qui So-
imo ſucceſſerat reſponderunt, ſe undique
onquiſitis exemplaribus ſynodi Nicænæ nil
ale reperire, ſe tamen ſcripturos, ad Patri-
rchas Orientis ut ad ſe mittant authentica
Concilii hujus exemplaria: Autographa poſtea
acti à Cyrillo Alexandriæ, & Attico Con-
tantinopolis Epiſcopis, quæ ipſe Marcus Papa
d Athanaſium alioſque olim miſerat, men-
acium de plano convincunt, ac denuo de-
ernunt: *Non provocandum ad tranſmarina
udicia, qui ſecus facit à nullo intra Africam
n communionem ſuſcipiatur.* Ubi *Tranſmari-
na* explicat Balſamon, *Romana.* Poſtea vero,
Patres illi Africani, pro ſua ſingulari modeſtia
& humanitate, Celeſtino Papæ qui Bonifacio
ucceſſerat, ad hunc modum ſcribunt. Præ-
ato itaque debitæ ſalutationis officio, impen-

dio deprecamur, ut deinceps ad veſtras aures hinc venientes non facilè admittatis, nec à nobis excommunicatos, in communionem ultra velitis excipere: quia hoc etiam Niceno Concilio definitum facilè advertat venerabilitas tua. Nam etſi de inferioribus Clericis vel Laicis videtur tibi præcaveri; quanto magis hoc de Epiſcopis voluit obſervari, ne in ſua provincia communione ſuſpenſi à ſua ſanctitate vel feſtinato vel præproperè vel indebitè videantur cummunioni reſtitui; Preſbyterorum quoque & ſequentium Clericorum improba refugia, repellat ſanctitas tua, ſicut te dignum eſt, quia & nulla Patrum definitione hoc Eccleſię derogatum eſt Africanę, & decreta Nicæna, ſive inferioris gradus Clericos, ſive ipſos Epiſcopos ſuis Metropolitanis apertiſſimè commiſerunt, &c. *Vid. concil. Carth. 6. & African.* Si tres iſti Pontifices, *Zozimus*, *Bonifacius & Celeſtinus*, ſibi vel minimum in ſcripturis præſidii fuiſſe exiſtimaſſent; Nunquam procul dubio Eccleſiæ canones, præſertim falſos, tanto cum famæ ſuæ periculo, labore ac ſumptibus, tot annis aſſerendo ſuo juri protuliſſent, quod ſtatim ex jure Divino, nullo negotio potuiſſet determinari, multo minus his depulſi præſidiis, ad ſacras litteras non confugiſſent, quas eorum poſteri ad ravim & nauſeam uſque inculcant.

In *ſexta Synodo Carthaginenſi* cui *S. Auguſtinus* præfuit, *cap. 104.* Adverſus Papam ſancitum eſt; *Ne ex traſmarinis Eccleſiis ad ipſius*

ſedem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

dem provocaretur, ſi quis autem provocare *ſderet, anathema ſit.* Gratianus Decreti ompilator dicit idem in concilio Milevitano *p. 22.* diſpoſitum eſſe, cujus verba *refert.* *fin. c. placuit. 2. q. 6.* Ibi, Quod ſi ab eis, piſcopis nimirum, provocandum putaverint, on provocent niſi ad Africana Concilia vel d primates Provinciarum ſuarum, ad tranſ-arina autem qui putaverit appellandum, à ullo intra Africam in communione ſuſcipia-ur. Ut ſupr. ex *Conc. Afric.* Gratianus verò ic falſò addidit: Niſi fortè Romanam ſedem ppellaverint; quæ verba & ipſi Pontifices eleri juſſerunt, atque inaniter addita eſſe de-laraverunt, unde addit Gloſſa hic. *Hæc in an-quis Codicibus ſcribuntur tanquam Gratiani erba.* Idem videre eſt, *ex Leone x. in Concil. ateran. & Concil. Senenſi cap. pen. & Concil. Colon. in pr.* Nullum igitur Pontificibus ex pſis Conciliis ad ſuperbum ſuum dominium niverſale ædificandum, ſolatium datur, quæ naximæ alias ſunt authoritatis ut patet ex *Nov. 131. c. 1.* Sancimus igitur vicem legum btinere ſanctas Eccleſiaſticas regulas, quæ ſanctis quatuor conciliis expoſitæ ſunt, aut irmatæ, hoc eſt in Nicæna trecentorum de-em & octo, & in Conſtantinopolitana ſan-torum centum quinquaginta patrum, & in phesina prima, in qua Neſtorius eſt damna-us, & in Chalcedonia in quo Eutyches Ne-torio anathemizatus eſt: *Prædictarum enim ynodorum dogmata ſicut ſanctas ſcripturas ac-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

cepimus, & regulas ſicut leges obſervamus. Cum igitur quatuor illa concilia generalia dominatum illum univerſalem penitus deſtruant, nec hic aliquod ſupereſſe poteſt refugium, eundem ſtabiliendi.

Hæc omnia Romani Pontifices negare nec poſſunt nec debent, cum antea expreſſiſſimè faſſi ſint, ſe juribus & honoribus competentibus ſuis fratribus, derogare non velle: ac ita nullatenus univerſales in Eccleſia vocandos eſſe confeſſi ſunt, quod *Pelagius Papa II. c. nullus & Gregorius, c. ecce. Diſt. 99.* Temporibus diverſis clariſſimè conſtituerunt, quorum verba ſupra deſcripſimus. Hæc autem ipſorum Pontificum erant canones & præcepta in dictis capp. quæ violare nefas eſt, ille namque qui decretum Papæ violat, peccat in Spiritum Sanctum *c. violatores. c. nulli 25. q. 1.* Atque ita ipſo facto hęreticus & excommunicatus cenſetur *c. generali. c. omnia. & cap. ſeqq. dict. 25. q. 1.* Quod ne alicui eveniat, idem unicuique hic ſtatuendum erit quod *Pelag.* & *Gregorius* Pontifices antea ſtatuerunt; Caveant igitur ſibi Canoniſtæ & Romanæ curiæ advocati ne titulum illum *univerſalis Epiſcopi*, ſuo Pontifici affingant, niſi & illi ipſo facto excommunicari velint.

Quæ igitur hactenus ſunt dicta eò ſaltem collimant, ut non uni ſed multis, curam illam Eccleſiaſticā eſſe oſtendant, ipſoſque Epiſcopos non à Petro, ſed ab ipſo Chriſto conſtitutos, nec ſolius Petri ſed Chriſti & Apoſtolo-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

m ejus vicarios ac ſucceſſores eſſe monſtrent, tædium ſit plura in hujus rei fidem addere, m ſuperius hoc ſatis ſit demonſtratum, & i- i Pontifices priſci unanimi quaſi ore hoc i- em inculcent, urgeant & ſcribant: Propterea piſcopi appellantur, locum tenentes Chriſti. *lemens Epiſt. 2. & Ep. 3.* Legatione Dei nguntur. *Anaclet. Ep. 2.* Epiſcopos Chri- us nobis contulit & à Deo ſunt miſſi. *Evarſt.* *piſt. 1.* Sunt legati Dei. *Et Epiſt. 2.* Chriſti gatione funguntur, *Pius Epiſt. 1.* Oculi Dei nt, *Zepherin. Epiſt. 1.* Ut ſigna à Domino oſiti, *Vrban. Epiſt. unic.* A Deo poteſtatem abent & Dei ſunt ſpecula *Felix 1. In. Epiſt.* *in fin.* Ut Dei plebem ſibi commiſſam dili- enter cuſtodiant. *Felix. II. in decret. 7.* Epi- copi ſunt Throni Dei, *Fabian. in Epiſt. 1, & Melchiad. in Epiſt. 1.* Sunt oculi Dei & co- umnæ Eccleſiæ, *Julius 1. in Concil. Antioch.* Eccleſiam à Deo habent. *Et in Epiſtola ad O- ientales*, Epiſcopi ſunt pupillæ Chriſti. Suc- ceſſores Apoſtolorum ſunt, *Alexand. 11. In Epiſt. 1. Eleuther. Epiſt. unic. zepher. Epiſt. 1.* Apoſtoli ſucceſſores Epiſcopos conſtitu- erunt, *Anaclet. Epiſt. 2. ad Epiſcop. Ital.* Quorum vices tenent: *Vrban. Epiſt. u- nic.* Et locum, *Vrban. Pap. Epiſt. unic. c. viden- tes. 12. q. 1. c. abſit. 11. q. 3. c. in novo Diſt.* 21. Et vices. *c. quorum vices. Diſt. 68. Fabian.* *dict. Epiſt. 1. Stephan Epiſt. 2. Anter. Epiſt. 1.* *Sixt. Epiſt. 2. c. quo jure Diſt. 8. c. dudum* *2. q. 7. Damaſ. Epiſt. 4. Leo 1. Epiſt. 87.*
Inno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Innocent. III. c. unic. Extr. d. Sacr. unct. Apoſtolorum ſunt vicarii *c. firmiter. Ext. d. ſumm. Trin. & fid. Cathol. c. Officii. Extr. d. Pænit. & remiſſ.* Et eorundem typum gerunt. *Extravag. Joh. XXII. c. Preſbyteri. Diſt. 68.* Hæc Pontifices rurſus ſcripſerunt, qui patribus æquipollent. *Arg. cap. ſunt quidam 25. q. 1.* At contra ſtatuta Patrum ſeu Pontificum aliquid condere vel mutare, nec ipſius Sedis Romanę poteſt auctoritas. *c. contra 25. q. 1. c. generali. eod.*

Nos ergo ex hactenus dictis concludimus talem Epiſcopatum in univerſam Chriſti Eccleſiam, ſoli Petro non fuiſſe datum, ſponte igitur ſuâ ruit, Pontificis Romani in Cathedram Petri ſucceſſio, & hoc ipſum adeo certum eſt, ut *Bellarm. lib. d. Summ. Pontif.* Non diffiteatur, quod Romani Pontificis in locum & dignitatem Petri ſucceſſio è verbo Dei probari non poſſit. Cum igitur ex traditionibus & fictis hominum authoritatibus tota pendeat, nos ſucceſſionem illam, tanquam ſpuriam, ſubdolam, fraudulentam & commentitiam planè rejicimus. Quia nullo expreſſo jure illam oſtendere hucuſque potuit. Sed qui poteſtatem ſuper alios ſe habere dicit, oſtendere debet quoniam ſibi credendum non eſt *c. cum in jure. Extr. d. Offic. & poteſt. Jud. Deleg.* Quia ejus non ſtatur verbo *c. cum á nobis Extr. d. Teſt.* Nam qui cum mandatis ſe venire aſſerit niſi ſcriptis probaverit, ei non erit fides habenda. *l. un. Cod. d. mandat. Princip.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

.*l.4. l. 5. Cod. d. jur. Fiſc. l. unic. Cod.*
eod. d. Mand. Princip. Nov. 25. 26. Præ-
tim in iis quæ ſuprema ſunt & concedi non
nſveverunt. *c. quod tranſlationem. Extr. d.*
fic. legat. c. quod ſuper his. Extr. d. fid. inſtrum.
d circumſcriptis Papæ confeſſionibus quæ in
re Canonico aſſertæ fuêre, ſuper quibus tota
anoniſtarum & Romæ ſcribentium multitu-
fundari conſvevit, Papæ Romano ex nulla
poſtolorum ordinatione ſuperioritatem
nam prætendunt aſtruere valent. Authoritas
iam merè humana, in tam gravi negotio,
od religionem & animarum ſalutem ſpe-
at, nihili eſt facienda; Teſtimonium nam-
e ab homine non accipio dicit Chriſtus *Joh.*
v. 34. Conf. ad Gal. 1. v. 12. Et quod ratione
ret extirpari neceſſe eſt, *c. Chorepverſ. nam*
n Diſt. 98. Arg. c. ſi quando. Extr. d. præſcr. c.
rveri: Extr. d. Cenſ. c. de Cyriis. 23. 7. 4. Proinde
m illa ſucceſſio & monarchica imperandi in
cleſia majeſtas, Pontifici Romano à ſuis &
ę ſectę hominibus ſolùm ſit affictа & attribu-
, nec pro ejuſdem ſucceſſionis confirmatio-
e, aliquid verè è Scriptura Sacra colligi poſ-
, nos etiam illa teſtimonia planè rejicimus,
m ſint domeſtica, & ſolum in ejus favorem
cta, quibus de proprii authoris cauſa teſtan-
ous, parum fidei tribuendum. *l. nullus 10.*
d. Teſtib. l. etiam 3. Cod. eod. Ibique DD.
Arg. l. ſi tibi 2. Cod. eod. §. in teſtibus 9. Inſt.
. Teſt. ord. l. 1. §. ad quæſtionem. 3. ff. d.
Quæſt. c. ſanè. 15. q. 3. c. teſtes. 4. q. 3. c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſuper §. poteſt. 14. q. 2. c. contra. 4. q. 2. c. ſi teſtes. §. nullus. 4. q. 3. Proſp. Farinac. d. Teſt. q. 55. num. 1. Ideo minimè attendenda, nec illis dictis credendum, quatenus Authores repelluntur. *c. fraternitatis. Extr. d. Haret. c. licet ex quadam. Extr. d. Teſt.* Et in propria cauſa nemo teſtis idoneus. *l. omnibus 10. Cod. d. Teſt. l. teſtium. 3. §. lege. 5. l. nullus 10. ff. eod. Oldend. cap. 66. d. Except. num. 22. 23. & cap. 4. d. Teſt. n. 20.* Cum in proprium commodum teſtimonium deponat. *Crav. Conſ. 112. n. 10. Bart. in l. deferre §. item. ff. d. jur. fiſci. Iaſ. in l. dictantibus. n. 6. Cod. d. Teſtam. Alexand. Conſ. 28. lib. 6. & Conſ. 32. Viſo proceſſu, eod. lib. 6. & Conſ. 71. lib. 7. Soc. Conſ. 57. lib. 4. Dec. Conſ. 133. Curt. Conſ. 19. Alexand. Conſ. 154. lib. 5. plenè Barb. Conſ. 73. lib. 3. Bart. in d. l. deferre §. iidem decreverunt. ff. d. jur. fiſc. Alexand. plenè Conſ. 159. In cauſa, num. 8. v. quarto quia dictus Antonius. lib. 6. & Conſ. 44. n. 9. lib. 2. quos citat. Dominic. Card. Tuſch. Pract. Concl. 200. tom. 8. n. 39. tom. Alex. Conſ. 32. n. 2. lib. 1 Anch. Conſ. 246. n. 2. & ſeqq. Idem Conſ. d. 246. In cauſa agitata. c. in litteris d. teſtib. Vbi Baldus dicit. Quod familiares ſerviunt per fas & nefas. c. ad ſedem. d. Reſt. ſpoliat. l. etiam Cod. d. teſtib. Spec. d. teſt. §. 1. verſ. item quod eſt. vid. plenè Maſcard. Concl. 758.*

CAP. V.

De ſecundo occupatæ illius in Eccleſia Tyrannidis fundamento.

IN principio capitis tertii diximus duplicem illius principatus papalis, ac in Eccleſiam Dei, juriſdictionis illimitatæ cauſam eſſe: cum vero hactenus pro re nata de primo dominatus iſtius fundamento ſit actum, reſtat ut eâ quâ fieri poterit brevitate de altero agamus, & ſtrictim de ejus inquiramus valore.

Secunda igitur ejuſdem dominatus & in Eccleſia ſuperioritatis cauſa ortum trahit ex ficta & ementita donatione Imperatoris Conſtantini, cujus donationis Inſtrumentum in bibliotheca Vaticana Romæ græcè conſcriptum ſe inveniſſe gloriatur Auguſtinus Steuchus Papæ Bibliothecarius, poſtea libro ſingulari de Donatione Conſtantini Magni Lugduni editum, Anno 1547. Quamvis paulo ante à Bartholomeo de Monte arduo in Latinam linguam eſſet tranſlatum, & ab ipſo, Julio II. Pont. Max. dicatum; mihi vero ab Illuſtriſſ. D. D. Scipione de Pannochieſcis Archiepiſcopo Piſano, Corſicæ & Sardiniæ Primate & ibidem Apoſtolicæ ſedis Legato, Piſæ communicatum; quod cum in multorum manibus non ſit, id totum à verbo ad verbum hic ſubjungere placet,

DONATIONIS INSTRUMENTUM.

Conſtantini Magni, Primi Imperatoris Chriſtiani.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris videlicet, & Filii & Spiritus Sancti. IMPERATOR CÆSAR, FLAVIUS CONSTANTINUS. *In Chriſto Ieſu unico ejuſdem Trinitatis ſalvatore Domino & Deo noſtro, Fidelis, Mitis, Beneficus, Alemanicus, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, Pius, Felix, Victor & Triumphator ſemper Auguſtus.*

SANCTISSIMO ET BEATISSIMO PATRI PATRUM, SYLVESTRO EPISCOPO ET PAPÆ MAGNÆ URBIS ROMÆ, *Et omnibus Pontificibus ſucceſſoribus ejus, in Cathedra Petri uſque ad conſummationem ſeculi ſedentibus. Item omnibus Reverendiſſimis & religioſis Catholicis Epiſcopis, huic ſacra & ſanctæ*

ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, per hanc noſtram Imperialem conſtitutionem ſubjectis, gratia, pax, amor, lætitia, magnanimitas, miſericordia ab omnipotente Deo & Patre, & Ieſu Chriſto filio ejus, & Spiritu Sancto cum omnibus vobis.

Quæ à redemptore & ſalvatore noſtro Deo Ieſu Chriſto, qui eſt filius altiſſimi Patris per ſanctos Apoſtolos ejus Petrum & Paulum, mediante Patre noſtro Sylveſtro ſummo Pontifice & Catholico Papa, admirabiliter circa nos miſerationibus illius facta ſunt, manifeſta narratione per hanc Imperialem noſtram ſcripturam, deinceps omnibus ſtuduimus tradere ad cognitionem omnium qui ſunt in orbe terrarum populorum. Manſuetiſſimè enim noſtræ apparitionis ab ipſo corde procedit confeſſio. Primum quidem noſtram fidem præ ſe fert, quam à prædicto Beatiſſimo Patre & interceſſore noſtro Sylveſtro Catholico hierarca didicimus, ad documentum intelligentiæ omnium noſtrum, deinde & effuſam ſuper nos Dei miſericordiam omnibus nunciat.

Scire enim vos omnes volumus, ſicut per prædictam noſtram pragmaticam conſtitutionem vobis declaravimus, nos ab Idolorum cultu, quæ muta, & ſurda, & manufacta ſunt diabolicisque fictionibus & ab omni Satanæ pompa deſiliiſſe, & ad integram Chriſtianorum fidem, quæ lux vera eſt & vita æterna, deſcendiſſe: ſicut

nos ipſe excelſus & ſummus pater noster & magiſter Sylveſter admonuit, in Deum Patrem omnipotentem, factorem Cœli & terræ, viſibilium omniū & inviſibilium: Et in Ieſum Chriſtum filium ejus unigenitum, Dominum noſtrum, per quem omnia facta ſunt; & in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem omnem creationem præcipiens credere. Nos patrem, filium & Spiritum Sanctum ſic confitemur, tanquam in perfecta trinitate, & perfectionem divinitatis eſſe & unitatem potentiæ. Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus & tres unum ſunt: tres igitur formæ ſed una potentia. Perfectis igitur cæleſtibus virtutibus, & omnibus terrenis materiis, miſericordi nutu ipſius ſapientiæ, primo ex limo terræ hominem formans, ſecundum imaginem & ſimilitudinem ſui ipſius, in paradiſo hunc poſuit, deliciarum, cui invidens ſerpens, antiquus inimicus & Diabolus, amariſſimo guſtu, inexperti ligni exulem fecit leticiæ illius. Illumque cum expuliſſet, non ceſſat ſui ipſius mortiferis ſagittis multis modis alios ſagittare, ut abſtrahens humanum genus à via veritatis, Idolorum cultui videlicet creaturæ, & non Creatori, ſervire omnes perſuadeat, ut quos poſſibilis fuit ſui ipſius machinationibus colligare, hos æterno ſupplicio tradat puniendos. Sed Deus propriæ formationis miſerationem capiens, miſit ſanctos ejus Prophetas, & per hos vitæ lucem, adventum videlicet filii ejus, Domini autem noſtri, & ſalvatoris Dei Ieſu Chriſti annuncians. Noviſſimè autem miſit & unigenitum ejus filium & verbum

verbum ſapientiæ: qui à cœlis deſcendit propter noſtram ſalutem, & genitus eſt ex Spiritu Sancto & Maria virgine, verbum caro factum eſt & habitavit in nobis: non deponens quod fuit, ſed incipiens eſſe quod non fuit: Deus perfectus & homo perfectus, tanquam Deus miracula perficiens, & tanquam homo, humanas paſſiones ferens: ſic verbum hominem, & Deus verbum intelligimus. Doctrinis noſtri patris Silveſtri ſummi Pontificis, tanquam Deum verum, & hominem verum eundem eſſe nequaquam eſt ambigendum. Eligens igitur duodecim Apoſtolos, hoſque innumerabiles populos antea ſupernaturalibus miraculis illuſtravit. Confitemur ipſum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum adimpleviſſe leges & Prophetas, paſſum & crucifixum eſſe ſecundum ſcripturas, tertiâ Die à mortuis reſurrexiſſe, aſſumptum eſſe in Cælos, ſedere à dexteris Patris, illinc venturum judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Hæc eſt noſtra orthodoxa fides, à Beatiſſimo Patre noſtro Silveſtro nobis antea lata.

Admonemus igitur omnem populum, & diverſa gentium genera, hanc fidem detinere, colere, prædicare, & in Sanctæ Trinitatis nomine Baptiſmatis gratiam aſſequi, & Dominum noſtrum & ſalvatorem Jeſum Chriſtum, qui cum Patre & Spiritu Sancto, in infinita ſecula regnat; reverenti corde adorare: quem beatiſſimus Pater noſter Sylveſter Catholicus hierarca prædicat. Ipſe enim dominus noſter mei peccatoris miſertus, miſit ſanctos Apoſtolos ſuos nos viſita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

turos, & luce ſplendoris ejus nos illuſtravit, & tenebras attrahens ad veritatis cognitionem me pervenire dignatus. Quoniam gravis turpitudo lepræ omni mei corporis carni inſiliit, multiſque convenientibus medicis cura mihi adhibita eſt, & horum nullius ſtudio ſanitatem aſſequi potui. Ad hæc acceſſerunt & Sacerdotes Capitolii, oportere mihi dicentes ciſternam in Capitolio fieri, & hanc innocenti ſanguine & calido impleri, illicque lavari, ſic mundationem conſequi poſſe. Secundum documenta igitur ipſorum, cum multi innocentes infantes congregati eſſent, & vellent impii & ſacrilegi ſacerdotes ipſos jugulare, & illorum ſanguine ciſternam implere, lachrymis Patrum illorum noſtra ſerenitas intendens, ſtatim rem nefandam exhorruit. Illorumque tunc ego miſertus, matribus tradi filios juſſi, vehiculaque exhibens, & dona concedens, gaudentes ad propria remiſi.

Hic Dies cum præteriiſſet, & nocturna quies ſuccederet, & ad ſomnum oportunitas invitaret, adſunt Sancti Apoſtoli Petrus & Paulus, mihi dicentes: Quoniam ad peccata procedere non permiſiſti, & innocentis ſanguinis effuſionem es abominatus, à Chriſto Domino & Deo noſtro miſſi ſummus, dantes tibi conſilium, per quod ſanitatem reſumes, Audi igitur noſtrum mandatum, & fac quod te admonemus. Hujus Vrbis Epiſcopus Silveſter tuas perſecutiones fugiens, in cavernis lapidum cum propriis clericis occultatur in monte Sorate: hunc ad teipſum accerſens demonſtrante illo veram religionis ci-

ſternam

ernam addiſces : in quo cum tertiò immerſus eris, omnis vis lepræ te derelinquet. Quo facto unc retributionem ècontra metire ſalvatori tuo, t tuis mandatis omnes in orbe terrarum Eccle- as renoves : & tu in hac parte, teipſum pur- s, ut omnem Idolorum infelicitatem reliquens lum viventem & verum Deum, qui ſolus eſt erus Deus, colas & adores, & illius volun- tem adimpleas. Expergefactus igitur, ſecun- um quæ ordinata fuerant ab Apoſtolis, operatus m, accerſenſque, præcipuum & præclarum trem Silveſtrum Catholicum Papam, qui nos uminavit, omnia ipſi à ſanctis Apoſtolis man- ata mihi verba declaravi, quæſivique ab ipſo, ui Dii eſſent, Petrus & Paulus qui appellantur. Dixitque ille non vere Deos hos appellari, Apo- tolos autem ſalvatoris noſtri & Domini Jeſu hriſti eſſe aſſeveravit. Rurſus incepi interrogare eatiſſimum Patrem, ſi quæ manifeſtæ horum poſtolorum eſſent imagines, ut ex pictura itur poſſumus cognoſcere, ſi poſſibile eſt, illos ſe quos à revelatione didicimus. Tunc ille om- i reverentiâ dignus Pater, divinorum horum poſtolorum imagines, per proprium diaconum fferri juſſit: quas inſpiciens, & aſpectus illo- um quos in ſomnis videram, in imaginibus erdiſcens, magna voce coram meis ſatrapis con- ſſus ſum, hos illos eſſe in ſomnis mihi viſos. Ad æc beatiſſimus hic pater noſter Silveſter, Vrbis omæ Epiſcopus tempus nobis terminavit in uno ilicio intra noſtrum Lateranenſe Palatium: Vt mnia quæ à nobis impiè operata ſunt & injuſta perpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

trata, jejuniis, vigiliis, lachrimis, & orationibus apud Dominum Deum noſtrum placaremus.

Deinde Clericis imponentibus mihi manus, uſque ad ipſum Pontificem perveni, Illic autem renuntians Satanæ pompas, & opera ejus, & omnia idola manufacta, credere in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem Cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium, & in unum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei unigenitum Dominum noſtrum qui genitus eſt ex Spiritu Sancto & Maria virgine ſpontanea voluntate coram omni populo confeſſus ſum. Benedicto autem lavacro, illic menſurabili demerſione ſalutarem aquam mundavit, in ſinu autem lavacri poſitus, manum tangentem me à Cœlo propriis oculis aſpexi, ſub qua mundus reſurgens ab omni lepræ turpitudine, me ipſum mundatum eſſe cognovi: ablatum autem me à venerando lavacro, albis palliis induxerunt, ſeptiformeque Spiritus Sancti ſignaculum præbuit beati Chriſmatis unctione, & ſignum ſanctæ crucis meæ fronti ſignavit, dicens: Sigillat te Deus fidei ejus ſignaculo in nomine Patris & filii & Spiritus Sancti, omniſque Clerus reſpondit, Amen. Et addidit Pontifex. Pax tibi. Primo igitur die poſtquam cœpi myſterium divini baptiſmatis, & poſt medelam mei corporis à lepra, cognovi non eſſe alium Deum, præter Patrem & Filium & Spiritum Sanctum: quem beatiſſimus Pater Silveſter prædicat, trinitatem in unitate, unitatem in trinitate. Omnes enim Dii gentium,

os ſuperius colui, dæmonia, opera manuum ninum manifeſtè demonſtrantur. Ad hæc, antam poteſtatem ipſe ſalvator noſter proprio poſtolo beato Petro præbuit in Cælo & in terra, anifeſtè nobis ipſe venerandus Pater expoſuit, ando illum fidelem inveniens in interrogatione, xit: Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædifi- bo Eccleſiam meam & portæ inferorum non ævalebunt adverſus eam. Conſiderate potentes, au ibus cordis attendite, quid bonus Magi- r & Dominus proprio diſcipulo adjunxit, di- es: Et tibi dabo claves regni Cælorum: Et odcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum in cœlis. Admirabile verbum & glorioſum, & per terram ligare & ſolvere, & in cœlis ligatum ſſe & ſolutum.

Hæc igitur beato Silveſtro docente cognoſcens, beneficentiis ipſius B. Petri integerrimè ſanita- m ſentiens corpori redeuntem, dignum judica- mus cum omnibus noſtris ſatrapis, & univer- Senatu & Optimatibus & cuncto Romani Im- rii ſubjacente populo: ut ſicut beatus Petrus, carius apparet conſtitutus in terra à filio Dei, à nobis & à noſtro regno, locum tenentes rincipis Apoſtolorum ſuſcipiant, datum ipſis teſtatis principatum majorem, quam noſtra in rra ſerenitas & regnum ab omnibus habere co- noſcitur. Elegimus enim ipſum Apoſtolorum incipem & ejus ſucceſſores, proprios nobis ipſis d Deum eſſe patronos: & ſicut noſtram in rra Imperialem poteſtatem, ſic & illius ſa- am & ſanctam Eccleſiam Romanam decre-

vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

vimus colere cum reverentia, & ſacratiſſimam cathedram beati Petri magis quam noſtrum regnum, & terrenam ſedem exaltare, tradentes ipſi poteſtatem & gloriæ dignitatem, vigorem & efficaciam, & honorificentiam imperialem. Atque decernentes ſancimus, Principatum habere ſuper quatuor præcipuas ſedes, Antiochiæ, Alexandriæ, Conſtantinopoleos & Hieroſolymorum; Item ſuper omnes in univerſo orbe terrarum Eccleſias: & Pontificem pro temporibus exiſtentem, ipſius ſacræ & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ excelſiorem eſſe, & principem omnium ſacerdotum, qui ſunt in univerſo orbe terrarum: *Et omnia quorum curam habere oportet ad divinum cultum vel robur Chriſtianorum fidei, hujus judicio gubernari. Juſtum enim eſt, caput Principatus Sanctam habere legem, ubi ſanctarum legum legiſlator ſalvator noſter beatum Petrum mandavit habere Apoſtolatus cathedram, ubi crucis lignum, & ipſe ſuſtinens, beatæ mortis piaculum bibit, imitator proprii Magiſtri & Domini factus.*

Illic uſque ad finem & continuè Magiſtrum quærunt, ubi ſanctum Magiſtri corpus quieſcit. Illic gentes pro confeſſione nominis Chriſti colla inclinent, ubi horum Magiſter beatus Paulus Apoſtolus pro Chriſti nomine collum extendens coronâ martyrii coronatus. Illic ſupini & humiliati cœleſtis Regis & Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti officio ſerviant, ubi ſuperbæ terreni Regis poteſtati ſerviebant.

Quorum gratia ſcire volumus omnes in orbe

arum gentium populos, quod nos in Late-
enſe noſtrum palatium, templum ereximus
Salvatori noſtro, & Deo & Domino Jeſu
iſto, ab ipſis fundamentis cum baptiſterio.
tiſque & duodecim cophinos terræ illinc nos
riis humeris extuliſſe, æquales numero duode-
Apoſtolis, ædificavimusque Eccleſias, & beatis
ro & Paulo primis Apoſtolis, quas argento &
decentes & ornatas conſtituimus: Vbi & ſa-
iſſima ipſorũ corpora ſepilientes, magna reve-
ia Thecas ipſis ex electro, cujus nulla elementi
ntia eſt fortior, conſtruximus: crucemque auri
iſſimi, & ex margaritis pretioſis factam, per
mque thecam impoſuimus, aureis clavis af-
ntes: quibus Eccleſiis pro continuatione lu-
ariorum poſſeſſiones & agros contulimus, &
tro imperiali & divino mandato in Oriente
Occidente, Septentrionali & Meridionali cli-
te, in Judea videlicet, Aſia, Thraſia,
ecia, Aphrica, Italia & in diverſis inſulis, no-
ipſis Largitate conceſſimus: ſic videlicet, ut
manus beatiſſimi patris noſtri Pontificis Syl-
tri & ejus ſucceſſores omnia diſponantur.
Exultet igitur nobiſcum omnis populus, o-
ia in orbe terrarum Gentium genera, ad-
emus, ut nobiſcum & ſalvatori noſtro
ũ Chriſto infinitas gratias confiteantur: quo-
m ipſe Deus in Cœlo ſuperius & in terra infe-
s, per ſanctos Apoſtolos cum nos viſitaſſet,
ctum myſterium baptiſmatis & corporis ſani-
em nos dignos fecit ſuſcipere. Pro quibus etiam
bemus ipſis ſanctis Apoſtolis & Dominis meis
bea-

beatiſſimis Petro & Paulo, & per hos beato Sylveſtro noſtro patri, & ſummo pontifici & catholico urbis Romæ Papæ & omnibus Pontificibus ſucceſſoribus ejus, uſque ad conſummationem mundi, in cathedra beati Petri ſedentibus, & in præſentiarum tradimus primùm quidem LATERANENSE NOSTRI REGNI PALATIUM, quod omnibus in orbe terrarum palatiis præfertur & eminet: deinceps Diadema id eſt coronam capitis noſtri; ſimiliter autem & Phrygium, id eſt, Mitram, & Superhumerale videlicet lorum, quod Imperiale collum circumdare conſuevit. Item purpuream Chlamidem & coccineam Tunicam & Imperialia omnia indumenta, & Imperialium præſidentium equitum dignitatem: conferentes Imperialia ſceptra, ſimulque cuncta ſigna atque banna, & diverſa ornamenta imperialia, & omnem in proceſſionibus imperialis culminis gloriam & poteſtatem.

Reverendiſſimis autem viris clericis, ſecundum diverſos ordines huic ſacræ & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſervientibus, illam circumſpectionem & proprietatem potentiæ & præ excellentiæ habere ſancimus, cujus ampliſſimus ſenatus noſter videtur gloria adornari, id eſt, Patricios & Conſules ipſos effici, nec non & cæteris dignitatibus imperialibus, eos promulgamus decorari: Et ſicut imperialem exercitum, ſic & clerum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ adornari decrevimus. Et quemadmodum imperialis potentia, diverſis officiis Cubiculariorum, Oſtiariorum, & Excubitorum decoratur, ita & ſanctam Romanam

Eccle-

cleſiam decorari volumus: & ut ampliſſimè
ntificale decus præfulgeat, decernimus, & ut
rici ſanctæ Romanæ Eccleſiæ mappulis & lin-
aminibus, id eſt, candidiſſimo colore deco-
tos equos equitent, & ſicut noſter ſenatus
lceamentis utitur cum udonibus, id eſt, can-
diſſimo linteamine illuſtratis, ſic utantur &
lerici: & ita cœleſtia ſicut terrena ad laudem
ei decorentur.

Præ omnibus autem, licentiam tribuimus
i Sanctiſſimo Patri noſtro Sylveſtro urbis Ro-
æ Epiſcopo & Papæ, & omnibus poſt ipſum
ejus ſucceſſionem venturis, per ſupervenientia
ula beatiſſimis Pontificibus pro honore & gloria
omini noſtri Ieſu Chriſti, in magna hac ca-
olica poteſtate, ſi aliquem circumſpecti no-
i Senatus voluerit inter religioſos Clericos con-
merare, nullum eorum qui ad hoc vocantur
pter ſuperbiam, ordinem hunc excuſare.

Sancimus etiam hoc omni reverentiâ dignum,
atrem Sylveſtrem ſummum Pontificem, & o-
nes Pontifices ſucceſſores ejus, Diademate vi-
licet, Coronâ, quam ex capite noſtro ipſi
ebemus, ex auro puriſſimo & lapidibus pre-
iſis & margaritis conſtructam, uti debere, &
capite geſtare ad gloriam Dei, pro beati Petri
verentiâ. Quoniam verò ipſe beatiſſimus Papa
per coronam clericatus in tonſura capitis, quam
o reverentia beati Petri habet, ipſâ ex auro
n eſt paſſus uti coronâ; Nos Phrygium in hoc
ndidiſſimo colore ſplendidam Domini reſurre-
ionem ſignantes, ſacratiſſimo ejus vertici

propriis manibus impoſuimus, & frœna equi hujus tenentes, pro reverentia beati Petri, ſtratoris officium illi exhibuimus ſtatuentes eodem Phrygio omnes ejus ſucceſſores ſingulariter uti in proceſſionibus ad imitationem Imperii noſtri.

Vnde, ne pontificalis apex vileſcat, ſed magis quam terrenum regnum ipſe dignus & gloriâ & potentiâ decoretur, ecce Palatium noſtrum (ut antea dictum eſt) & urbem Romam, & totius Italiæ & occidentalium regionum Provincias, loca, civitates ſæpenumero prædicto beatiſſimo Patri noſtro Sylveſtro Catholice Papæ tradentes, & cedentes hujus & ſucceſſoribus ejus Pontificibus, poteſtati & judicio & per divinũ noſtrum pragmaticũ edictum decrevimus diſponenda, atque juri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedimus permanenda. Vnde congruum judicavimus noſtrum regnum & hujus gloriam ad orientales regiones transferre, & in urbe Byzantio in optimo loco, noſtro nomine urbem ædificantes illic noſtrum Imperium conſtituere: Vbi ſacerdotum principatus, & Chriſtianæ religionis caput à cœleſti Rege eſt conſtitutum, non eſſe juſtum illi poteſtatem habere terrenum Regnum.

Hæc igitur omnia, quæ per hanc noſtram imperialẽ ſacram & alia divalia decreta ſtatuimus ac confirmavimus ad conſumationẽ mundi illibata & in concuſſa permanere decrevimus, Vnde coram vivent Deo qui nos regnare præcepit & coram terribili ejus judicio obteſtamur omnes noſtros ſucceſſores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas, etiam ampliſſimum Senatum, & univerſu

verſu

ſum populum in toto orbe terrarum, nunc, in poſterum, nulli eorum, quoquo modo licere ,quæ à nobis imperiali ſanctione ſacroſanctæ manæ Eccleſiæ, vel ejus omnibus Pontificibus ceſſa ſunt, aut confringere, vel in quoquam velli. Si quis autem, (quod non credimus) hoc temerator aut contemptor extiterit, æter- condemnationibus ſubjaceat innodatus, ſenti- que ſibi ipſi contrarios ſanctos Dei & principes oſtolorum Petrum & Paulum, in infimo in- no cruciandus, deficiatque cum diabolo & nibus impiis.

Hujus autem Imperialis decreti tabulam, pro- is manibus roborantes, ſuper venerandum us principis Apoſtolorum beati Petri manibus oſuimus: Ibique eidem Dei Apoſtolo promit- tes, illibata nos hæc omnia conſervare, & ris ſucceſſoribus & Imperatoribus per noſtra ndata conſervanda relinquere: & Beatiſſi- Patri noſtro Sylveſtro ſummo & univerſali æ, & per ipſum omnibus ejus ſucceſſoribus tificibus, (Domino & Deo & Salvatori ro Jeſu Chriſto placidè annuente) tradidi- ,perenniter atque feliciter poſſidenda.

SUBSCRIPTIO IMPERIALIS

vinitas vos conſervet, per multos annos, Sanctiſſimi & Beatiſſimi pa-

tres. Datum Romæ ſub 3. Kal. Aprilis die, Domino noſtro Flavio Conſtantino Auguſto & Gallicano Clariſſimis Viris Conſulibus.

Hoc dicitur illud donationis Inſtrumentum fuiſſe, de cujus auctoritate & valore hic nihil dicturi, paulo tamen infra, ſufficienter acturi erimus. Illud ſaltem nobis dicendum relinquitur, Canoniſtas & reliquos Papæ mangones, tum ex aliis, tum præcipuè ex his Inſtrumenti illius verbis: *Atque decernentes ſancimus ut principatum teneat, tam ſuper quatuor præcipuas ſedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hieroſolymitanam, Conſtantinopolitanam, quam etiam ſuper omnes in univerſo terrarum orbe, Eccleſias Dei: Et Pontificem pro temporibus exiſtentem, ipſius ſacræ ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ excelſiorem eſſe & principem omnium ſacerdotum, qui ſunt in toto terrarum orbe;* certo certiùs concludere, Papam in Eccleſia Dei optimo jure, habere ſummam poteſtatem, & univerſale ac abſolutum dominium. An tamen hoc inde, quoquam modo ſine gravi errore ſequatur, valde ſum dubius; certum equidem eſt hoc ipſum, ipſo jure nihil eſſe; ferri namque non poteſt ut actor intentionis cauſas alleget inter ſe contrarias *l. ſi quis 7. ff. d. petit. hæred. l. 1. C. d. furt. l. Titius 100. ff. d. Cond. & dem. Arg. l. 88. ff. d. furt.* Repugnantia autem eſt, Chriſtum dediſſe

…æ principatum in omnes Eccleſias & eun-
…n ipſi à Conſtantino eſſe donatum: Duæ
…n lucrativæ cauſæ in eandem rem concur-
… non poſſunt. §. *ſi res aliena 6. Inſt. d.*
…*t.* Neque etiam amplius quam ſemel res
… eſſe poteſt. *l. & an eadem 14. §. actio-*
… *2. ff. d. Except. rei jud. l. Nemo 82. l. ne-*
… *87. ff. d. Verb. Obl. d. §. ſi res aliena 6. inſt.*
…*g. §. ſed ſi rem 10. inſt. eod. §. ſic itaque.*
… *Inſt. d. Act. l. 1. §. 2. ff. d. R. Caton.* Non
…x pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt
…x pluribus cauſis idem poteſt noſtrum eſſe.
…*on ut. 159. ff. de Reg. jur. dd. §§. 5. &*
…*nſt. d. leg.* Quia illud quod jam eſt perfe-
…m novam formam non recipit, igitur nec a-
…is poteſt rei ſuæ dominium acquirere. *l. ſuæ*
… *16. ff. d. Contr. empt. l. ſervum 37. ff. d.*
…*d. indeb. l. ſi aliquam. 28. ff. d. acq. vel*
…*te. poſſ. l. Neque 45. ff. d. R. J. l. cum res*
…*l. Si Mater. 10. Cod. d. Cont. Empt.* Jam ve-
…i Papa Romanus ſuum principatum, au-
…ritatem ſummam & potentiam, à Chriſto
…eperat, quod ſatis fortiter contendit, qui-
…n tamen alii ejus ſcholæ addicti, imo
…pſi Jeſuitæ negant; nos quoque è verbo
…i id nunquam probari poſſe ſupra oſtendi-
…s; Quid ergo ipſum coëgit ut ad donatio-
…n Imperatoris Conſtantini recurreret?
…que enim ejus fuit authoritatis Conſtanti-
…, ut illud alicui auferret, quod Chriſtus
…ea dederat, vel ut dominium unius ejuſ-
…nque rei in illum transferret qui jam illud

 habuit,

habuit, ſeu apud quem jam erat. *d. l. & an eadem 45. §. actiones, 2. ff. d. Except. rei. jud. d. l. neque 45. ff.* R. ꝗ. & Unde cum ad donationem Conſtantini recurrit, tacitè & per bonam conſequentiam infert, ſibi illud dominium à Chriſto nunquam fuiſſe datum.

Præterea nec ipſe Conſtantinus univerſalem Eccleſiaſticum principatum Papæ offerre ipſique dare potuit, juxta verba fictæ illius donationis, *tam ſuper quatuor ſedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hieroſolymitanam & Conſtantinopolitanam, quam etiam ſuper omnes in univerſo terrarum orbe Eccleſias, &c.* Cum nemo plus juris in alium transferre poſſit quam ipſe habeat. *l. nemo 120. l. nemo 54. ff. d. R.* ꝗ *l. Alienatio. 67. ff. d. Contr. Empt. l. traditio 10. ff. d. Acquir. rer. dom. l. Aliud. 160. §, fin. ff. d. R.* ꝗ. Nemo enim poteſt, quod ipſe non habet, dare. *sen. 5. Contr. 12.* Jam verò certum eſt, Conſtantinum, pleno jure dominum illius principatus non fuiſſe, idem fatentibus ipſis Canoniſtis, Cum nullus ſecularis princeps vel Imperator jus habeat de rebus Eccleſiæ diſponendi, *c. benè quidem. c. in Scripturis. Diſt. 89. c. Convenior. prop. fin. 24. q. 8. c. indicatum. Diſt. 96.* Eſt enim filius non præſul Eccleſiæ. *c. ſi Imperator. Diſt. 96.* Et laicus cujus conſilium in Eccleſiaſticis negotiis non requiritur, *c. ad noſtram. Extr. d. Conſuet. & c. 1. Extr. d. Succ. ab Inteſt, c. quamvis Extr. d. Decim.* Multò minùs poteſt aliquis Princeps

Laicus, Spiritualem principatum, hoc univerſalem Epiſcopatum in omnes Eccleſ poſſidere. *Arg. c. tibi Domine. Diſt. 63. duo ſunt. Diſt. 16. c. Valentinianus. Diſt.* Cum ne unius quidem Eccleſiæ, quantum- minimæ Epiſcopatum habeat. *d. c. ad ram. Extr. d. Conſ. c. Conſtitutiones. c. certum, & capp. ſeqq. Diſt. 10. d. c. quamvis Extr. decim.* Niſi ordinum diſtinctiſſimorum fiat fuſio quæ toties prohibita. *c. cauſam. c. inter. Extr. qui fil. ſint. legitt. c. pervenit. q. 1. c. duo ſunt. c. Cum ad verum. Diſt. c. ſolitæ. Extr. d. maj. & Obed. c. boni c. or. Diſt. 96. c. ſuſcipitur c. de capitulis. c. niam. Diſt. 10. &c.*

Hactenus igitur Romanus ille Præſul, ni- habuit, quo ſe vel Chriſti vel Petri ſuc- rorem eſſe probaret; ſi verò Jus Civile in- ere licet, nec majus inde pro ſua ſucceſ- e reportabit trophæum: In univerſum n tria in jure civili ſucceſſorum inveniun- genera. Alius namque eſt PRIMO, Suc- or *Vniverſalis*, qui ſuccedit titulo univer- ſeu hæreditario, quia hæreditas eſt ſuc- io in univerſum jus quod defunctus habuit *res 37. ff. d. adquir. vel omitt. hæred. l. 1. 2. 3. . bonor. poſſ. l. quotiens. 9. §. hæredes. 12. ff. læred. Inſt. l. ſi rem. 6. ff. d. Except. l. cum s 11. ff. d. Diverſ. temp. præſc. l. nihil 24. . Verb. ſignif. l. hæredem 59. l. hæreditas. 62. pari 128. §. 1. ff. d. Reg. Jur.* Alius verò SECUNDO, *Singularis*, qui ſuccedit in aliqua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

re, & ex titulo particulari, ac in quem non tranſit univerſitas Juris, velut is qui habet rem particularem ex titulo Emptionis, donationis, legati. *Arg. l. apud Celſum. 4. §. auctoris 31. ff. d. Dol. mal. l. exceptio. 3. ff. d. Except. rei vend. §. aliæ autem. Inſt. d. donat. pr. Inſt. d. Empt. &. Vend. tot. tit. ff. C. & Inſt. d. Legat. &c. Schneid. ad Inſt. d. uſuc.* Alius autem TERTIO, ſucceſſor muneris perſonalis, qui ſuccedaneus appellatur. *l. privilegio 27. Cod. d. Decurion. l. 63. Cod. Theod. eod.* Talis autem ſucceſſor jus & cauſam ab anteceſſore non habet, ſed ab iis à quibus eligitur, qualis eſt ſucceſſor Prætoris, Conſulis, Tutoris, Curatoris. Munus enim perſonale eſt, quod ſollicitudine animi & vigilantiâ ſuſtinetur *l. 1. §. 1. l. reſcripto. 6. §. ſed enim 5. l. ult. ff. d. Muner & honor.* Et quod perſonam non tranſgreditur. *l. quod verò. 14. l. jus 26. ff. d. Leg.* Succeſſor verò tam primi quam ſecundi generis, jus & cauſam habet ab eo cui ſucceſſit, ſive univerſalis ſit, ſive particularis. *d. l. hæres ff. d. Adquir. vel omitt. hæred. d. l. quotiens. 9. §. hæred. 12. ff. d. Hæred. Inſt. l. qui in jus 177. ff. d. Reg. Jur.*

At cum Papa ſe Chriſti ſucceſſorem dicit, miror ex quo genere, vel etiam qualis ſucceſſor ſit, an univerſalis, ſingularis, an autem ſuccedaneus? Univerſalis eſſe non poteſt, cum talis hæreditatem ipſam reſpiciat & univerſum jus defuncti. *d. l. cum hæres. 11. ff. d. Diverſ. temp. præſc. d. l. nihil. 24. ff. d. Verb. ſig. l. hæ-*

reditas, 62. ff. d. Reg. Jur. Ergo hæreditas viventis nulla eſt, *l. 1. ff. Pro hæred.* Nam ſi hæreditas ejus venierit, qui vivit, nihil eſt. *l. 1. ff. de hered. vel act. vend.* Extare enim eam inprimis oportet. *l. venditor. 2. l. cum hereditatem. 7. & ſeqq. ff: eod.* Sed Chriſtus cui data eſt omnis poteſtas in Cælo & in terra. *Matth. 28. v. 18. Marc. 16. v. 15. 1. Cor. 15. v. 27.* Morte extinctus non eſt, ſed vivit. *Joh. 14. v. 19. Marc. 16. v. 19. Hebr. 1. v. 3.* Ac nobiſcum eſt omnibus diebus ad conſummationẽ ſeculi, *Matth. 28. v. 19. 20. Actor. 9. v. 5. & cap. 22. v. 8.* Judicaturus vivos ac mortuos *Heb. 1. v. 3. Marc. 16. v. 19.* Qui perpetuo in Eccleſia ſua præſens, ſemper ſummi Paſtoris ac Sacerdotis munere fungitur, *1. Pet. 2. v. 5. Marc. 16. v. 20. Heb. 2. v. 7, 8. & ſeqq. & capp. 47. & 9.*

Multo minus ſingularis ſucceſſor dici poteſt, cum regnum Chriſti nec communionem recipiat nec diviſionem, ne inter Angelos quidem *Heb. 1. v. 5.* Quia Deus conſtituit Chriſtum ſuper omne imperium ac poteſtatem & potentiam & dominatum, & omnia ſubjecit pedibus ejus eumque conſtituit caput ipſi Eccleſiæ, ad *Eph. 1. v. 21. 22. 23. & c. 5. v. 23. 24. & cap. 4. v. 15. 16. Coloſſ. 1. v. 18. & 2. v. 10. 19.* Cui junguntur pii tanquam membra, cum capite Chriſto, per ligamenta verbi, ſacramentorum, Spiritus Dei & fidei. *Eph. 4. v. 15. 1. Cor. 3. v. 9, 10. & ſeqq. 2. Cor. 15. v. 29. Eph. 3. v. 16, 17.* Et ex ejus plenitu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

dine accepimus omnes, *Ioh. 1. v. 16.* Et ille eſt, quem Pater dedit caput ſuper omnia Eccleſiæ, *Eph. 1. v. 22.* Ei qui dat ſalutem corpori ſuo quod eſt Eccleſia, *Eph. 5. v. 25.* Cui ſemper adeſt, *Matth. 28. v. 19.* tùm dando miniſtros qui Eccleſiam inſtruant. *Eph. 4. v. 11.* tùm confirmando doctrinam per ſigna & varias Spiritus Sancti diſtributiones *Marc. 16. v. 20. Actor. 4. v. 30.* tùm beando ſuos vitâ æternâ, *Matth. 25. v. 32. 33. & ſeqq. 2. Tim. 4. v. 8.* Et hoc Chriſti in Eccleſia regimen eſt plane Monarchicum, *Eph. 1. v. 22. 23. & 4. v. 15. & 5. v. 23. Coloſſ. 1. v. 18. & 2. v. 10. 19. Matth. 9. v. 15. Apoc. 18. v. 23. & 21. v. 9. 2. Corrinth. 11. v. 11. Eph. 5. v. 24. & ſeq. Matth. 10. v. 25. 36. Luc. 13. v. 15. Eph. 2. v. 19. Ioh. 13. v. 13. 14. 1. Cor. 8. v. 5. 6. Ioh. 10. v. 10. 11. Heb. 13. v. 20. Matth. 16. v. 18. Actor. 4. v. 11. 1. Pet. 2. v. 4. 1. Cor. 3. v. 11. Eph. 2 v. 19.*

Relinquitur ergo ſi nomine ſucceſſoris veniet, ut ſuccedaneus ſit, ſive talis, qui poteſtatem illam non à Chriſto, nec etiam à Petro habuerit ſed à ſedis ſuæ adulatoribus acceperit, quibus totus ille ſucceſſionis ordo tribuendus erit, ut ex ſuperioribus patet.

Hinc manifeſtum ſatis eſt, Romanum Pontificem tyrannicè, crudeliter ac violenter, ſcilicet; ſcelere, vi, fraudibus ac malis artibus in Eccleſiam Dei invaſiſſe, & univerſale illud in eandem dominium falsò ſuſcepiſſe, uſurpaſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

aſſe, exercuiſſe, cum ſine ullo vel electio-
is vel ſucceſſionis titulo tantum dominatum
n eandem ſibi tribuerit: Non ſucceſſionis,
um nec Chriſto nec Petro legitimè ſucceſſe-
t. Nec Electionis, cum ab omnibus Chriſti
Eccleſiis, earundemque paſtoribus & membris
unquam fuerit electus.

Imò & hoc nomine, merito tyrannus ſa-
utatur termitratus ille Romanus, quod Re-
gibus & Principibus, officium ipſis à Deo in
Eccleſiaſtico regimine oblatum, auferat, ſibi-
que omnimodam Eccleſiæ directionem tribu-
it ac vendicet, quod capite hoc ſequenti
monſtrabimus.

CAP. VI.

De Jure Regum & Principum in negotiis Eccleſiaſticis.

CUm Romanus Paſtor, ſibi merum in Eccleſia Dei imperium vendicat, non modo apertiſſimâ fraude, authoritatem regiam vulnerat, ſed & tyrannico more, Regibus & Principibus conceſſum regimen, potentiam ac juriſdictionem, ipſis aufert & detrahit. Quibus enim legis divinæ cuſtodia cum imperio mandata eſt, illi etiam tenentur imo debent, cauſas tam Eccleſiaſticas quam Civiles derigere ac moderari; ſed ut nihil hoc loco de civilibus agamus, cum infra melior de

illis diſcurrendi occaſio nobis dabitur, ſed nec alia minuta, quæ de Magiſtratu Politico & Eccleſiaſtico, hic moveri ſolent, perſequi, nec multa de eorundem ſubordinatione repetere animus eſt: Lubet ſaltem hic monſtrare Reges & Principes in Eccleſiæ curam incumbere oportere, ac de perſonis ac cauſis Eccleſiaſticis ſtatuere, atque ita perſonas Eccleſiaſticas Juriſdictioni ſeculari ſubeſſe debere; Quod non ſolum ex ſacris litteris, verum etiam ipſa praxi & Imperatorum conſtitutionibus ac geſtis clarum evadet.

Dubium autem nullum eſt, quin Eccleſiaſtici ſuperiorem aliquem agnoſcant à quo poſſunt civitate donari, cui etiam fidem, reverentiam, obſequium præſtare debent, cum author ordinis ſit Deus ipſe, inter æquales vero propriè nullus eſt ordo, ſed ſaltem inter ſuperiores; & inferiores; Civitas verò eſt in Republica ſeu Imperio, illi igitur qui in civitate ſunt, etiam Reipub. ſunt partes. Nam *Eccleſ. eſt pars Reipub. & religio debet eſſe in Repub. non verò Reſpublica in religione*, inquit *Opt. Millavit*, quod & *Soto* probat, *4. Diſt. 25. q. 2.* Clericos ſcilicet, quamvis ſint ſacrorum miniſterio addicti, nihilominus tamen veros cives eſſe, & *Molin. Tr. 2. diſp. 32. in fin.* Eos nominat partes Reipub. quibus eſt idem Rex & Rector cum Laicis. Quod ſi ſunt partes, ut fatetur *Bellarminus ipſe lib. d. Cleric. cap. 28. & cap. 35. Contr, Barcl.* Oportet quoque legibus obediant & fidem dent Reipub. quia non

ōn decet quod membra à capite diſcrepent
el contraria gerant, ait, Victor. *c. celebri-
tem. Diſt. 3. d. Conſecrat.* Turpiſque omnis
ars toti ſuo non congruens, *c. quæ contra.
iſt. 9.* Omne membrum debet ſubjectum
ſſe ſuo capiti. *Bellarm. lib. 6. cap. 19.* Unde,
*alentinianus in Epiſt. ad Epiſcop. Aſiæ apud
'heodoret. lib. 4. Hiſt. c. 7. ſcribit:* Probos E-
iſcopos non ſolum Deo ſed & Regum legibus
ebere obtemperare, & *Gregorius Epiſt. lib.
. 2. Epiſt. 65.* Fatetur, Principi datam
oteſtatem non tantum ſuper milites, ſed & ſa-
erdotes. Generale quippe pactum eſt ſocie-
atis humanæ, obœdire Regibus ſuis, inquit *Au-
uſtin. lib. 3. confeſſ. c. 8.* quod reperio, *c. quæ
ontra. Diſt. 8.*

Cujus rei certius documentum dari non po-
eſt, quam ex ipſa ſacra pagina. Singulis
natutinis, *inquit David*, exſcindam omnes
mprobos terrę ad reſcindendum à civitate Je-
hovæ omnes qui operam dant iniquitati. *Pſal.
101. v. 8.* Rex inſidens ſolio judiciali, ven-
ilat oculis ſuis omne malum, ventilat impro-
bos Rex Sapiens poſtquam convertit in eos ro-
tam. *Proverb. 20. v. 9. & 26.* Rectè Hiere-
mias Propheta ad Reges: Sic ait Jehova, ex-
ercete jus & juſtitiam & eripite eum qui rapi-
nam patitur è manu oppreſſoris: & peregrino,
pupillo ac viduæ ne vim faciatis, ne violentia
utimini, & ſanguinem innocentem ne
effundatis in loco iſto. *Hierem. 22. v. 3.* Nam
Magiſtratus. *inquit Apoſtolus*, non ſunt ter-
rori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

rori bonis operibus ſed malis. Vis autem non metuere poteſtatem? Quod bonum eſt facito, & laudem ab ipſa obtinebis. Dei enim miniſter eſt tuo bono, quod ſi feceris quod malum eſt, metue: non enim temerè gladium geſtat: nam Dei miniſter eſt, ultor ad iram ei, qui quod malum eſt fecerit. *Rom. 13. v. 2. 3. 4.* Congregavit ergo David ex toto Iſraële à Schicore Ægypti, uſquequà venis Chamatham ad deducendum arcam Dei è Kiriathieharimis, &c. *1. Paralip. 13. v. 5. 2. Reg. 6. v. 2.* Quum autem feciſſet ſibi David domos in civitate ſua; & parato loco arcæ Dei. tetendiſſet ei tentorium; tunc dixit David: Non ſunt laturi arcam Dei niſi levitæ: quia ipſos elegit Jehova, ad ferendum arcam Dei & miniſtrandum ei uſque in ſeculum. Itaque congregans David omnes Iſraëlitas Jeruſchalaima; ad deducendum arcam Jehovæ in locum ejus, quem paraverat ei. Collegit David filios Aharonis & Levitas iſtos, &c. *1 Paralip. 15. v. 1. 2. 3. 4.* Tunc diſpoſuit coram arca Jehovæ è levitis miniſtros, tam ad prædicandum quam ad celebrandum & laudandum Jehovam Deum Iſraëlis &c *1. Paralip. 16. v. 4. & cap. 23. v. 23. 4. & cap. 24. v. 3. & ſeqq. & cap. 25. v. 1. 2. & ſeqq.* Itaque dixit David Schelomoni filio ſuo confirmare eſtoque fortis, & fac, ne timeto, neque conſternator: Nam Jehova Deus, Deus meus tecum erit, non deſeret te, neque derelinquet te, donec abſolveris totum opus ad miniſteri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

terium domus Jehovæ. Ecce autem diſtri-
iones Sacerdotum & levitarum ad unum-
odque miniſterium domus Dei: & penes
ſunt ad omne opus omnes voluntarii inſtru-
peritiâ ad omne miniſterium, denique
incipes & totus populus parati ad omnia
rba tua. 1. *Paralip. 28. v. 20. & 21.* Ebi-
nari autem Sacerdoti edixit Rex, *Salomon,*
nathothas abi ad agrum tuum, nam reus
ortis es, attamen hoc die non afficiam te
orte quia portaſti arcam Domini Jehovæ
quia afflixiſti te in omnibus in quibus affli-
us eſt pater meus. Sic ejecit Scelomo Ebi-
narem ne eſſet Sacerdos Jehovæ, &c.
Reg. 2. v. 16. & 27. Tunc congregari juſ-
Schelomo Seniores Iſraëlis & omnes pri-
arios tribuum, principes paternarum fami-
rum, cum Iſraëlitis ad Regem Schelomo-
m Jeruſchalaima: ut deducerent arcam fæ-
ris Jehouæ è civitate Davidis, ea eſt Tzyon,
ongregatis igitur ad Regem Schelomonem
nnibus Iſraëlis, &c. 1. *Reg. 8. v. 1. 2. &*
19. Nec aliud de Rege Joſaphato legimus:
anno tertio ex quo regnare cæpit, miſit cum
æfectis ſuis, cum Ben chayle & cum Zacharia
cum Nathanaële, Micaja, ad docendum per
vitates Jehudæ: cum illis, inquam, hos levitas
hemajam & Nethamiam &c. Qui docue-
nt in Jehuda, habentes ſecum librum legis
hovæ, & obiverunt omnes civitates Jehudæ
ocentes populum, 2. *Chron. 17. v. 7. 8.* At-
ue etiam Jeruſchalaimis conſtituit Jehoſcha-
pat è

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

pat è Levitis & Sacerdotibus, & ex primoribus paternarum familiarum Iſraëlis ad judicia Jehovæ & ad lites cum reverterentur, &c *2. Chronic. 19. v. 8.* Conſtituitque Judices in terra in cunctis Civitatibus, &c. *1. Chronic. 19. v. 5.* Edixit autem Jehoaſch Sacerdotibus omnem pecuniam ſacrorum, quæ inferetur in domum Jehovæ, pecuniam tranſeuntis, pecuniam æſtimationis animarum cujuſque, omnem pecuniam quam ſinguli ſpontè conferunt in domum Jehovæ: ſumunto apud ſe Sacerdotes quiſque à noto ſibi, & ipſi curanto labem ipſius domus, ubicunque inventa fuerit labes. Deinde fuit anno vigeſimo tertio Regis Jehoaſchi, nondum curantibns ſacerdotibus labem domus, ut Rex Jehoaſch vocato Jehojadaho Sacerdote & reliquis Sacerdotibus, diceret eis, quare non curatis labem domus? Nunc ergo ne accipitote pecuniam, ab iis qui noti ſunt vobis, ſed ad labem domus curandam redditote illam. Cui acquieverunt Sacerdotes, *2. Reg. 12. v. 4. 5. & 2. Chronic. 24. v. 6. 7.*

Jechiskiia Rex ipſo anno primo regni ſui menſe primo, aperuit fores domus Iehovæ & confirmauit ipſos Sacerdotes, juſſit enim convenire Sacerdotes & Levitas & congregavit eos in plateam orientalem, & dixit eis, auſcultate mihi ô Levitæ: jam ſanctificate vos, & ſanctificate domum Jehovę Dei majorum veſtrorum, & efferte quod ſeparandũ eſt è ſancto. *2. Chron. 29. v. 2. 3. 4. 5.* Ingreſſi juxta mandatum Regis

cum

m verbis Jehovæ ad mundandum domum
hovæ, *Dict. cap. 29. v. 15.* Tum
nientes intro ad Jechiskiiam Regem dixe-
nt: purgavimus totam domum. *2. Chron.*
. v. 18. Reſtituit verò Jechizkiia diſtribu-
nes Sacerdotum ac Levitarum per diſtribu-
nes eorum, quemque ſecundum miniſte-
m ipſius, Sacerdotes & Levitas in holo-
uſta, & in euchariſtica ad miniſtrandum
ad celebrandum atque ad laudandum in
rtis caſtrorum Jehovæ, &c. *2. Paralip.*
. v. 2. & ſeqq.
Ioſhiia Rex ſimiliter conſtituens Sacerdotes
cuſtodiis ſuis, corfirmavit eos in miniſte-
domus Iehovæ, Edixit verò Levitis præ-
rantibus, pro toto Iſraële res ſanctas Ieho-
ponite eas coram arca ſancta, in iſta do-
quam ædificavit Schelomo filius Davidis.
x Iſraëlis non incumbit vobis onus depor-
ndi humero: Nunc ſervite Iehovæ Deo ve-
o & populo ejus Iſraëli, & præparate per
milias paternas veſtras ex præſcripto Davi-
; Regis Iſraëlis & ex præſcripto Schelomo-
s filii ejus, &c. *2. Paralip. 35. v. 2. & 3.*
Multa & infinita alia hujuſmodi in ſacris
teris habentur; & ne quid deſit idem ex
æceptis Apoſtolorum Petri & Pauli erui po-
ſt, *Petr. Martier. Claſſ. 13. locor. Comm.*
orum ille ſcribens electis advenis diſperſi-
nis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ &
thyniæ; ſubjecti, *ait*, eſtote omni humanæ
eaturæ propter Deum, ſive Regi quaſi præ-
cel-

cellenti, ſive ducibus ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum quia ſic eſt voluntas Dei 1. *Pet.* 2. *v.* 13. & 14. Hic verò ad *Roman.* 13. *v.* 1. & 2. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo: & quæ ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. *Tit.* 3. *v.* 1. *Sap.* 6. *v.* 4. Quo dicto ſecurus Bernhardus *Epiſt.* 170. Etiamſi, *inquit*, totus terrarum orbis adverſum me conjuraret, ut aliquid moliar adverſus regiam majeſtatem, ego tamen Deum timerem & ordinatum ab ipſo Regem offendere temerè non auderem memor ejus; Qui poteſtati reſiſtit, &c. Scribit autem hæc Paulus ad omnes dilectos Dei vocatos ſanctos Romæ, in quorum numero procul dubio & illi erant, qui Evangelium Chriſti prædicabant, quos etiam ſub nomine electorum ad quos ſcribit contentos fuiſſe dubium non eſt: Ideoque univerſaliter ait: *omnis anima*, de quo *Bernhard. in Epiſt. ad Archiepiſcopum quendam*: ſi omnis, eſt & veſtra: Quis vos excipit ab univerſitate? ſi quis tentat excipere, conatur decipere. Et notanter *Chryſoſt. in cap.* 13. *Rom.* accommodat ad Clerum: Omnibus, *Inquit*, hæc præcipit ſacerdotibus: non autem iis ſolis, qui hujus vitæ negotiis occupantur, ſtatim in ipſo proëmio declarat Apoſtolus, cum ſic ait: omnis anima, quaſi dicat etiamſi Apoſtolus, etiamſi Evangeliſta, etiamſi Propheta vel alius

quivis

ivis fuerit, ſubjectio enim iſta non evertit
ꝛtatem. Ita & *Thomis* interpretatur, *Lect.* 1.
*13. cap. Rom. & Iren lib 1. cap. 14. Au-
ſt. in explic. quarundam propoſit. Epiſt. ad
ꝛm. Tertull. de Idol. cap. 25.* ut mirum ſit,
â audaciâ *Bellarminus in reſponſ. ad propoſ. in
uſ. Ven. c. 3. contr. Barcl. Thol. in Syntagm. Jur.*
deant ſuperius Pauli dictum explicare de u-
que poteſtate tam Eccleſiaſticâ quam
ili, cum mens & intentio ipſius Apo-
li ſit redarguere eos, qui per prætextum
ertatis, homines abducebant ab obœdien-
ſeculari magiſtratui debita, ut Objectiones
as ipſe ſolvit apertè demonſtrant. Tum
am poteſtatem ita deſcribit, ut Eccleſiaſti-
m nullo modo comprehendere poſſit, ut
n ſcribit: Non enim ſine cauſa gladium
rtat, Dei enim miniſter eſt, vindex ad
m. Item illi Magiſtratui ſubjectos eſſe ju-
t, cui tributa ſolvuntur; At hæc Chriſtus
e Cæſari ut poteſtati ſeculari ſolvit. Deni-
e fruſtra monuiſſet Paulus, ut ſuperiori po-
ſtati obedirent, quia tum inter fideles nulla
teſtas erat. Nondum enim erat ſublimatum
rnu Chriſti, id eſt, nondum, imperabat
cleſia Imperatoribus, ut ait, *Petrus Jacob in
ꝓpend. ad prax. papienſ. rub. 23. n. 19. Bel-
rm. c. 3. contr. Barcl.* Hanc poſtremam
ſponſionem, quam & *Barcl.* dederat, indi-
am vocat homine docto & Iuriſconſulto,
m jam tum temporis inter Chriſtianos fuerit
teſtas maritalis, patria, herilis, magiſtri
in di-

in diſcipulos, Eccleſiaſtica, de qua 2. *Cor.* *10. & 13. Heb. cap* 13. Demonſtrare debebat *Bellarm.* fuiſſe tum temporis poteſtatem politicam Chriſtianam. Is vero aliò effugit,& alias poteſtates nobis affert, quarum apud Paulum nulla penitus mentio fit, cujus verba quamvis ad alias quoque poteſtates privatas ex parte applicari poſſint, tamen nomine *gladii* ſatis notanter exprimit quam intelligat poteſtatem ſcilicet Politicam, cum Eccleſiaſtica gladium non portet nec tributa accipiat. Poteſtates porro ab ipſo enumeratæ, utpote maritalis, patria, herilis, magiſtri in diſcipulos, gladio armatæ non ſunt, ſed ſaltem levi coërcitione & correctione, gladius enim ad perſonam publicam ſpectat, hæ verò poteſtates omnes privatam reſpiciunt. Propterea qui aliis magiſtratibus oboedire tenentur, Politico quoque obedire debent, quippe, cui omnis anima ſubjecta eſt.

Et quod Apoſtolus Paulus hic docuit reipſa quoque præſtitit, quando appellans ad Cæſaré, ab eo ſe dicit oportere judicari, *Act. 25. v. 10.* in quo graviter peccaſſet, ſi Cæſarem pro legitimo non agnoviſſet, quia ſecundum Canoniſtas,immaniter peccat, qui ſe poteſtati ſeculari ſubjicit *c. ſignificaſti. c. ſi diligenti. Extra. d. for. compet. cum ſimm.* Imo gravius peccaſſet ipſe Chriſtus, qui non tantum paſſus eſt ſe judicari à Pilato, ſed & illi poteſtatem illam datam cælitus confitetur, juxta Apoſtoli monitum: Omnis poteſtas eſt à Deo. Unde Bern-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Bernhardus ſcribit ad Archiepiſcep. Senen. Quid ſecularitatem contemnitis? Nemo ſecularior Pilato cui Dominus aſtitit judicandus. Non haberes inquit in me poteſtatem niſi tibi datum eſſet deſuper: jam tum pro ſe loquebatur & in ſe experiebatur quod poſt Apoſtolos clamavit in Eccleſiis. Non eſt poteſtas niſi à Deo.

Hinc factum eſt quod Magiſtratus dicantur ἐξουσιάζοντες, *Luc.* 22. *v.* 25. ἄρχοντες, *Matth.* 20. *v.* 25. ἀρχαὶ, *Luc.* 12. *v.* 11. *Tit.* 3. *v.* 1. δυνάμεις, 1. *Cor.* 15. *v.* 24. Propterea enim eſt poteſtas ſuper eminens à Deo inſtituta & gladio armata, ut & religionem & legem Dei tueatur, honeſtas leges ferat, judicet, in impios & ſceleratos animadvertat, bonos defendat, &c. *Dan.* 2. *v.* 37.

Et quod cura religionis Magiſtratui Politico ſingulariter ſit commiſſa, ſatis apertè docet Scriptura S. *Deut.* 17. *v.* 18. *Joſ.* 1. *v.* 7. *Pſal.* 2. *v.* 10. *Eſa.* 49. *v.* 23. Quod etiam ſatis oſtendit ipſa praxis à Spiritu Sancto approbata. Etenim alii Regum à Spiritu Dei laudantur, ob collapſum religionis cultum fideliter reſtauratum, 3. *Reg.* 18. *v.* 4. & 23. *verſ.* 8. 15. 19. alii autem quam maximè caſtigantur ob idololatriam non extirpatam 3. *Reg.* 15. *v.* 11, 12, 13. & *c.* 22. *v.* 44. & 4. *Reg.* 12. *v.* 3. & *c.* 14. *v.* 4. & *c.* 15. *v.* 25. Magiſtratus enim Politici officium eſt, primò, curare ut incorrupta religio in omnibus regni ſui provinciis pro-

page-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

pagetur, & hæreſes quantum fieri poteſt extirpentur, *Deut. 17. v. 18. & ſeqq. & 13. v. 5. & ſeq. Pſal. 2. v. 10. Eſa. 49. v. 23.* *Secundò*, præficere Eccleſiæ orthodoxos Doctores, de quorum & in religione ſinceritate, & in vitâ, integritate, nemini non conſtet, exemplo Jojadæ, 2. *Parlip. 23. v. 18.* Eſechiæ, 2. *Paralip. 29. v. 10. 11.* Joſia, 2. *Paralip. 36. v. 1. 2. & ſeqq. Tertiò*, Hoc agere & urgere, ut rectè conſtituatur doctrina Eccleſiaſtica, quâ & periculoſis in doctrinâ erroribus, & damnoſæ vitæ obviam eatur: exemplo Moſis, *Exod. 32. v. 20.* Regis Aſæ, 1. *Reg. 15. v. 12, 13.* Regis Jehu, 2. *Reg. 10. v. 25. 26.* Ezechiæ. 2. *Reg. 18. 1. 4. 5.* Joſiæ. 2. *Reg. 23. v. 4. 5. 6.* Joſaphati. 2. *Paralip. 19. v. 4. 8. 9. Quartò*, Scholarum, Eccleſiarum, bonorum Eccleſiarum, ædificiorum ſacrorum, ſedulam gerere curam, ad imitationem Davidis, 1. *Paralip. v. 2.* Salomonis, 1. *Reg. 5. v. 4. 5. & cap. 6. 29. v. 2. & c. 8. v. 64.* Cyri, *Eſdr. 1. v. 67.* 2. *Paralip. 36. v. 22.* Ioſiæ, 2. *Reg. 12. v. 6. & ſeqq. Quintò*, Si quæ ingruant circa religionem diſſenſiones aut difficultates, pio Magiſtratui ex officio incumbit ſynodum conſcribere & convocare, atque ſedulò curare, ut controverſiæ ſopiantur, litibus è uerbo Dei fideliter deciſis. *Deut. 17. v. 18. Pſal. 2. v. 10. & ſeqq. Eſa. 49. v. 23. Rom. 23. v. 1.* Et hæc omnia poteſtate ſui gladii, quam non habet Eccleſia, cum ejus arma non ſint carnalia, 2. *Cor 10. v. 4.* ſed

ſed obſecrationes in omni patientiâ & doctri-
nâ, 2. *Tim*. 4. *v*. 2. Nam Paſtores non poſ-
ſunt dominari fidei, cum gaudii ſint miniſtri,
2. *Corint*. 1. *v*. 24. Non ut dominantes cleris.
ſed ut qui exemplaria ſint gregis 2. *Pet*. 5.
v. 3.

Quod verò magiſtratus Politici officium ſit
circa leges condendas, quæ omnes in univer-
ſum ſubditos obligant, inter quos etiam Ecle-
ſiaſtici ſunt, hic multis non diſputo, cum
claro clarius ſit Magiſtratum politicum teneri
condere ſalutares leges, ut patet ex *Proverb*.
8. *v*. 15. 16. Quæ tàm privatum ſingulorum
quàm publicum omnium commodum ſpecta-
bunt, teſte Dei Spiritu, *Rom*. 13. *v*. 1.
2. 3. *& ſeqq*. 1. *Tim*. 2. *v*. 2. Qui enim
reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit,
qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi conde-
mnationem ferent, neceſſe eſt ſubjici non ſo-
lum propter iram ſed & propter conſcientiam.
Rom. 13. *v*. 2. 5. Subjecti eſtote πάσῃ ἀν-
θρωπίνῃ κτίσει propter Dominum 1. *Pet*. 2. *v*.
13. 14. 15.

Vetus teſtamentum ſi evolvere lubet, etiam
clarum evadet ipſos Pontifices ſummos fuiſſe
ſub poteſtate regiâ, cujus rei exemplum adfert
Barcl. *c*. 15. *d*. *Pot*. *Pap*. ex eo, quod Rex
Salomon Abiatharum Pontif. non tantùm ſa-
cerdotio exuit & morte condemnavit, licet
gratiam ipſi fecerit, propter merita, quibus
parenti ſe devincierat. 3. *Reg*. 2. Mirificè ſe
torquet *Bellarm*. *Lib*. 2. *d*. *Pontif*. *c*. 19. *Arg*. 4.

c. 15. contra Barcl. dum factum hoc eludere nititur, ſed & ſibi contradicit & conſpicuis ſcripturæ verbis adverſatur nam *c. 15. contr. Barcl.* cum fruſtra tentaſſet plurimas reſponſiones, tandem ait factum Salomonis narrari tantum, ſed non probari, ſicut nec fratricidium Adoniæ, quem ait occiſum à Salomone, quod Abiſag Sunamitidem ſibi propoſciſſet in uxorem, cum tamen ex *verſ. 15. & verſ. 22.* Conjurationis ejus manifeſta ſigna colligantur. *in cap. 29. vero, lib. 2. d. Pontif. Rom. ait*, Salomonē non ut Regem, ſed ut Prophetam & executorem divinæ juſtitiæ depoſuiſſe Abiathar, ſubſtituto Sadoch. Poſterior igitur reſponſio arguit priorem & accuſat Deum iniquitatis, quaſi per Prophetam aliquid executus ſit quod *Bellarm.* probari poſſe negat, imo quod ſecundum Canoniſtas grande in ſe contineat peccatum. Aſt utraque reſponſio eſt inanis & falſa quod ex omnibus mundi temporibus tam ante quam poſt Chriſti adventum probabimus, ex quibus clariſſimè, Eccleſiaſticos ſemper Politico Magiſtratui ſubditos fuiſſe patebit. Nullus quippe extat hiſtoricus Moſe antiquior, ille inde à creatione mundi, uſque ad obitum ſuum Anno Mundi, 1493. nullius poteſtatis ſupereminentis in terris niſi ſolius Principis, in omnes territorii ſui incolas meminit. Juxta hunc ordinem lex à Deo data fuit *Moſi*, Duci & Regi populi, non autem Aaroni, nam ſcriptum eſt: Moſem ſumpſiſſe librum fœderis & legiſſe, populo audiente:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

liente &c. *Exod. 20. uſque ad 25. cap.* ſumſiſſe ſanguinem fœderis eoque populum aperſiſſe. Et cum ſummus ſacerdos cum tota iſibili Eccleſia, Idololatriâ circa vitulum aueum ſe polluiſſent, Moſes Aaronem repreendens: Quid, inquit, tibi fecit iſte poulus, quod induxeris ſuper eum peccatum naximum? *Exod. 32. v. 21.* Ad quam in repationem non reſpondit aron, errare on poſſe aut ſe aut Eccleſiam ſuam non ſe toum orbem judicare, à nemine judicari, ed conditionis ſuæ conſcius, & per onſequens ſe ſubditum eſſe Principi, ratiam ejus petit: Ne accendatur ira Domii mei, *Exod. 23. v. 22.* Similem reprehenonem tulit, æquo tamen animo, ſummus ſaerdos Eleazar à Moſe. *Levit. 10. v. 16, 17, 18.* ui etiã mandata fuit à Deo, directio cultus & rdinis Eccleſiaſtici, non verò ſacerdotibus *xod. 18. v. 13.* Nihil hoc obſtat quod Moes ex tribu Levi fuerat, *Deut. 10. v. 8.* Quano enim ille ſummos corrigebat & increpaat ſacerdotes, non hoc ut Levita fecit, qui liàs minimis ſacerdotibus ſubeſſe debebat, iſi ad hunc titulum dignitas Ducis acceſſſet.

DAVID, Vir ſecundum cor Dei, qui ulra muneris ſui metas penitus nil moliebatur, oſtquam Salomonem filium ſuum in Regno ucceſſorem nominaſſet, Concilium convoavit, numeravit & diſtribuit ſacerdotes, ut acarent muneri ſuo, quod non ut imperantes

ſed miniſtrantes peregerant, ut clarè deſcribitur, 1. *Chron.* 23. *v.* 1. 2. 3. *&* *ſeqq.* *&* *verſ.* 13. *&* 24. *&* *ſeqq.* Patrem ſuum imitatus erat SALOMON, 2. *Chronic.* 6. *per. tot.*. IOSAPHAT ſimiliter poſtquam lucos excidiſſet, & cultum imaginum profligaſſet, Ieroſolymis conſtituit ſcilicet ad Judicia Domini Amariam ſocerdotem & Zebadiam anteceſſorem in domo Juda, in omni negotio regio & anno 3. regni ſui miſit ex præcipuis gubernatoribus, ut populus erudiretur, & cum iis Levitas, 2. *Chron.* 19. *v.* 3. 4. 5. 6. *&* *ſeqq.* JOSIAS, ſtans Rex ad columnam ſuam fœdus pepigit coram Domino, &c. 2. *Reg.* 23. *v.* 4. Tum præcepit Rex Hilkyæ Sacerdoti. *Dict. cap.* 23. *v.* 5. ut demolirentur Idola, occiderentur eorundem Sacerdotes. 2. *Reg.* 22. 23. *v.* 5. 6. 7. 8. *&* *ſeqq.* Hilkyas verò non excepit, non eſſe Regis quicquam ſibi imperare in iis quæ ad cultum Dei pertinent, imo paret potius mandato Regis. EZECHIAS, ipſo anno primo regni ſui aperuit fores domus Domini & reparavit eas, &c. Et congregari fecit Sacerdotes, &c. Poſtea vero edixit Sacerdotibus, 2. *Chronic.* 29. *v.* 3. 4. 5. *&* *ſeqq.* Idem ipſe deſtruxit excelſa, fregit ſtatuas, ſuccidit lucos & comminuit ſerpentem æneum quem fecerat Moſes. Proinde totam Eccleſiam convocavit, ſcripſit Epiſtolas ad Ephraim & Manaſſen, ut venirent Jeroſolymâ ad celebrandum Paſcha, &c. Nam Rex, *quod notes*, cum principibus ſuis cum univerſo cætu Iſraë-

t conſilium inierat de celebrando Paſchate
enſe ſecundo. Itaque à Rege, *quod no-*
ndum, abiverunt curſores, &c. *2. Chron.*
. *v. 3. & ſeqq. 2. Chronic. 30. v. 2. 3. &*
q. JOSIAS, reliquorum ſtatuta ſequitur,
Chronic. 5. v. 4. & ſeqq. NEHEMIAS,
ſtituit cultum Dei, &c. *Nehem. 8. v. 8. &*
. Principes autem hactenus enumerati non
unt Sacerdotes, adeoque nihil faciebant
i pro authoritate regia, munera exercentes,
æ regalis ipſorum officii erant.

Nec etiam aliqua in parte poſt adventum
omini jus Regum in Eccleſiaſticos eſt dimi-
tum, non enim ille venit ut legem diſſolve-
ſed ut adimpleret. *Matt. 5. v. 17.* Nec re-
um ejus erat de hoc mundo, *Johan. 18. v.*
Quapropter etiam ſe Pilati judicio ſubjecit
uo exemplo monſtraret, quid poteſtati ſe-
ari jure deberetur. *Joh. 18. v. 33, 34. Matth.*
v. 11. Marc. 15. v. 2. Luc. 23 v. 3. Propte-
Reges conſtituti dicuntur à Deo, ad tu-
elam non minus pietatem & religionem,
um honeſtatem & Politiam. *1. Tim. 2. v. 2.*
de ſequitur Chriſtum non abrogaſſe Im-
ium quod ſub lege habuerunt, ſed potius
biliviſſe & confirmaſſe, propterea tot titulis
prærogativis eos præ aliis mortalibus deco-
it, vocantur enim Chriſti & uncti Domi-
Jerem. 4. v. 20. Lucernæ Iſraëlis, *2 Sam.*
v. 17. Viri ſecundum Cor Dei, *1. Sam.*
v. 14. Dii & filii altiſſimi. *Pſal. 82. v. 6.*
æ cum ita ſint, quis furor & ſumma im-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

pudentia, Romanos & Pontificum adulatores, qui affirmare non verentur, Reges ſervos potius eſſe quam Dominos. Imperatores multos à Pontificibus fuiſſe depoſitos: Nullum tamen unquam Pontificem ab Imperatoribus, (cujus tamen contrarium infra probabimus) ab epiſcopis poſſe Reges deponi & abrogari eorú leges. Clericos aliquod regnum incolentes non eſſe ſubjectos Principi, ab aliquo Principe judicari non poſſe, quantumvis ipſi judicent Principes. *Bellarm. d. Laic. c. 1. Bell. d. Pont. lib. 1. c. 7. & lib 3. cap. 16. & lib 4. cap. 8. Eman. Sa. Jeſ. in Aph. exc. Antverp. v. princeps v. Cleric.* Deum hominumque fidem! Quæ Romanorum Alaſtorum impudentia & perditorum jeſuitarum temeritas; Qui plus juris ſibi arrogare audent quam Chriſtus & ejus Apoſtoli habuerunt, qui ſuâ ſponte Magiſtratui politico ſe ſubjecerunt nam ſi principes ſervorum loco eſſent habendi, vel ad illum ſaltem ordinem redigendi; ſatis erat Domino noſtro, ut eò deprimeret etiam elatiſſimos, ſi vero nec ipſe, nec ejus Apoſtoli hoc unquam vel tentarunt vel aggreſſi ſunt, etiam eo tempore cum Eccleſia eſſet puriſſima, neque etiam ſub aliquo prætextu adhuc hodiè fieri poteſt; Præſertim cum Apoſtolus ſucceſſoribus ſuis præcipiat, ut ſint immitatores ipſius, ſicut erat ipſe Chriſti, *1. Cor, 11. v. 1. Philipp. 3. v. 11. Eph. 5.* Illi ſibi invicem dicturi ad exemplum Chriſti, Regnum meum non eſt de hoc mundo, *Joh. 18. v. 36*

contenti

ntenti erunt clavibus cœlorum,non raptu-
claves urbium , aufugient exemplo Servato-
, ſi quis eos velit facere Dominos tempo-
es ſeu Reges , *Johann. 6. v. 15.* Munus
oque Juriſdictionis Civilis non ſuſcipient,
nec Servator , cui cum dixiſſet quidam:
gíſter dic fratri meo ut partiatur heredi-
em mecum, dixit ei heus tu , quis me vo-
judicem aut patitorem præfecit ? *Luc. 12.*
13. 14. Neque de cauſis criminalibus co-
oſcent , illum imitati de quo ſcriptum eſt:
ulier nemo te condemnavit ? Ipſa verò di-
, nemo Domine. Dixit autem Jeſus nec
o te condemno , vade & ne amplius pec-
Joh. 8. v. 10. 11. Dominus noſter recu-
officium magiſtratus temporalis , fungens
nere veri Paſtoris ſpiritualis , invitans pec-
ores ad reſipiſcentiam , nec tamen vitium
obans. Paulus quoque Chriſtum imitatus a-
ovit legitimam poteſtatem *Felicis* & *Portii*
ſti , ſucceſſoris ipſius , quorum uterque
t Juris adminiſtrator in Judæa. *Actor. 24.*
25. 27. & cap. 25. v. 8, 9, 10. Unde D.
rnhard. ad Eugenium lib. 2. ſcribit! Apo-
lis interdicitur dominatus, ergo & tibi. Tu
rpare audes , aut Dominus Apoſtolatum
t Apoſtolus dominatum? Forma Apoſtolica
c eſt: interdicitur dominatio inducitur mini-
atio Si hoc verum in Apoſtolis,dubium non
quin in presbyteris,Epiſcopis Pontificibus i-
obtineat. Accedit,quod latius patet Reſpub.
am Eccleſia , cur igitur pars minor majori

 domi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

dominetur? Cum præſertim diverſiſſimæ ſint rationes regendi Eccleſiam & regendi Rempub. Si arator peronatus, nauticarum rerum imperitus navem regendam poſcat, exclamat Melicerta periiſſe frontem de rebus, tu, qui ſpartam es nactus tractare divina, ſacra curare, mundi curis abrenuntiare, Reipub. gubernacula tibi deberi contendes; & cum prudentia civilis, quæ eſt anima Reipub. cum ejuſdem adminiſtratione ſit conjuncta, cum effuſione humani cruoris & aliis multis ſanctimoniæ ſacerdotali prorſus contrariis: Tu duo hæc adeo ſuâ naturâ diſſidentia tibi uni vindicabis? Sanè priuſquam Eccleſia in Rempub. admitteretur, ipſa Reſpub. erat, & Imperatores ac Reges ſummum jus obtinebant, proferatur locus aliquis è ſacris litteris, qui ſua jura Principibus adimat, quique receptam ipſis dominationem ſacerdotibus Chriſtianis tradat, nos interea credamus cum univerſâ Eccleſia, Dominum Jeſum cum ordinatis jam ante Rebuſpub. hoc beneficium novum contulit, ut etiam Eccleſiæ Dei fierent, priora jura nulla ex parte imminuiſſe aut lebefactaſſe, alioquin falſò caneretur illud Sedulii in Eccleſia Catholica.

Hoſtis Herodes impie
Chriſtum venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cœleſtia.

Hæc ille. Sed ut revertamur eò unde digreſſi ſu-

mus. Illa Domini noſtri Jeſu Chriſti & D.
li exempla ſuperius repetita tantum fece-
t, ut ſub initium Eccleſiæ, & deinceps in
us augmento, Papæ non recuſarint ſe Po-
atibus temporalibus ſubmittere, tantum
ſt, ut inferiores Eccleſiaſtici non eas a-
verint. Quod ut clarius ac dilucidius ex-
etur, tempus illud quod à Petro & Paulo
oſtolis lapſum eſt, uſque ad Carolum Ma-
m in tres partes erimus diviſuri. *Prima*
à S. Petro ad Imperium Conſtantini: *Secun-*
, à Conſtantino ad Iuſtinianum: *Tertia*, à
iniano ad Carolum Magnum, iſtum Occi-
ntis Imperatorem.

De *Primo* illo tempore à D. Petro ad Con-
ntinum, neminem arbitramur in dubium
are, quin Eccleſiaſtici Poteſtatibus tem-
alibus ſubmiſſi eſſent: cujus fidem faciet a-
ogia Chriſtianorum apud Tertullianum,
temporibus illis variis modis cruciabantur,
uti cum Chriſtianus diceretur: *Omnium ſce-*
m reus, Deorum, Imperatorum, legum, mo-
, naturæ totius inimicus, Tertullian. in A-
g. adverſ. gent. cap. 2. v. denique 1. Quum
eos omnia & cœli & terræ, conjicerentur
ommoda & damna, *Si Tiberis aſcendit in*
nia, ſi Nilus non aſcendit in arua, ſi cœlum
it, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues. Tertull.
Apolog. cap. 40. Quum nebulones quidam
os appellabant, *depoſtulatores Chriſtianorum,*
inde inclamabant, *Chriſtianos ad Leonem.*
prianus *Epiſt. 15. & 55.* Tunc inquam co-
giane

gitandum unicuique relinquitur, an bonis illis patribus, preſbyteris, Epiſcopis, pontificibus, miniſtriſq; verbi Dei aliis parceretur. Pleni inveniuntur libri adhuc hodie ejus temporis Martyrum vitam diſcribentes, eorundem, torturas, cruciatus, perſecutiones, mortiſque genera, ad vivum nobis depingentes. Nobis ſufficient hoc loco pauca quædam exempla, quibus fiet manifeſtum novem inſigniores perſecutiones Chriſtianorum, quæ ortæ ſunt primis illis trecentis annis Domini noſtri Jeſu Chriſti à Nerone uſque ad conſtantinũ ſuſtuliſſe, præter innumerabilem aliorum Chriſtianorum multitudinem, magnum etiam Pontificum Romanorum numerum. Nam poſtquam Apoſtolus Paulus 3. Kal Iulii, Lucio Fontejo Capitone & Cajo Iulio Rufo, Coſſ. Laurea Martyry eſſet Coronatus. *Tertull. d. præſcr. ad hered. c. 36. & in Scorp. ad gnoſtic. in fin. Egeſip. d. Exc. Jeroſ. lib. 3. c. 2. & alii qui à Pamel. referuntur.* Mox alii inter quos *Linus, Cletus, Clemens. Anacletus, Evariſtus, Alexand. 1. Sixtus 1. Teleſphorus, Pius 1. Anicetus, Soter, Eleutherius Victor I. Zepherinus, Caliſtus I. Vrbanus I Pontianus, Antherus, Fabianus*, & reliqui omnes continuâ ſerie ſibi inuicem uſque ad *Marſellinum* ſuccedentes mandatis Imperatorum *Neronis, Galbæ, Veſpaſiani, Titi, Domitiani, Trajani, Adriani, Antonini Py, Antonini Veri, Commodi, Pertinacis, Didii, Juliani, Septimii Severi, Caracallæ & aliorum*, non ſine maximis torturis, cruciatibus, perſecutionibus,

bus, vinculis è medio ſublati & coronâ martyrii inſigniti erant. Imo & poſtea non ſolum Pontifices, verum etiam perplurimi alii Chriſtiani tam Eccleſiaſtici quam ſeculares unicâ perſecutione Imperatoris Diocletiani, ſpatio dierum paulo minus triginta, ſeptendecim Chriſtianorum millia morte multata & cœſa fuerant. *Platin. in vit. Marcell.*

At hæc omnia ſine certo aliquo juſtitiæ ordine facta fuiſſe, dici non poteſt, nam certum eſt adhibitas fuiſſe formas judiciarias, ac fuiſſe Chriſtianos condemnatos, & (quamvis immerito) legibus, publicis ſuppliciis affectos. Hanc ob cauſam Tertulianus apologiam à ſe conſcriptam ad Iudices, dirigit. *Tertull. in prim. & ult. cap. apolog. ad gent.* Et Plinius ſecundus, in quadam Epiſtola ad Imperatorem, *Plin. 2. Epiſt. lib. 10. Epiſt. 97.* Trajanum nominatim formulam ſui Iudicii adverſus Chriſtianos refert. Et in quâdam Epiſtolâ quæ Hieronimo tribuitur, dicitur Conſtantinum juſſiſſe, ut Iudices, ſollicitâ perſcrutatione, monumenta publica diſcutiendo perquirerent, qui martyrium, à quo Iudice, in quâ die quâve perſeverantiâ, paſſionis ſuæ obtinuerant palmam de ipſis archivis ſublata Euſebio dirigerent. *Hieron. in Epiſt. ad Crom. & Hel. Epiſc.* Ex quibus apparet Iuridicam aliquam formulam obſervatam fuiſſe, quandoquidem ſequebantur condemnationes: & ſententiæ & proceſſus verbales

executionum, in monumenta referebantur, & tam accuratè monumenta in archivis publicis conſervabantur. Unde hoc ſaltem ſequitur Eccleſiaſticos illo tempore ſeculares judices agnoviſſe quod ex ſuperioribus claro clarius elucet, quod quidem ab iiſdem minimè factum fuiſſet, niſi ſe jure divino ad id obſtrictos ſenſiſſent: Nam alioqui graviter peccaſſent. Et quæ conſtantia ad fidem ſuam profitendam impellebat, eadem ad declinandum eorum Juriſdictionem impuliſſet, à quibus ſe judicari patiebantur, quin ſe jure divino ſubjectos eorum legibus agnoviſſent. Quod cum ab ipſis minimè factum ſit, ſanè agnoviſſe illos fatendum eſt, eos ad quos vocabantur, ſuos Judices fuiſſe, quod infallibiliter toties hactenus repetito D. Pauli exemplo demonſtrari poteſt, qui quum Hieroſolymitanis Iudicibus traderetur judicandus, eos recuſavit, & ab iis ad Cæſarem provocavit. Quamvis nec aliquis alius eo tempore Romæ, nec inter ipſos Patres quiſpiam, ſe Judicio & juriſdictioni Iudicum ſecularium ſubtraxerit, imo nec ipſi Pontifises, rurſus à Fabiani P. M. tempore uſque ad Sylveſtrum I. Nam Cornelius, Fabiani ſucceſſor, à Decio in exilium miſſus, mox viciſſim revocatus, ſupremo poſtea ſupplicio affectus eſt. Cujus relegationis & ab exilio revocationis ſententiæ lubens paruit. Lucius I. ſub Licinio, vel ut quidam volunt, ſub Valeriano paſſus. Stephanus I. ſub Callieno capite plexus, & ſub eodem

eodem, Sixtus II. Dionyſius unicus, Imperatoris Claudii furores & Iudicium ſatis expertus eſt. Felix I. ab Aureliano condemnatus, Eutychianus ſub Floriano; Cajus ſub Diocletiano; Marcellinus, ſub Maximiano; Marcellus, ſub Maxentio; Euſebius, Miltiades, ſub eodem; & cum illis innumerabiles alii tam Clerici quam ſeculares martyrium ſubierunt non detrectantes judicia Magiſtratus Politici, qui potius ſeſe illius juriſdictioni ſubmiſerunt.

Illa hactenus, cum verò mitius oriretur ævum, quo Eccleſia Dei quæ hactenus tot perſecutiones & variorum fluctuum moleſtias paſſa eſt, caput aliquantiſper ſub feliciori Imperii ſydere Conſtantini Magni, primi Imperatoris Chriſtiani, erigere cœperat, non ipſi Pontifices omnium licentiarum habenas nacti ſunt, ſed adhuc Imperatorum potentiam eorumque dominatum experti erant. Et ut primum de Conſtantino Magno, Imperatore aliàs mitiſſimo conſtet: ipſe equidem Imperatoriam Majeſtatem conculcari non eſt paſſus, ſed cum diſcordiæ quædam inter quoſdam Concilii patres fuiſſent exortæ, eaſdem interpoſitâ ſuâ authoritate extinxit & ſopivit, in cujus rei fidem Theodoretus hoc reliquit ſcriptum: Et maxima concilii pars verbis ejus obtemperavit, & mutuam concordiam doctrinamq; ſanam amplexata eſt, *Theodoret. Hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 7.*

Et ut amplius pateat, ipſum ſe ſua in Ec-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

cleſiaſticos poteſtate non abdicaſſe, videatur ejus Epiſtola quam ad Nicomediæ cives ſcripſit, de quibuſdam Epiſcopis loquens, ait; Erga iſtos ingratos cenſui aliquod judicium ſtatuendum, & propterea mandatum dedi, ut à ſuis abrepti ſedibus quam longiſſimè relegarentur. *Theodoret lib. 1. cap.* 18. Quum accuſationem quorundam adverſus Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum admiſiſſet: Quod tributa Ægypti impoſuerat, & aurum inde collectum homini Tyrannidem molienti ſuppeditaret, Effecerunt ut Athanaſius Conſtantinopolim duceretur. Illic ut primum venit, tum falſam criminatorum accuſationem refutavit, tum ad Eccleſiæ adminiſtrationem, quæ ei divinitus delata erat, reſtitutus eſt. *Theodoret. lib. 11. cap.* 16. Sed ſi aliquid ad hanc materiam illuſtrandam & præſens argumentum confirmandum adhibere oporteret, quo Majeſtas Imperatoria & authoritas probaretur, nihil dilucidius aut clarius deſiderari poteſt, quam ejuſdem Imperatoris Conſtantini mandatum, quo Epiſcopos Tyrum convenire juſſit, eoſque his verbis compellavit: Quod ſi quis noſtrum mandatum, etiam jam callidè rejicere ſtudens, recuſet ad concilium adventare, hinc à nobis aliquis mittetur, qui eos Regio mandato de ſua dignitate dejiciat, doceatque non decere quenquam deciſionibus Imperatoris pro veritate editis adverſari. Nemo ergo hic poteſt dicere, hunc Principem, ſeſe omni in Eccleſiaſticos abdicaſſe poteſtate, qui in, E-

piſco-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

iſcopos inquirit, in exilium mittit, eoſdem
udicat, condemnat, minatur de ſedibus de-
ectionem *Regio mandato*, & per ſuos judices:
qui diſertè dicit: *Neminem debere ſe ſuis man-
latis opponere.* Ac de reliquis longè inferiori-
bus Eccleſiaſticis authoritatis quam in eos ex-
rcebat fidem faciat quoddam ipſius edictum,
le iis qui inter Eccleſiaſticos cenſeri volebant
quos non oportebat. Si progenie municeps
el patrimonio idoneus dignoſcatur, exemptis
clericis civitati tradatur. *l. 6. Cod. Theodoſ. d.
Epiſcop. Eccleſ. & cleric.*

Ipſius autem Conſtantini Magni ſucceſſores
non minorem authoritatem retinuerunt in E-
piſcopos & Papas ipſos. *Conſtantius* filius ejus
Liberium Papam in exilium miſit, quod Atha-
naſium Alexandrinum Epiſcopum conde-
mnare noluiſſet; cujus rei integram hiſtoriam
perſequitur operoſè ſatis Theodoretus. *Platina
in Liberio.* Imperatores *Arcadius & Honorius*
ob ignem injectum fortuito in quaſdam domos
Conſtantinopoli, omnes Eccleſiaſticos pere-
grinos, qui in urbe deprehenſi ſunt, in vin-
cula conjecerunt, & paulo poſt, apertis carce-
ribus juſſerunt urbe exire, ſeque in ſuas habi-
tationes recipere, indictâ pœnâ publicationis
domorum, *quas epiſcopos vel peregrinos Clericos
poſt publicationem edictorum, & noſtræ ſereni-
tatis affatus probabitur ſuſcepiſſe l. quoſ. perſ.
Cod. Theod. d. Epiſc. & Cleric.* Vigilius l. arti-
bus Theodoræ uxoris Juſtiniani, fuit Con-
ſtantinopolim vocatus, quo cum veniſſet, mil-
le tor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

le tormentis affectus eſt, & qui eum erant Eccleſiaſtici comitati, partim in exilium pulſi ſunt, pars ad metalla damnata. *Platin. in Vigil. 1.* Theodoricus Gothorum, accuſationem admiſerat adverſus quendam Epiſcopum, qui dicebatur conſpiraſſe adverſus Regis ſtatum, ſed abſolutum dimiſit, dicens: Auguſtanæ Civitatis Epiſcopum proditionis patriæ, falſis criminationibus accuſatum declaramus, qui à nobis honori priſtino reſtitutus, jus habeat Epiſcopatus omne quod habuit. *Caſſidor. Var. Epiſt. 9. lib. 1.*

Et ne plura antiquitatis teſtimonia deeſſe videantur expreſſiora quædam à nobis erint addenda. Imperatores *Valens, Gratianus & Valentinianus* A. A. A. ad Thalaſſium proconſulem Africæ ſcribunt: Ab executione appellari non poſſe, & jure & conſtitutionibus cautum eſt, niſi fortè executor ſententiæ, modum indicationis excedat. A quo ſi fuerit appellatum, executione ſuſpenſa decernendum putamus, ut ſi res mobilis eſt, ad quam reſtituendam executoris opera fuit indulta, appellatione ſuſcepta poſſeſſori res eadem detrahatur, & ſequeſtro idoneo collocetur, reddenda ei parti pro qua ſacer cognitor judicaverit. Quod ſi de poſſeſſione, vel de fundis executio ceſſaverit, & eam ſuſpenderit provocatio: fructus omnes qui tempore interpoſitæ provocationis capti, vel poſtea nati erunt, in depoſito colocentur, jure fundi penes eum qui appellaverit, conſtituto. Sciant autem

pro-

vocatores, ſe vel ab executione appel-
tes vel ab articulo, ſi eos perperam intentio-
n cognitoris ſuſpendiſſe claruerit, quinqua-
ta librarum argenti animadverſione mul-
dos. *l. ab executione* 5. *Cod. Quor. appell. non*
ip. l. quoniam 21. *Cod. d. Apellat. l. ab ex-*
tore 4. *ff. d. Apellat. l.* 25. *Cod. Theod.*
uor. Appell. non ſuſcip. Symmach. lib. 1. *Epiſt.*
. *vid. Roland. à Vall.* 1. *Conſil.* 43. *num.* 5.
mſer 1. *Practic.* 24. *cap.* 18. Lex autem illa
neraliter loquitur, unde etiam de perſonis
cleſiaſticis erit intelligenda, dum reſtrictio-
m patiatur nullam, & quod de Eccleſiaſti-
; etiam intelligi debeat clariſſimè patet eo-
ndem Imperatorum *Valentiniani & Valenti*
nſtitutione aliâ ſcilicet: Si clericus ante de-
itivam ſententiam fruſtratoriæ dillationis
uſâ, ad appellationis auxilium convolaverit:
ultam quinquaginta librarum argenti quam
ntra hujuſmodi appellatores ſanctio genera-
imponit, cogatur expendere. Hanc autem
on fiſco noſtro volumus accedere ſed pau-
eribus fideliter erogari. *l. ſi Clericus.* 2.
od. d. Epiſcop. Audient. Quæ l. deſumpta
t ex l. 20. *Cod. Theodoſ. Quorum appellationes*
on recipiuntur. lib. 11. *l.* 10. *l.* 15. *l.* 16. *l.*
o. Cod. Theod. lib. 11. *tit.* 36. Illi ipſi Im-
eratores ad *Flavianũ Vicarium Africæ*, novam
liam conſtitutionem ſcripſerunt, his verbis:
ntiſtitem qui ſanctitatem baptiſmatis illicitâ
ſurpatione geminaverit, ſacerdotio indignum
ſſe cenſemus. Eorum enim condemna-
mus

namus errorem, qui Apoſtolorum Præcepta calcantes, Chriſtiani nominis ſacramenta ſortitos, alio rurſus baptiſmate non purificant, ſed inceſtant, lavacri nomine polluentes. *l. Antiſtitem 1. Cod. Ne ſanct. bapt. iter. l. 1. Cod. Theod. eod. l. 5. Cod. Theod. d. Hæret. Alciat. 2. præſumt. 4. c. de quibus. Extr. d. Baptiſm. c. ult. Extr. eod. In modum ſemel nati hominis Baptiſma ſemel conceditur à Deo l. 58. Cod. Theod. d. Hæret.* Quod exemplum ſecuti Imperatores *Theodoſius & Honorius A. A.* ſcripſerunt: Si quis rebaptizare quempiam de miniſtris catholicæ ſectæ fuerit detectus: Una cum eo qui piaculare crimen commiſit (ſi tamen criminis per ætatem capax ſit) & hic cui perſvaſum ſit, ultimo ſupplicio percellatur. *l. ſi quis 2. Cod. Ne Sanct. bapt. Iter l. 6. Cod. Theodoſ. eod.* Quæ lex apertiſſimè de miniſtris ſeta Catholicæ loquitur, ſeu de perſonis Eccleſiaſticis quibus hâc lege pœna mortis imponitur.

Imperatores *Arcadius & Honorius* A. A. *Eutychiano* ſcribunt: Addictos ſupplicio & pro criminum immanitate damnatos, nulli Clericorum vel Monachorum, eorum etiam quos ſynoditas vocant, per vim atque uſurpationem vindicare liceat, ac tenere. Sed & reos ad locum pœnæ ſub perſecutione pergentes nullus teneat aut defendat. Sed ſciat ſe cognitor triginta librarum mulctâ, & primates officii, capitali eſſe ſententiâ feriendos, niſi uſurpatio iſta vindicetur. Etſi tanta Cleri-

corum

rum aut monachorum audacia eſt, ut bel-
n potiùs quam judicium, futurum eſſe exi-
netur: ad Clementiā noſtram commiſſa re-
antur, ut arbitrio noſtro mox ſeverior ultio
cedat. Ad Epiſcoporum ſanè culpam (ut
tera) redundabit, ſi quid fortè in ea parte
gionis, in quâ ipſi populos Chriſtianæ reli-
onis doctrinæ inſinuatione moderantur, ex
quæ fieri hâc lege prohibuimus, à Monachis
rpetratum eſſe cognoverint, nec vindicave-
nt, &c. *l. addictos 6. Cod. d. Epiſcop. au-
ent. l. 16. Cod. Theod. d. pænit. lib. 9. & l. 57.
d. Theod. d. appellat. lib. 11. vid. Bald. hic,
Boſſium tit. d. captur. 3. Num. 15. 16. 17. 18.*
nperator *Martianus*, *Palladio præſ. præt.* ſcri-
ns, & decreta concilii Calcedonenſis appro-
ns, diſertè omnibus edicit cujuſcunque tan-
m ordinis, etiam perſonis Eccleſia-
cis, ne in diſputationem trahant, quæ in eo
creta fuerant, indictâ pœnâ privationis ſuo-
m ordinum. *l. Nemo Clericus. 4. Cod. d.
mm. Trin. & fid. Cathol.* Quæ conſtitutio
oque extat in Concilii Chalcedonenſis *Act.*
*& in Synopſ. Baſilic. 1. tit. 1. cap. 4. vid.
t. tit. Cod. Theod. d. his qui d. relig. contend.
. 16. tit. 4.* Similes aliorum Imperatorum
que ad tempora Iuſtiniani conſtitutiones,
tis inveniuntur, ut patet, *ex l. 1. Cod. The-
l. d. Relig. lib. Novell. Valen. 3. tit. d. Epiſc.
Iudic. d. diverſ. negot. l. decrevimus. 14. Cod.
Epiſcop. audient. l. cum Clericis. 25. Cod.
Epiſc. & cleric. l. omnes qui ubique. 32. l. ju-
bemus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

bemus. 36. §. *ult.Cod.d. Epiſc.& Cler.Caſſiod. variar.lib.* 8. *Epiſt.* 24.

Jam igitur ad tempora Juſtiniani Imperatoris pervenimus, cujus leges tanti factæ ſunt & ordo, ut ſoli ipſius de jure libri, à ſuo Imperio ad præſens tempus pro jure communi ubiq; & ab omnibus accepti & admiſſi fuerint. Ille quoque ratione officii à ſuprema Majeſtate ſibi demandati, ſummam poteſtatem in Eccleſiaſticos exercuit, quod illi facile cognoſcent qui aliquantiſper diligentius ejus Codicem & Novellas Conſtitutiones evolvunt. Et quidem Codicem quod ſpectat, mandat Imperator ut hæretici ejiciantur, Catholici Epiſcopi reſtituantur ſuis Eccleſiis, & Neſtoriani libri cum ſimilibus comburantur *l. nullus.* 2. *l. decere* 3. *Cod. d. Summ. Trin. & fid. Cath.* Poſtea verò multa tradit de Decanis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, de Immunitatibus Eccleſiarum, de obſervatione Canonum Eccleſiaſticorum, *l. non plures* 4. *l. placet.* 5. *l. omni.* 6. *Cod. d. Sacr. ſanct. Eccleſ.* De rerum Eccleſiaſticarum oppignoratione, earundem alienatione, de Eccleſiæ reditu, ejuſque Chartulariis & œconomis. *l. privilegia.* 17. *l. jubemus,* 14. *l. magna* 18. *l. Chartularii.* 25. *l. ſi quis.* 49. *Cod. eod.* De Epiſcopis & Clericis. *tot tit. C. d. Epiſc. & Cler.* De Clericorum & Epiſcoporum teſtimoniis & falſi teſtimonii pœna. *l. nec honore. l. Presbyteri* 78. *C. d. Epiſc. & Cleric.* Pœnam deinde conſtituit injuriæ, ſacerdotibus, & miniſtris, vel ipſi ſacro cultui locoque factæ. *l.*

. l. ſi quis. 10. Cod. eod. præcipit qui & quot
Clerici eligendi. *l. in Eccleſiis. 11. Cod. eod.*
qualis Epiſcopus. *l. ſi quenquam 1. l. omnem.*
l. ſancimus. 45. Cod. eod. Nov. 6. cap. 1.
pr. & §. 5. & Nov. 123. cap. 1. Quas con-
ſtitutiones jus Canonicum poſtea uberius ex-
plicat, *c. nobis. Extr. d. Simon. c. cum Clericus.*
Extr. d. pact. c. inter hæreſin. 24. q. 3. c. felicis.
Extr. d. pœnit. in 6to. c. venerabilem. Extr. d.
elect. c. ad falſariorum. d. Crim. falſ. c. quere-
lam. Extr. d. jurejur. c. occidens. d. Accuſat. c.
cum dilectus. Extr. d. conſuet. c. laicus. Diſt.
. c. omnipotens. d. Accuſat. c. cum poſtula-
. Extr. d. Cleric. excomm. Diſponit de bo-
nis Clericorum & Monachorum, eorumque
peculio, legatis, fideicommiſſis *l. ſi quis 20.*
quoniam. 23. l. nulli. 28. l. ſacroſanctæ. 34.
repetita 41. l. cum lege. 50. Cod. d. Epiſc. &
Cler. Multa porro addit de rebus Xenodochii,
Noſocomii, Ptochotrophii, Orphanotro-
phii, *l. omnem. 42. Cod. eod.* De filiis Preſ-
byterorum, diaconorum, ſubdiaconorum,
item de Electione & confirmatione Abbatis,
Abbatiſſæ & cæterorum. *l. ſacris canonibus.*
l. ſeq. Cod. eod. Subnectit poſtea perplurima
de Epiſcoporum privilegiis, officio, foro com-
petenti, &c. *tot tit. Cod. d. Epiſc. obæd.* De hæ-
reticis & Manichæis, de Sancto baptiſmate,
de Signo Crucis, de Apoſtatis, Judæis, Pa-
ganis eorumque ſacrificiis. *tot. tit. Cod. d. hæ-*
ret. & Manich. & tit. ſex ſeqq.

Hæc & infinita alia in Codice Juſtinianeo
inve-

inveniuntur teſtimonia, ſi vero Novellas eiuſdem conſtitutiones evolvere voluerimus, vero verius inveniemus, nullum penitus alicujus momenti negotium in Eccleſia fuiſſe, de quo non legem aliquam ſanxerit aut regulam ſcripſerit. In *Novella* etenim *tertia in pr. & c. 2.* decernit numerum Epiſcoporum, preſbyterorum, diaconorum, ſubdiaconorum, lectorum, Oſtiariorum majoris Eccleſiæ, & cæterarum Eccleſiarum Conſtantinopolitanarum. Præcipit deinde ut illi qui domos religioſas ingredi volunt, ut non ſtatim habitum ſuſcipiant, ſed triennium exſpectent: ut monachi communiter edant & dormiant teſtes alterutrius honeſtatis & caſtitatis: ut eligatur Abbas non primus aut ſecundus ex ordine, ſed qui dignior ſit. *Nov. quinta in pr. & cap. 1. 23. & ſeqq. Nov. 123. cap. 35.* Item ne Monachi uxorem ducant aut concubinam habeant. *d. Nov. 5. cap. 8. Nov. 6. cap. 1. §. 3. Nov. 123. cap. 1. & cap. 20.* Quamvis Monachi hodiè ſine mulierculis & concubinis vivere vix poſſint. *Cornel. Agr. d. van Scient. cap. 62.* Deſcribitur deinde *in Novell. Sexta* perfecta norma in perſonas & formulam electionis Epiſcoporum, ſcilicet ut ſint honeſtis moribus & vitâ, inculpabiles & undique irreprehenſibiles, bona vitæ teſtimonia habeant, & tales viros decentia. *2. Tim. 3. v. 2. l. 22. Cod. d. Epiſc. & Cler. l. certiſſime 34. Cod. d. Epiſcop. aud.* Non ſint ex officiali aut curiali fortuna: Nec ideotæ, nec uxori copulati

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

n virginitate degentes: nec filios aut ne-
s cognitos legi habeant, vel ſibi ipſis odi-
; *l. Sancimus. 36. Cod. d. Epiſcop. audient. l.*
imus. 56. Cod. d. Epiſc. & Cleric. Nov.
. *c. 1.* Non pecuniis emant ſacerdotium,
potius Domini Dei culturam reſpiciant,
quam vocati ſunt. *Nov. 123. cap. 2. l.*
rnimus 16. Cod. d. Epiſcopis & Cleric. Ne
opria Eccleſia plus quam per annum abeſſe
eant, his verbis: nemo, Epiſcoporum Deo
abiliũ, foris à ſua Eccleſia plus quam per to-
annum abeſſe audeat, niſi hoc per Impe-
em fiat juſſionem, (quæ verba notentur)
v. 73. cap 3. Nov. 123. cap. 9. Ne Epiſcopi
comitatum principis ſine ſyſtaticis litteris
edant. Porro de Clericis, quales eligendi:
diaconiſſis minoribus quinquaginta annis
n ordinandis: de Clericis in aliam formam
nſeuntibus. De expenſis Eccleſiarum & cle-
orum multitudine non facienda; Et quæ
ra in eadem dicta *Novell. 6. in pr. cap. 1. 2.*
& ſeqq. ad amuſſim repetuntur. *Quin-*
ageſima ſexta, prohibet, ne quis accipiat
ra *inſinuativa* ad ingreſſus & receptiones, ad
cleſiæ dignitates, ſub pœna, *privationis*
erdotii, his verbis: Sancimus igitur, Bea-
udinem tuam hoc validiſſimè cuſtodire ut ſi
idem conſuetudo eſt dare eos qui ordinantur
Sanctiſſima Eccleſia majore, hoc eos præ-
re, nihil enim de iis quæ dantur in ſanctiſ-
na majore Eccleſia novamus. Præterea verò
aliis omnibus, nulli in eis clericorum licen-
tiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tiam eſſe penitus pro iis quæ vocantur inſinuativa, aliquid ferre. Sed ſi quis tale aliquid egerit, illum quidem privari Sacerdotio: In illius autem officio introire qui miſſus eſt, & hanc eum avaritiæ ferre mercedem. *dict. Nov. 56. cap. 1.* unde addit *Dioniſ. Gothof. in not. Si hæc conſtitutio hodiè eſſet uſitata pauci ſacerdotes fierent. Quinquageſima octava, Mennæ Archiepiſcopo regio Civitatis Conſtantinopolitanæ ſcripta*, jubet ipſum operam dare ne in privatis domibus ſacra fiant myſteria, neve ſacroſanctum epulum quo exhibetur corpus & ſanguis Chriſti, &c. Verum ut Imperatoris ipſius in hunc Patriarcham appareat auctoritas, quædam *dict. Nov.* verba ſubjiciemus: *Hæc autem agi cum veritate, non per aliquam calumniam volumus, veracium enim ſolummodo ſumus authores. Hæc ſancimus tuam cuſtodire celcitudinem, & nihil tale fieri concedere. Scito enim quia ſi didicimus, quod tibi tale aliquod denunciatum, deinde non prohibuiſti aut tu, aut ſucceſſores tui ſinguli futuri*: Ipſe quidem quinquaginta librarum auri expones pœnam, & qui ſucceſſores cinguli tui fuerint, *parens autem tibi officium, idem ſuſtinebit damnum. Quia rem nobis ſtudioſam, & ſanctiſſimæ Eccleſiæ cuſtodientem unitatem, & prohibentem quæ à nobis apertè interdicta ſunt agi latenter, paſſum eſt deſpicere commiſſum: & circa ipſum cingulum periclitabitur: inſuper & ipſam domum, in qua aliquid tale agitur fieri publicam, & ſub ſacratiſſimum venire ærarium.* & Paulo poſt. *Volumus*

umus autem ſacerdotaliter & judicialiter, hæc ſervata durare in reliquum tempus immutila-a, &c.

Centeſima vigeſima tertia, rurſus formulas e-ectionis Epiſcoporum præſcribit, quibus donis eſſe oporteat, quâ ætate &c. Atque ita orditur *. 1. Sancimus igitur quoties opus fuerit Epiſcopum ordinari*, Clericos & primates civitatis, *cujus futurus eſt Epiſcopus ordinari, mox in tribus perſonis decreta facere, propoſitis eis ſacroſanctis Evangeliis, periculo ſuarum animarum dicentes in ipſis decretis. Quia neque propter aliquam donationem, neque propter proviſionem aut amicitiam, aut aliam quamlibet cauſam: Sed ſcientes eos recta & Catholicæ fidei & honeſtæ eſſe vitæ, & litteras noſſe, hos elegerunt, &c.* Plurima poſtea addit in eadem *Novella 123.* de preſbyteris, Clericis, diaconis, ſubdiaconis, ipſorumque qualitate, doctrina, ætate, de diaconiſſis, ædificatoribus Eccleſiarum. De pœnis clericorum qui falſum tulerint teſtimonium; de modo ſportularum in perſona Clericorum: De monachis non ſtatim veſtiendis & innumera alia ibi perſequitur, quæ referre & repetere tædioſum eſt.

Porro in centeſima vigeſima prima, perplurima de Archiepiſcopis, Epiſcopis eorundemque privilegiis & ſedendi ordine; de legatis in pias cauſas: de privilegiis poſſeſſionum Eccleſiaſticarum, Eccleſiarum ædificatione, aliiſque. Ac ne in proaſtiis vel domibus vel fundis, vel privatis locis ſacra miniſteria

fierent

fierent ſtrenuè & ex officio prohibuit. In *centeſſima trigeſima ſeptima*, iterum multa de Ordinatione Epiſcoporum repetit, & in *dict. Novell. cap. 2.* ita ſcribit: *Præſentem ſancimus legem, per quam ſancimus ut quoties uſu venerit Epiſcopum ordinari, conveniant Clerici & primores civitatis, cui ordinandus eſt Epiſc. & propoſitis ſanctis Evangeliis, ſuper tribus perſonis pſephiſmata fieri, & quenquam ipſorum jurare ſecundum divina eloquia, & ipſis pſephiſmatibus inſcribi, quod, neque per dationem, neque promiſſionem vel amicitiam vel gratiam, vel aliam qualemcunque affectionem, ſed quod ſcientes ipſos rectæ & catholicæ fidei, & honeſtæ vitæ, & excedere trigeſimum ætatis annum ipſos elegerint, & quod neque uxorē neque liberos ſciunt aliquem ex ipſis habere, nec pellicem aut filios naturales, ſciunt ipſos habere aut habuiſſe, ſed ſi quis illorum prius uxorem habuit, & illam ſolam, & neque viduam, neque à viro ſeparatam, neque ſacris canonibus aut legibus interdictam: ſed nec muneribus publicis addictum, aut curialem aut taxeotam, ſive cohortalem aliquem eorum, qui electi ſunt eſſe cognoſcunt, &c.* paulo infra: *Jusjurandum autem ſuſcipere eum qui ordinatur per divinas ſcripturas, quod neque per ſeipſum neque per aliam perſonam dedit aliquid, aut promiſit, neque poſthac dabit, vel ordinanti ipſum, vel his qui ſacra pro eo ſuffragia ferunt, vel alii cuiquam ordinationis de ipſo facienda nomine.* Poſtea verò ſubnectit pœnam: *Si quis verò præter memoratam obſervationem*

Epiſcopus

Epiſcopus ordinetur, jubemus & ipſum omnibus modis Epiſcopatu dejici, & eum qui contra talem obſervationem ordinare auſus fuerit. Ibi rurſus Gothof. in notis addit. Multi ſunt igitur hoc tempore ſuo Epiſcopatu dejiciendi.

Atque iſta ſolum allata ſunt ut authoritas, quam Juſtinianus Imperator in ſuæ ditionis, & imperii Eccleſiaſticos exercebat melius omnibus ad oculum innoteſceret. Paulo poſt verò cum Longobardi in Italiam, irruptione facta, jam ſub ſuam poteſtatem redegiſſent ac ſpatio ducentorum fermè annorum retinuiſſent, & Exarchi qui eodem tempore conſtituti fuerunt rem pro ſuo arbitrio gererent, utrique parum ſtudioſi fuerunt, de hoc negotio regulas conſtituendi. Aliis viventibus ſub Imperii Legibus, quas Juſtinianus Imperator in ordinem redegerat; Longobardis vero ſervantibus conſtitutiones & conſuetudines locorum ex quibus erant profecti. Quapropter nihil à Juſtiniani Imperio novi oſervatum vel conſtitutum erat, niſi quod ut præcedentes Papæ ſummam Imperatorum auctoritatem agnoverant in ipſa urbe Roma, ſic etiam ſequentes idem præſtiterunt. Propterea Papa *Pelagius* ſcribens ad *Childebertum Galliæ Regem*. Papas Regibus ſubjectos ſatis oſtendit his verbis: Satagendum eſt, ut proaufferendo ſuſpicionis ſcandalo obſequium confeſſionis noſtræ Regibus miniſtremus, quibus nos etiam ſubditos eſſe ſacræ ſcripturæ præcipiunt. ut ſcribit *Ivo Carnotenſis, part.* 5. *cap.*

358. Poſtea relatum in *c. ſatagendum. 25. q. 1.*

Theodorus Calliopa Exarchus Martinum primũ Papam apprehendit, & Conſtantinopolim duxit quem, latâ in eum ſententiâ, in exilium miſit. *platin. in vit. Mart. Gregorius Magnus ad Mauritium Imperatorem* ſcribens, eum ſic alloquitur. Ego indignus pietatis veſtrę famulus *Et paulo poſt*: Ego hæc dominis meis loquens, quis ſũ niſi pulvis & vermis. *Et infra:* Ego juſſioni ſubjectus eandem legem per diverſas terrarũ partes tranſmitto, ubique ergo quę debui exſolvi, qui & imperatori obedientiam præbui & pro Deo quod ſenſi minimè tacui. Non videbatur huic Papæ juſtum Mauricii decretum, nihilominus pro debitâ ipſi obedientiâ non deſinit illud publicare.

Bonifacius III. non ſine maxima difficultate à *Phoca* Imperatore obtinuit, ut Romana ſedes declararetur caput omnium Eccleſiarum. *Plat. in Bonif.* III. Succeſſor ipſius *Bonifacius* IV. Supplex eidem Imperatori Phocæ factus erat, quo PANTHEON, omnibus falſis ac fictis Ethnicorum ac gentilium Diis conſecratum, obtineret, conſecrandum & dedicandum poſtea honori virginis Mariæ & memoriæ omnium ſanctorum Martyrum, veluti adhuc hodiè, *Sancta Maria* Rotunda, vocatur. *Platin. in Bonif. IV. Agato Papa*, Johannem Epiſcopum Portuenſem ad Juſtinianum Imperatorem Conſtantinopolim miſit, per eundem ſupplex rogans, ut illa pecuniæ ſumma quæ alias Imperatoribus in alicujus Papæ electione

dare-

retur, remitteretur. Qui poſt miſſam octa-
Paſchatos die, in Eccleſia Sanctæ Sophiæ la-
è coram Imperatore & Patriarcha celebra-
m, ad ſuam inſtantiam accepit Imperiale
ſcriptum, per quod ſolita quantitas, viginti
ta libras auri, de quibus ante in *Novell. Ju-*
niani 123. mentionem fecimus, eſt ei rela-
ta: Ita tamen ut Electio Pontificis Impera-
ri ſemper offerreretur. *c. Agatho. Diſt. 63.*
ibi Gloſſ. plen. Ac Imperator Carolus Ma-
us qui dignitatem pontificiam magis promo
, quam prædeceſſorum quiſquam, in nu-
ero ſubditorum ſuorum recenſet paticulari-
r Romanos, Et Eccleſiaſticos *fideles* nuncu-
t his verbis: Volumus atque præcipimus, ut
nnes ditionis noſtræ, Deo auxiliante, ſub-
cti, tam Romani, quam Franci, Alamanni,
vari, Burgundiones, Saxones, Turingi,
iſones, Galli, Brittones, Longobardi,
aſcones, Beventani, Gothi, Hiſpani, cæte-
que nobis ſubjecti omnes, quocunque vi-
antur legis vinculo obſtricti, vel conſuetu-
nario more connexi, hanc ſententiam quam
xtodecimo Theodoſii Imperatoris libro ca-
tulo videlicet undecimo ad interrogata A-
avii Ducis, illi, & omnibus reſcriptam ſum-
imus, & inter noſtra capitula pro lege te-
endam conſultu omnium *fidelium* noſtrorum
mporum, tam *clericorum* quam *laicorum* po-
imus lege cuncti perpetuâ teneant, &c. *c.*
olumus 11. q. 1. At vox *fideles*, ſive generali-
er ſumatur pro ſubditis qui in Principis alicu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

jus ſunt poteſtate ac ditione, *Gregor. Turo. lib. 10. c. 3. & lib. 4. & 5.* Sive ſpecialiter pro ut vaſallos ſignificat, qui feudo accepto, in patroni clientela ſunt, viciſſimque ſuam ei certi obſequii nomine fidem obſtrinxerunt *Cic. in Orat. pro. Sext. Roſc. lib Feud. tit 4. Si autem controverſia inter dominum & fidelem. Et lib. Feud. 1. tit. 5. 6. 7. &c.* Semper tamen ſubjectionem denotat, relativè ſuperiorem reſpicit, vel Principem ut ſubditus, vel Dominum ut vaſallus. Hactenus igitur ad Caroli Magni tempora pervenimus, qui Regiam ſuam Majeſtatem & authoritatem minimè conculcari Paſſus eſt, ſed more majorum mandati divini memor, eandem ſtrenuè defendit, cujus veſtigia & reliqui Imperatores ac Reges, in hoc uſque tempus ſequuti ſunt ut fida Hiſtoriarum relatio ſufficienter nobis monſtrat, quod etiam nos mox probabimus. Si vero aliquando ex quorundam Principum lenitate, quędam privilegia Eccleſiaſticis ſunt conceſſa, illa nec Sacræ Scripturæ vel juri comuni præjudicare poſſunt, quippe cum nec mox legem faciant, nec in conſequentiam trahantur *l. quod vero 14. l. jus ſingulare. 16. ff. d. ll. §. ſed & 6. Inſt. d. Iur. Nat. Gent. & Civ.* Cum igitur planum ſit imo certiſſimum nullum ex ſacris litteris locum pro exemptione Clericorum, argumentemur cum *Johanne à Medina de reſtit. q. 15. Cover. practic. qq. cap. 31. n. 2. Molin. in addit. ad Conſil. Alex. 8. lib. 1. Ferrar. in pract. tit. d. confeſſoria. §. plena Col. 1.*

Alciat

...ſtat. vi cap. cum non ab homine col.2.d.jud. ...nocent. *in c. 2. d. Major. & Obed.* Cum ...lla lex divina proferri poſſit, quæ Clericos ...eculari liberet poteſtate, eos autem illi ex ...æcepto divino ſubjectos eſſe probatum ſit, ...munitas Eccleſiaſtica jure divino inſtituta ...i non poteſt. Lex enim divina eſt immutabi... præſertim apud eos, qui eam intelligunt, at ...munitas illa Eccleſiaſtica, ſi alias immunitas ...enda, tot diverſis temporibus mutationes ſu...t, ut nec ipſi Canoniſtæ regulas certas dare ...tuerint, ex quibus quid contra immunita...n Eccleſiaſticam factum ſit, dicidi poſſit.

Illud ipſum confirmat Covarruo. loco ſuprà ...ato his verbis: Quod Clerici lege divina ...n ſint exempti à Iuriſdictione & poteſtate ...ulari nec etiam eorum res, conſtat *primùm*, ...eo quod nulla ſit Evangelicę legis & novi te...menti lex, quæ Clericos à Iuriſdictione ...ncipum ſecularium exemerit, & ideo dici ...teſt, eos lege ſaltem humanâ exemptos ...e, cum non appareat divina lex, quæ vera ...ina ſit & poſt Chriſti adventum vim & po...tatem habeat, ex qua Clerici fuerint cum ...rum rebus à juriſdictione principum ſecula...m exempti. *Secundo*, quia in primitiva Ec...ſia Clerici & eorum res jurisdictioni Regum ...Imperatorum ſuberant, ut conſtat ex multis ...peratorum, etiam Chriſtianorum legibus ... conſtitutionibus latis de perſonis ipſis & ...bus Eccleſiaſtcis, omnique diſciplina Ec...eſia ſtica, quæ continentur ſub titulis, *Cod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

d. Sacr. Eccl. d. Epiſc. & Cler. d. Epiſc. audient. maximè in *Novella Conſtitutione, 83. ut Clerici apud prop. Epiſc.* Ubi Juſtinianus ad ſupplicationem Epiſcopi Conſtantinopolitani dedit Clericis privilegium fori in civilibus tantùm, & Epiſcopo non impedito: aliàs & omnino in Ctiminalibus eos reliquit ſub judice ſeculari; Hæc ille. Et quid pluribus? habemus confitentem reum, Quicquid tandem contra ſentiant, *Gloſſ. in cap. ſi imperatores, diſt. 99. in verb. & diſcuti. Et comment. in cap. quanquam Extra d. cenſib. in 6to. & in d. c. ſi Imperator. Card. in repet. cap. perpendimus. 7. d. Sent. Excommunic. Roma. in ſingula. 414. Abbas. Fel. & Dec. 2. col. in cap. Eccleſ. S. Mariæ. d. conſtit. Rota in antiquis. 440. & in antiquioribus. 2. tit. d. Conſuetud. Abb. in cap. at ſi Clerici. n. 23. d. Judic. Aufrer. in Clement. in Clement. 1. d. Offic. ordin. verſ. ad quæſtionem. Felin. in c. 2. c. 1. d. Maj. & Obed. Roch. Curt. in c. ult. d. conſuet.* Quos omnes citat, *Covarr. Pract. Quæſt. c. 31. n. 1. §. 1.* & nervoſè ſatis refutat in ſeqq. quæ omnia hic addere, ne actum agamus, neceſſe non eſt.

Et ut cũ Covarruvia reliquiſque ſupra citatis, concedamus in rebus ſpiritualibus Eccleſiaſticorum conſtitutiones valere: attamen negamus, judicia & delicta in primis atrociora, rebus ſpiritualibus poſſe accenſeri. Nõ diſtinguit Imperator in *dict. Nov. 83. §. ſive & ſeqq.* quam Novellam Gratianus inſeruit. *c. ſi quis*

q. 1.

.1. Inter delicta civilia & Eccleſiaſtica. Quæ
ſtinctio invenitur etiam in *Can. 6. Concil.*
nſtantin. & in dict. c. ſi quis. 11. q. 1. l. 3.
. *12. Cod. Theod. d. Ep. jud.* Et inter alia
ec: Quod ſi de Criminali cauſa lititigiũ emer-
rit: tunc competentes judices in hac Civi-
te, vel in Provinciis interpellari, conſenta-
um legibus terminum cauſæ imponant. Ergo
criminalibus Eccleſiaſtici, Judicibus ſecula-
bus ſuberant, ut plurimis ſupra probatum, &
ctè; His enim qui ſacramenta Domini tra-
ant judicium ſanguinis agitare non licet. *c. his*
quibus 23. q. 8. c. prælatus. Extr. d. homic. in 6to.
cleric. c. ſentent. Extr. ne cleric. vel monach. ſecul.
ald. in Auth. clericus, n. 3. C. d. Episc. & Cleric.
ul. Clar. §. fin. quæſt. 36. verſ. quæro nunc. &
rſ. ſcias. cum ſeqq. Et Eccleſia gladium non
abet niſi ſpiritualem, quo non occidit ſed vi-
ficat *c. inter hæc. 33. q. 1. c. venerabilem. Extr. d.*
elect. Nec alias pœnas Anciranum Concilium,
15. & 16. delictis publicis imponit quam
lutares. Unde & hodiè, nec accuſator, nec
dex, nec pœna in publicis delictis invenitur,
demonſtrat. *Steph. Rauch. lib. 3. Concl. 190.*
iam nec olim Pontifex Romanorum poterat
tereſſe judicio ſanguinis, *Suet. in Tit.* Unde
andolphus Prorex Scothiæ, cum quidam
tro à Papa admercatus eſſet literas impunita-
s, ad Papam, *dixit*, pertinere quidem condo-
ationem culpæ, ſed pœnam corporis ad Regẽ.
ivilia quoque quod ſpectat judicia etiã quoad
la, Politico Magiſtratui ſubſunt Eccleſiaſtici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

quia Reipublicæ intereſt, ne crimina maneant impunita. *l. ita vulneratus 51. ff. Ad leg. Aquil. l. ſi operis 14. C. d. Pan.* Et qui crimina cum poteſt emendare non corrigit ipſe committit. *c. præterea 23. q. 8.* Error quoque cui non reſiſtitur approbatur. Negligere quippe cum poſſis deturbare perverſos, nihil aliud eſt, quam fovere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. *Innocent. Papa. c. Error. Diſt. 83.* Et qui crimina non corrigit cum ipſa videt dicendus eſt canis impudicus, loquitur *Gregor. 1. part. paſtor. c. 2. quod habetur, c. nemo d. Diſt. 83.* talis autem correctio Eccleſiaſticis non competit. Nemo namque militans Deo, implicet ſe negotiis ſecularibus 2. *Timoth. 2. v. 4.* Judicare munus publicum eſt & civile *Almain. d. pot. Eccleſ. & Laic. q. 3. c. 2. in fin. Widringl. in Apol. pro jur. Princip. num. 113. Joh. Pariſienſ. in tract. d. pot. Reg. & Papal. cap. 14.* lex etiam divina neminem jure & dominio ſuo, privaret autem ſi jus temporale Principibus auferret. *Barcl. c. 34. d. pot. Pap.* Sed coërcitio facinoroſorum Magiſtratus politici eſt, *1. Pet. 2. v. 14. 15. & 16.* igitur cogitet, quod gladium non ſine cauſa portet, ut ait Paulus *Rom. 13. verſ. 4. & 5.* cum ſit Dei miniſter, cui non licet injuſſo de Domini jure cedere. Nam Eccleſia, ut pote, quæ cum alieno damno diteſcere nequit, jus ſuum quod principibus jure divino competit, quodq; principes Ethnici de jure uſurparunt ut ſupra probatum in

chriſtianos, deterius facere non poteſt, nec profeſſio Chriſtiana cuiquã fraudi eſſe debet, nec prætextu libertatis Eccleſiaſticæ, pax Reip. turbari aut ipſa à facinoroſis hominibus oppleri.

Abſit verò hac ratione, ut diſciplinam Eccleſiaſticam ſublatam velimus, illa enim ſpiritualis poteſtas eſt, Eccleſiæ à Deo & Chriſto noſtro conceſſa, quâ fratri reſipiſcenti, virtute clavis ſolventis, peccata ſolvuntur, in vitâ vero impura aut doctrina falſâ & fanatica contumaciter perſeveranti, peccata virtute clavis ligantis ligantur, idque non in deſtructionem, ſed ædificationem, ut colligitur ex *1. Cor. 5. v. 9. 10. Joh. 2. v. 10. 11. 1. Cor. 5. v. 5. Matt. 18. v. 19. 20. Joh. 20. v. 21. 22. 23. Joh. 20. v. 21. 22. I. Cor. 5. v. 11. 12. 13. 2. Cor. 5. v. 19. 20. Matth. 18. v. 15. Theſſ. 3. v. 11. Rom. 16. v. 17. 1. Tim. 1. v. 20. Tit. 3. v. 10. 2. Cor. 10. v. 8. Theſſ. 3. v. 14.* & cum poteſtas illa ſpiritualis ſit, Ecclefiæ non eſt homines emendare externa vi, ferro aut flammâ, ut Jeſuiticum illud impietate plenum, ad Ferdinandum præſentem Imperatorem tranſmiſſũ.

Vtere jure tuo Cæſar, ſervoſque Lutheri,
Enſe, rota, fluvio, funibus, igne, neca.

Sed monitionibus, increpationibus, redargutionibus correctionibus & ſi his nihil proficitur, ejectione ex Eccleſia atquæ regno Dei, univerſum Eccleſiaſticæ doctrinæ negotium expeditur, ut facile colligitur ex *2. Cor. 10. v. 4. 5 6, Matth. 28. v. 19. & 17. Joh. 20. v. 21.*

22.23.&c. Arma enim militiæ noſtrę non ſunt carnalia, ſed divinitus valida ad deſtructionem munitionum, & *2.Cor.10 v.4.5.* Si quis aliam profitetur doctrinam non in domum erit recipiendus vel audiendus. *Ioh.2.v.10.11.* Nec communio aliqua cum eodẽ inſtituenda, *Rom. 16.v.17.18.&ſeqq.* Unde colligere facilèeſt, illos Eccleſiaſticos, diſciplina Eccleſiaſticâ peſſimè abuti qui fuſtiũ ac virgarum verberatione ac caſtigatione in totius populi præſentia etiam in ipſis locis divino cultui ſacris, ſcortatores & adulteros corrigere ſolent, *c.inter hæc.33.q.2.* Illi etenim præterquam quod ſuę vocationis limites tranſiliant ac egrediantur, ex templo curiam, ex loco ſacro, profanum & publicũ forum faciunt.

Nec eſt quod immunitatem Eccleſiaſticam nobis hic objiciant, quaſi nos illi præjudicaremus, cujus rei nec minimum ſignum hactenus dedimus. Sed nec adeò illa libertas extendenda erit, ut eam extendit, *Iohann. Anton.* Bovius *in refut. P. Pauli Veneti c. 2.* his verbis: *La libertà Eccleſiaſtica, conſiſte in eſſer gli Eccleſiaſtici, nelle loro perſone, boni, & cauſe franchi & non ſoggetti alle leggi, poteſtà e giurisdittione de' principi ſecular in quel modo che ſoggetti vi ſono i Laici.* Vel ut eam extendunt & explicant ipſi Pontifices & Canoniſtæ in *c. nemo. c. nullus c. Clericum c. judices c. continua. c. quæcunque c. nullus clericus. cum ſeqq. 11. q. 1. c. clerici. Extr. d. jud. c. at ſi clerici. Extr. eod. c. 2. Extr. d. for. comp. fac. text. c. ſi diligenti. Ext. d. for. comp. c. ſi judex laicus*

aicus. Extr. d. ſent, excomm. in 6to. c. unic. Extr. d. Cleric. conjug. in 6. c. decima Diſt. 96. c. decernimus. c. quanto. extr. d. judic. c. cum Eccleſia. Extr. d. conſtit. Nec excipiunt niſi certos aliquos caſus, in quibus Papa locum fecit potentiæ ſeculari, quos refert. *Chaſſan, ad conſuet. Burgund. rub. 1. §. 5. verſic. Archidiac. à n. 47. uſque ad n. 93. Gulelm. Benedict. in repetit. c. Rainutius in verb. & uxorem d. teſtam. Sebaſt. Medic. d. leg. tr. part. 4. q. 6. n. 5. Covarr. pract. qq. c. 23. n. 2. Quorum poſtremus cum Aufrer. in Clement. 1. d. offic. ordina. ex Innoc. in c. 2. Extr. d. Maj. & Obed. Sot. 4. Sent. diſt. 25. q. 2. art. 2. concl. 6. Bellarm. cap. 34. contr. Barcl. §. 2.* Apertus eſt textus eſt *d. c. quæcunque. 11. q. 1.* Quæcunque contentiones in Chriſtianos ortæ fuerint ad Eccleſiam deferantur, ab Eccleſiaſticis viris terminentur. Et ſi quis accuſans Clericum in curiam introierit, anathema ſit, *c. ſi quis 11. q. 1.* Pontificis enim eſt Clericos pro ſuo beneplacito judicare, quia ejus eſt de perſonis & rebus Eccleſiæ diſponere, prout utile videtur. *Bellarm. d. cap. 34. cont. Barcl. §. 2.* Aſt illa libertas Eccleſiaſtica, de perſonis & rebus Eccleſiaſticis liberè diſponendi, non libertas ſed vera tyrannis & nequitia eſt, de tali enim libertate dixit Petrus, *1. Pet. 2. v. 16.* quod ſit *velamen malitiæ*, quo ſuâ maleficia tegunt clerici, contra ſeveritatem legum.

Sed extendamus aliquantiſper præſentem materiam & redeamus rurſus ad Carolum

Magnum ejuſque ſucceſſores ille, Anno 776 in Italiam tranſivit, Deſiderium Regem Longobardorum ſubegit, & captivum Lugdunum abduxit, & mox in auxilium vocatus à Papa Leone, petente liberari è poteſtate Campuli & Sylveſtri inimicorum ſuorum, eo venit, ſimul etiam confirmavit Papæ donationem Pipini patris ſui, & ab eo tempore Rege & Imperatore inter ſe tranſigentibus, diviſum eſt Imperium, & ceſſit Imperium occidentis Carolo Magno, qui decreta ſynodi Græcæ non probavit, quin imo librum edidit cui titulus, *Caroli Magni liber de imaginibus contra Synodum Græcam*, qui adhuc hodie in multorum verſatur manibus. Et quod noſtrum tangit ſcopum, hac ratione jus antiquum retinuit leges Eccleſiæ conſtituendi, quorum perperplurimæ extant in libro, cui titulus: *Capitulare Caroli Magni & Ludovici Imperatorum*: Scilicet de Epiſcopis, Cleorepiſcopis, Provincialibus Epiſcopis, Monachis & Clericis, de libris Canonicis, de fide Sanctæ trinitatis prædicanda, de ſubjectione preſbyterorum, de virginibus Deo dicatis, de Abbatiſſis, de cantu Romano à Monachis faciendo, de Electione Epiſcoporum, terminis Eccleſiarum, Synodis, Decimis, Euchariſtia, & infinitis aliis. Hocque ſemper obtinuit, ut ex ſuperioribus ſatis liquet, quod hoc Imperatorum jus fuerit, imo etiam quod nec Pontifex citra conſenſum Imperatoris eligi poſſet, niſi mox dejiceretur & exilio multaretur. *Platin. in vit. Suerin.* Cujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

s rei exemplum adhuc in decretis extat his
erbis: Eccleſiæ meæ cui Deus noſter meum
cerdotium, vobis res humanas regentibus
eputavit nos cura conſtringit, ne cauſis ejus,
uamvis adhuc corporis incommoditate deti-
ear, propter conventus qui à ſacerdotibus
niverſis, & Clericis & Chriſtianæ plebis
erturbationibus agitantur, apud aures Chri-
tianiſſimi Principis decim; ſi enim ſecus
uam oporteat eveniat, non vos id facere qui
uncta æqua moderatione componitis, ſed nos
per noſtram tacentem deſidiam videbimur,
quod civitatis quietem, & Eccleſiæ pacem
pervertere valeat admiſiſſe. Cum enim huma-
nis rebus divinæ cultor religionis Domino fa-
vente provideas, noſtra culpa erit ſi non id
ſub veſtra gloria, quam certum eſt divinis
ſemper rebus animo promptiore faviſſe, firmo
& ſtabili jure cuſtodiatur, *quod per tot annorum
ſeriem, & ſub illis etiam Principibus obtinuit,
quos nulla noſtræ religionis cura conſtrinxit* &c.
Quæ longo ordine ſequuntur. Quam Epiſtolam
Bonifacius Honorio Auguſto ſcripſit. *c. Eccle-
ſiæ. Diſt. 97.* Honori verò reſponſum quamvis
truncatum invenitur in *c. ſi duo Diſt. 79.
vid. Schrad. hæc ex hiſtor. deducent d. l.* Vbi
Honorius Auguſtus Bonifacio Papæ IV. reſcri-
bit, ſe legem dediſſe, quod ſi duo de Pontifi-
catu certarent, neutrum illorum Papam fore.
Illud idem jus tempore Caroli Magni fuit re-
novatum; Hadrianus enim Papa cum Clement.
III, Epiſcopis decretum perpetuum fecit: Nul-
lum

lum poſt hac fore, nec Romanű neque aliorum templorű antiſtitem niſi quem Carolus & ſucceſſores ejus ſciverint & juſſerint, &c. Sed cum hic de Epiſcoporum & aliorum Eccleſiaſticorum electione agere non velimus, hunc diſcurſű ad cap. prox. ſeq. reſeruaturi erimus. Sufficit ex his locis ſaltem oſtendiſſe Carolum Magnum jus & poteſtatem in Eccleſiaſticos more ſuorum majorum & anteceſſorum habuiſſe, & ipſius Majeſtatis jura, quæ in Eccleſias divino jure habuit, haud diminuta fuiſſe.

Quod jus hactenus ab omnibus huc uſque enumeratis Imperatoribus ſervatum fuiſſe oſtendimus, illud ipſum quoque poſtea in variis regnis & Imperiis, exactiſſimè ad hoc uſque tempus floruit, & in ſuo priſtino vigore remanſit, quod ſatis ex variorum regnorum & Imperiorum inſpectione apparebit. Etenim quod *Imperium Germanicum* ſpectat, ipſi Imperatores jus hoc per longam ſucceſſionis ſeriem ad hodiernum diem ſibi reſervatum habuerunt, ut poſt *Speculat. in tit. d. prabend. §. reſtat. n. 7. tradunt. Petrus Gregor. 17. jur. univ. c. 7. n. 21. Gail. 2. obſerv. 155. n. 7. Freher. ad Petr. d. Andlo lib. 2. c. 6. pag. mihi 179. Buxtorf. ad c. 5. Aur. Bull. concl. 65. & omnium clariſſimè Gold. in Conſt. Imp. Rom. ac Carol. Caraff. in lit. & diplom. Cancell. Regnorum Vngar. & Bohem. &c.* Nec ſolum in Criminalib. verum etiam in civilibus *Avent. lib. 6. Annal. boi.*

Hoc idem in Regno Galliæ manifeſtè quoque apparet ubi Reges jus ſuum ſemper integrè

grè præ omnibus allis regnis ſervarunt, ut
lericis immunitate illâ quam alias Canoniſtæ
ætendunt, nunquam uti conceſſum fuerit.
mo eò res progreſſa eſt ut profani proceres
ona Cænobiorum poſſederint, à tempore
aroli Simplicis, uſque ad Robertum & Hen-
cum I. indeque præbuerint Monachis, quan-
um eorum ſuſtentationi ſufficere putabatur.
Æmil. lib. 3. & 5. Ac quantum ad jus ipſum,
Clerici conveniuntur coram judicibus ſecula-
ibus in actionibus realibus, *Tiraquell. lib. 1.*
etract. §. 32. gl. 1. n. 81. Boërius deciſ. 69.
. 20. Imo etiam in perſonalibus de multis
riminibus *Barcl. c. 33. d. pot. Pap. jul. Clar.*
ib 5. cap. 36. verſ. ulterius quæro. Boër. deciſ.
97. n. 1. Aufrer. in rep. Clem. 1. in 4. reg. fall.
. d. off. ordin. Bened. in c. Rainutius verb.
xorem n. 445. d. Teſtam. Juris quoque eſt
pud Gallos, ut judex ſecularis cognoſcat, de
oſſeſſorio cujuslibet cauſæ principalis, ut
radit, *Guid. Pap. q. 1. 71. 85. Carol. d. Graſ-*
ſal. lib. 2. Regal. Franc. jur. 5. & Johann. Gall.
q. 155. ait, Judicem ſecularem apud Gallos
nhibere & prohibere judicium petitorium, do-
nec fuerit lis finita ſuper poſſeſſorio. *Thom.*
Sarmat. deciſ. 78. Sic etiam communi uſu
conſtat à bullis Pontificum, ſeu quod eodem
redit, ab earum executione appellari. *Duaren.*
lib. 1. Eccleſ. miniſt. cap. 5. Et rectè, quia
Canoniſtæ ipſi fatentur, quod Rex Franco-
rum ſit Rex Regum *Card. in Clem. 1. pr. d.*
imm. Eccleſ. quem citat *Joan. Bed. tr. d. jur.*
Reg.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Reg. Et lucent ſuper alios ſicut ſtella matutina ſuper nubes: inquit *Bald. cap. 1. §. 1. d. prohib. feud. alien. idem Conſil. 403. part. 1.* Quod etiam jure meritoque Reges Galliæ in univerſos ſuos ſubditos, tam Clericos quam Laicos, ſupremam habeant juriſdictionem, nullique penitus præter Deum ſubjecti ſint, ultro affirmant ac teſtantur ipſi Pontifices, Bonifacius VIII. in *c. unam ſanctam Extr. Comm. d. Maj. & Obed.* Et *Clem. V. in c. meruit Extr. Comm. d. Privil.* Ibique *comm. Dd. & Gloſſ.* Verum Pontifices aliique Eccleſiaſtici ei ſubjecti ſunt; nam Pontifex ſtatim ac electus eſt, tenetur articulos ſuæ confeſſionis mittere ad Regem, qui id juris habet, ut eam examinari curet à Sorbona, & anſit orthodoxa agnoſci, ſicut factum fuit à Pontificibus Pelagio & Bonifacio octavo, regnantibus Childerico & Philippo pulchro. *Tilius tit d. libert. Eccleſ. Gallic. Vinc. Sigau. tract. d. feud. pr. c. 2. Bonifac. in bull. inſerta in l. Lili. d. qua. Lo. ferral. & Gul. Ben. c.* Rainutius *v. uxorem. n. 103. d. teſtam.* Ita enim Pelagius Papa Childeberto Regi ſcribit: Satagendum eſt, ut pro auferendo ſuſpicionis ſcandalo, obſequium confeſſionis noſtræ Regibus miniſtremus: quibus nos etiam ſubditos eſſe ſacræ ſcpipturæ præcipiunt, &c. *c. ſatagendum 25. q. 1.* Ex hac ſuprema poteſtate Rex ſuâ ipſius autoritate tributa imponit Eccleſiaſticis, *Tilius d. tit. d. libert. Eccleſ. Gallic. Gloſſ. c. non minus & c. adverſus Extr. d. immun. Eccl.* Quamvis verò Pontifex prætendat

ſoli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

i Francorũ Regi hoc jus competere, attamen
amvis res ita haberet, revocare tamen illud
n poſſet, quia conceſſum Reipubulicæ non
cò homini. *Bald. l. vectigalia. 10. Cod. d.*
ctigal. & commiſſ. Præterea tributum hoc
igitur etiam ex reditibus Eccleſiaſticis. Ita
ilippus IV. tempore Bonifacii VIII. Ludo-
cus XII. tempore Alexandri VI. Franciſcus I.
mpore Clementis VII. decimas proventuum
cleſiaſticorum exegerunt & acceperunt
eph. Aufrer. Clement. d. offic. ordin. n. 57. pag.
ibi 70. Bod. lib. 1. d. Repub. *c. 9. Nicol. Gill.*
Philipp. Ideoque *Gloſſ. in Clement. ſi benefi-*
um d. Decim. dicit: *In regno Franciæ ſæpè*
acticatur ille caſus. Breviter, Galliæ Reges,
rca res Eccleſiaſticas, perplurima ſtatuta,
ges, edicta, præſertim ad compeſcendas Pon-
icum & Epiſcoporum ſubdolas machinatio-
es, invenerunt: Synodos atque conſilia indi-
erunt, Epiſcopos electos confirmandi, præ-
endaſque conferendi poteſtatem à tot retro
culis uſurparunt, in ipſum denique Pontifi-
em ſupremam juriſdictionem jure meritoque
bi vendicarunt c. ſacrorum. *Diſt. 63. c. d. ca-*
talis. Diſt. 10. c. nos. ſi incompetenter. 2. q. 7.
igitur. c. ſcire c. omni. & c. hortatu. 23. q. 8.
t Ludovicus XI. ſeverè interdixit vigilibus e-
am ſtationariis undique in via conſtitutis, ne
rancorum quiſquam Romæ bullas peteret,
ut prætio inde auferri curaret, cum in pro-
rio regno & Pontifex conſtitui poſſet, & ab
odem bullæ conſcribi, Hæc breviter d. Gallia.

In Hispania quod idem obtinuerit, teſtis eſt Covarrav. *Pract. quæſt. cap. 4. n. 2.* & hoc probat regiâ pragmaticâ ſanctione Regum Catholicorum Ferdinandi & Eliſabethæ Hiſpali decretâ Anno 1052. Quæ inter regni pragmaticas conſtitutiones eſt *l. 19.* hodiè verò *lib. 1. tit. 1. l. 4.* Recopilat. Adde *Speculat. tit. d. Appellat. nunc tractemus ad quem ſit appellandum in fin. Guiliel. Bened. in c. Raynut. in verb. & uxorem nomine Adelaciam: 2. deciſ. 317. Ioan. Imbert. Rupell. lib. 2. inſt. Forenſ. c. 3.* Et quod Regis ſit de rebns Eccleſiaſticis diſponere fidem quoque facit *Autor relationis de Hiſpania in Theſſauro Politico linguâ Italicâ edito*, dum ait: *Della eminenza, poteſtà, & grandezza del Rè di Spagna, baſterà à dir queſto ſolo, che, con una parola,* Placet, *può in punto conferir ſenza alcun danno ſuo ò d' altrui, cinquanta, ſeſſanta, cento & ſino cento cinquanta milla ſcudi d' entrata, nominando ſolamente una Chieſa, ò commandando alcuno Arciveſcovo di Toledo ò di Sivilia ò Vicario de Burgos ò d' altra Chieſa importante, coſa che realmente è d' importanza &c.* Quæ etiam Regum Hiſpaniæ, in perſonas Eccleſiaſticas tam quoad civilia quam criminalia ſit poteſtas, ſatis oſtendunt, leges illius regni fundamentales, ſub titulis ſequentibus: *El clerigo que cometiere delicto contra la Mageſtad Real, ha de ſer privado de officio y beneficio, y entregado al braço ſeglar.* 2. *De el Clerigo inceſtuoſo y ſu pena.* 3. *De el Clerigo adultero y ſu pena*

na 4. *De el Clerigo hechicero o brujo.* 5. *Del* *lerigo ſe puede ſer preſo, y detenido por ſu acre* *lor ſi quiſiere auſentare.* 6. *De el Clerigo que es* *çador y ſu pena,&c.* Et infinitæ aliæ à *Don* *aſpar. d. Saabedra* in ordinem redactæ & re-titæ, quarum executio & directio ſemper ad agiſtratum Politicum & nunquam Eccleſia-icum pertinent.

In ANGLIA verò, conatos fuiſſe Prin-pes, ſuum ſibi jus & primam in omnibus auto-tatem conſervare, & legibus ſibi id proſpe-iſſe, teſtantur quamplurima. Primum quod e Appellationibus ſtatutum reperitur, in unc modum: *Appellationes ſi emerſerint ab* *rchidiacono, debent procedere ad Epiſcopum,* *b Epiſcopo ad Archiepiſcopum, & ſi Archiepi-opus defuerit in juſtitia exhibenda poſtremò ad* *egem eſt perveniendum, ut præcepto ipſius in* *ria Archiepiſcopi controverſia terminetur, ita* *uod non debet ulterius procedere abſque aſſenſu* *egis.* Et alibi, *Archiepiſcopis, Epiſcopis & per-nis regni, non licet exire de regno abſque licentia* *egis, & ſi exire voluerint & Regi placuerit,* *ſſecurabunt quod nec eundo, nec in moram fa-endo, perquirant malum vel damnum Regi vel* *egno. Vlrich, Velen. d. diff. Reg. & Eccl. pot.* Præ-erea verò Tunſtanus, electus Eboracenſis Ar-hiepiſcopus, à Rege obtinuit licentiam eun-i ad Concilium à Calixto inſtitutum, inter-oſita tamen fide, ut benedictionem Epiſco-alem à Papa non reciperet. Quod ſi fidem nterpoſuit, ne à Papa benedictionem acci-

peret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

peret, an non liquet illum exiſtimaſſe Regiæ poteſtatis præeminentiam in conſervandis regni libertatibus, Papâ ſuperiorem fuiſſe; quæ ſacramenti religione Epiſcopum aſtringere potuit, ne Pontificis jurisdictionem in recipienda benedictione, quod certè inferior in ſuperiorem non poſſet exequi, admitteret. Et ſi in exempl s verſari libet, conſtabit plenè, Reges Angliæ, Imperatoriis privilegiis regnum moderantes, curam ſibi aſſumpſiſſe, ut de ſacrorum ac ſpiritualium obſervatione populo præſcriberent. Inter quos quidam *Canutus Rex*, diligentiſſimè munus ſuum, in eâ parte, obiit, ac leges dedit perplurimas inter quas hæ. *Pecunia ſepulturæ, juſtum eſt ut apertâ terrâ ſolvatur. Si aliquod corpus è ſua parochia deferatur in aliam, pecunia ſepulturæ ejus, jure in eam Eccleſiam pertinebit. Die Dominica publica mercimonia, vel placitationum conventa, venationes & hujusmodi acta ſecularia exerceri* prohibemus, &c. Sed & aliquot leges à Rege Ethelredo inſtitutas legimus, videlicet: *Vnus Deus ſuper omnia diligatur & honoretur, & ut omnes ſuo Regi pareant, ſicut anteceſſores ſui melius fecerunt, & cum eo pariter regnum defendant. tit. d. cult. div. Et conſtituit Dei miſericordiam & auxilium invocare jejuniis eleemoſynis, confeſſione & abſtinentiâ, ut omnis preſbytereas cum populo ſuo ad proceſſionem diebus tribus, nudis pedibus, & cantet triginta Miſſas tit. d. jejun. & proceſſ.* Sancivit præterea Rex Edgarus has leges: *Vt decimæ reddantur matri*

Eccle-

…*ſiæ. Vt ſolemne diei dominici celebretur,*
…ora nona Sabbathi, uſque ad lucidum diei
…n. titt. d. Dec. & preſo. Et Rex Edmundus,
…entes: *Qui cum Nunna vel ſanctimo iali*
…icetur, emendetur ſicut homicida. Qui fal-
…jurabunt ſint in æternum à Dei conſortio ſe-
…ati. titt. d. inceſt. & perjur. Non abſimiles
…ſtitutiones per alios Angliæ Reges, Adel-
…um, Ivonem, Aluredum, ſancitæ
…:.

…t hanc quidem Eccleſiaſticam poteſta-
…, non ſolum Regibus Angliæ non dene-
…ſe ſed ultro etiam obtuliſſe, atque adeo
…priam Regum eſſe in Regnis ſuis confeſſos
…ſe, quoſdam retro Pontifices Romanos,
…ſtola quædam Eleutherii, Lucio Regi Bri-
…norum, in hanc formam ſcripta, teſtatur:
…utherius Lucio Britannorum Regi, Benedi-
…nem in Chriſto, Petiieſtis à nobis Leges Roma-
… & Cæſaris vobis tranſmitti, quibus in Regno
…ttanniæ uti voluiſtis. Leges Romanas Cæſa-
… ſemper reprobare poſſumus, Legem Dei ne-
…quam. Suſcepiſti enim miſeratione divina in
…gno Britanniæ legem & fidem Chriſti, habetis
…es vos in regno utramque paginam, ex illis
… i gratiâ per concilium regni veſtri ſume legem
… per illam Dei patientiâ veſtrum rege Britan-
…æ regnum. Vicarius verò Dei eſtis in illo re-
…o, *juxta Pſalmiſtam; Domini eſt terra,*
…c. Vlrich. Vel. in diff. Reg. & Eccleſ. pot. Se-
…ndum hanc Eleutherii ad Lucium Regem
…piſtolæ ſententiam, etiam Vilhelmus Rex
Angliæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Angliæ, ille videlicet, Normannus, qui bello, regni jure potitus eſt, cum ut locum victoriæ celebrem faceret poſteris, in eodem monaſterium ad perpetuam rei geſtæ memoriam conſtruxerat, & litteras eo tenore conceperat, ut oſtenderet planè ſupremam & ſpiritualium & temporalium poteſtatem in Principe reſidere, quæ quamvis aliquantiſper prolixiores ſint, eas tamen hic adſcribam, ſunt autem in hunc tenorem ſcriptæ: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ego Guilhelmus Dei gratia Rex Anglorum, notum facio omnibus, tam poſteris, quam præſentibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, & omnibus fidelibus Franciæ & Angliæ, quod cum in Angliam veniſſem contra hoſtes meos, qui mihi Regnum Angliæ conabantur injuſtè auferre, in procinctu belli jam armatus coram Baronibus & militibus meis, cum favore omnium, ad eorum corda corrobanda, votum feci, Eccleſiam quandam ad honorem Dei conſtruere, pro communi ſalute ſi per gratiam poſſemus obtinere victoriam, quam cum eſſemus adepti, votum Deo perſolvens, in honorem Sanctæ Trinitatis, & Beati Martini confeſſoris Chriſti, Eccleſiam conſtruxi pro ſalute animæ meæ, & anteceſſoris mei Regis Eduardi, & uxoris meæ Maltidis Reginæ, & ſucceſſorum meorum in regno, pro ſalute omnium, quorum labore & ope regnum obtinui, & illorum maximè qui in illo bello occubuerunt. Et quia in hoc loco ubi ſic conſtructa eſt Eccleſia, Deus mihi victoriam in bello præſtitit, ob victoriæ memo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

nemoriam ipſum locum, BELLUM, appellari
volui: Hüic igitur Eccleſiæ MARTINI de
BELLO, hanc imprimis Regali authoritate,
oncedo libertatem, ut habeat curiam ſuam
er omnia, & Regiam libertatem & conſue-
udinem, tractandi de ſuis rebus & negotiis, &
uſtitiam per ſe tenendam, ſitque libera & quie-
a in perpetuum, ab omni ſubjectione Epiſcopo-
um, & quarumlibet perſonarum dominatione
icut Eccleſia Chriſti Cantuaricenſis. Et ſi quis
atro homicida, vel alicujus criminis reus ti-
nore mortis fugiens, ad hanc Eccleſiam perve-
nerit, in nullo lædatur, ſed liber omnino dimit-
tatur. Abbati verò illius Eccleſiæ liceat, ubique
atronem vel furem de ſuſpendio liberare ſi fortè
uperv enerit. Concedo etiam eidem Eccleſiæ leu-
am circumquaque adjacentem liberam & quie-
am ab omni geldo & ſcoto, & hedagiis & de-
negildis, & opere pontium & caſtellorum, &
porcorum & clauſuris, & exercitibus, & o-
mnibus auxiliis, & placitis & querelis, & ſiris,
& hundredis, cum ſara & ſoca, & toll, & he-
am & infangthes, & auarpem, & leſgagies &
hamſocue, & forſtalt, & blodunite, & Childennite
& latrocinio, & libertatem, ab omni conſuetudine
terrenæ ſervitutis, & ab omni exactione Epiſcopo-
rum. Huic igitur Eccleſiæ Sancti Martini de bello
do manerium Regale, quod vocatur vuy cum o-
mnibus appendentiis ſuis & mea dominicâ coronâ
cum omnibus libertatib. & regalib. conſuetudini-
bus, ita liberũ & quietum, ſicut liberius & quietius
tenui, vel Rex dare potui, ſcilicet ab omni geldo &
Scoto

& hidadgys, & denegeldis & operepontium, & caſtellorum, & parcorum & clauſuris, denique ab omni terrenæ ſervitutis conſuetudine, & ab omni latrocinio, ſi acciderit. Similiter do duos denarios, de omnibus foriſenturis, & placitis omnium Hundredorum, quæ pertinent ad ſummonitionem de Vui, in dingenariis verò, quod eſt unum membrum Vui; do etiam Ecclſiæ Sancti Martini, Eccleſiam de Radinges Eccleſiam Culcutina, & Eccleſiam S. Olai de Oxonia cum terris & decimis & omnibus ad eas pertinentibus. Et ſi aliquis ex Baronibus meis vel hominibus aliquid de ſuo eidem Eccleſiæ in elemoſinam dederit easdem libertates, quas conceſſi rebus, quas ego eidem Eccleſiæ dedi eis concedo, & præſenti ſcripto, ut ſupra dicta regali authoritate confirmo. Guilhelmus Rex. Lanfrancus Archiepiſcopus Cantarienſ. &c. Thomas Epiſcopus Eboracen. Mauritius Epiſcop. Vonden. Eſiſcopi Vuinten. Exonien. & Roſſen. Comites Ceſtriæ de Montegu & de Vnar.

Ex quibus liquido patet hunc Guilhelmum Regem, poteſtatem habuiſſe, ſine vel Epiſcopi Romani vel alterius cujuſdam veniâ & conſenſu, de rebus Eccleſiæ liberè diſponendi, privilegia & immunitates, & Eccleſiæ & rebus Eccleſiaſticis concedendi, & denique omnia moderandi, quæ Majeſtati ſupremæ alias jure debentur. Hujus deinde ſucceſſores, non minori poteſtate circa Eccleſiaſtica uſi ſunt tam quoad decimas ac tributa, ab Eccleſia ut Reges, non ut paſtores exigendi, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tiam de aliis ad Eccleſiam pertinentibus diſ-
ponendi & ipſas perſonas Eccleſiaſticas
judicandi, ut patet ex *Rota, in deci-
ſion. antiq. deciſ. 140. incipiente: Vtrum vale-
at conſuetudo Anglica*, quæ damnat conſuetu-
dinem Anglicam, quam ibi receptam teſtatur,
ut Clerici quicunque, ſuper actionibus mixtis
realibus litigatre cogantur coram ſeculari. De
delictis atrocioribus præſtat ipſius Richardi
Archiepiſcopi Cantuarienſis ſententiam adſcri-
bere, qui ad Richardum Vinctonienſem,
Gaufridum Elienſem, & Johannem Norvi-
cenſem, Epiſcopos, ſcribit in hunc ſenſum:
*Clerici vel Epiſcopi occiſores, Romam mittun-
tur, eunteſque in delitiis, cum plenitudine A-
poſtolicæ gratiæ & majore delinquendi audacia
revertuntur. Talium vindictam exceſſuum, Do-
minus Rex ſibi vendicat: ſed nos eam damnabi-
liter nobis reſervamus atque liberam præſentis
immunitatis materiam, in fauces noſtras laicorum
gladios provocamus. Ignominioſum eſt, quod
pro caprâ vel oviculâ gravior, pro ſacer dote occiſo
pœna remiſſior irrogatur. Sed his & durioribus di-
gni ſumus, qui juriſdictionem alienam, & no-
bis omninò indebitam ambitione temerariâ uſur-
pamus. Nam in corpore decretorum, & in Epi-
ſtola ad Romanos hæc verba legiſſe meminimus:
Sunt quædam enormia flagitia, quæ potius per
Rectores & Judices Eccleſiaſticos vindicantur, ſi-
cut eſt, cum quis interfecit Pontificem, Apoſtoli-
cum Preſbyterum ſeu Diaconum, hujus criminis
reos, Reges & Principes Mundi damnant. O-*

omnis equidem Juſtitia ideo exercetur ut debitâ quiete gaudeant innocentes, & malignantium temeritas refrenetur, veruntamen in hac juriſdictione maledictâ, quam ambitioſè & ſuperbè præſumimus, Deum offendimus & Dominum Regem, viamque Clericis malignandi tutiſſimam aperimus. Concludit denique: *Reddentes igitur Deo, quæ ſunt Dei, Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, juxta petitionem Domini Regis, & tantorum vindictam exceſſuum relinquamus. In Epiſt. Petr. Bleſenſ. Ep. 75.* Atque ita Henricus IV. Walterum Baldoke, Priorem Londenſem condemnavit, quod conſcius conjurationis eam non detexiſſet, *Helinſh. in Henric. IV.* Item octo fratres ſeditioſos miſit in carcerem. *Polid. Virgil.* Et Archiepiſcopum Eboracenſem eâdem de cauſâ capite mulctavit. *Walſingham in Henric. IV.* Henricus VII. tam cognovit de Clericis quam Laicis, qui Varbecium ſecuti erant. Henricus VIII. Cum adhuc ſequeretur partes Papæ, Vicarium Epiſcopi Londinenſis, cum ſuis officialibus, damnavit ad torturam. *Stow. in Henric. VIII.* Porro conſtat, quod Henricus VIII. cum ſe caput & principem Eccleſiæ proclamari feciſſet, tam in temporalibus, quam ſpiritualibus, omnem juriſdictionem, omnia jura ad ſe revocaverit, relictâ Epiſcoporum conſiſtoriis illarum rerum tantum cognitione, quæ ex ſacris litteris potiſſimum deciduntur, & ſpectant conſcientias, *Smith. in the common. Wealth, of Englant in the 3. booke. c. ult.* Jacobus I. ſuperbiam illam Monachorum & Cleri-

corum

rum maſculè depreſſit, & non ſolum in per-
ſonas Eccleſiaſticas animadvertit, verum etiam
de bonis Eccleſiaſticis plenè diſpoſuit, ut patet
ex *cap. 7. lib. des uſurpations des Papes ſur les*
Rois. Ubi Imperatorem Reges & Principes
in hunc modum alloquitur: *Si vous qui eſtes*
les plus puiſſants, venez à conſiderer, en vous-
meſmes ſerieuſement que quaſi le tiers de voſtre
peuple & de noſtre terre appartient à l' Egliſe, ne
eſtez vous point touchez du ſentiment, &c.
Eam materiam multis poſtea perſequitur. E-
liſabetha quoque, Angliæ Regina, majorum
mores ſecuta omnem Epiſcopis & Clericis ju-
dicandi ac de rebus Eccleſiaſticis diſponendi
facultatem ademit, ſibique, ut ſupremæ Maje-
ſtati, eandem, non ſine ſumma laude ſervavit,
ut multis teſtatur, *Cambden: in Hiſt. Angl. & Hibern.*

In POLONIA, quamvis Epiſcopi & Cle-
rici magnam licentiam ex Principum indulgen-
tia ſint conſequuti, Nam poſt longas concer-
tationes Epiſcopus Cracovienſis Ivo, obtinuit
anno 1217. ut Clerici à poteſtate ſeculari li-
beri pronunciarentur. *Crom. lib. Hiſt. 7.* Nec
diſſimilem caſum refert, *Andreas d. Iſernia in*
Conſtit. d. perſonis ſub rub. ubi. Cleric. in malef.
conven. deb. in regn. Neap. dicens: Conven-
tum inter Romanam Eccleſiam & Regem
regni in inveſtitura quod Rex nullam aliquo
caſu habeat Juriſdictionem in Clericos niſi ra-
tione feudi. Si igitur ex conventione ſit fa-
ctum, ipſo jure non obtinebat. Hodiè autem

ceſſavit privilegium illud vel potius conſuetudo ſeu conventio, in regno Poloniæ, nam ut ipſa lex loquitur. *Spirituales pro bonis, ſive injurijs bonorum, jure terreſtri experiantur. Injuriæ ſunt, ſuper limitibus, Kmethonibus, fugitivis, cæde & vulneribus, &c. Alexand. in Radom. Anno 1505. fol. 117. Et ſi qua ſpiritua-les perſona aliquem nobilem, vel nobilis ſubditũ, ad jus ſpirituale extraheret vel citaret: Ex tunc pro eo ibidem eodẽ evocato pro pœna debet dare 14. Marcas pecuniæ quæ debet in illo decerni. A quo decreto pœnæ appellatio non debet admitti per ſpiritualem judicem. Ex Statut. Sigiſm. Cracoviæ. Anno 1543. Plura refert. Joh. Herb. d. Fulſtein in Statut. Regn. Pol. ſub titt. Spirituales. fol. 449. & ſeqq.*

Idem in SVECIA, priſcis temporibus obtinuiſſe, evidenter ſatis docent antiquæ leges Svecorum Anno 1442. In ordinem meliorem redactæ & Denuo à Svecorum Rege Chriſtophoro confirmatæ, in quibus ſub tittulo de *Jure Eccleſiaſtico c. 9. 15. 20. & tot. tit. eod. & paſſ. alib.* Perplurima de Epiſcopis & Clericis ſtatuta inveniuntur, quibus pœnis pro his vel aliis delectis, ſententiâ Magiſtratus politici afficiantur. Sed nec adhuc hodiè Magiſtratus politici in perſonas Eccleſiaſticas ſumma poteſtas ceſſavit ſeu diminuta eſt, cum apud eundem plenũ reſideat jus & tam in civilibus quam criminalibus, Eccleſiaſticos judicandi facultas, quod miſerrimè fateri coguntur, & ſuo ſatis exemplo docent, ii, qui in aliquod delictum incidunt, vel ob perpetratum aliquod crimen accuſantur. Porrò quod ipſas res Eccleſiaſticas ſpectat, ſcili-

licet tributa,decimas, aliaque onerá, vel Ec-
ſiæ,vel Epiſcopis,vel Paſtoribus imponendi,
bonis Eccleſiæ ordinandi,eadẽ alienandi, &
ocunque alio modo de iiſdẽ diſponendi ac di-
enſandi, ſacra ſuprema ac Regia Majeſtas ſibi
oque integro juri reſervat. Et quamvis ali-
ando Epiſcopi ſuperbiæ æſtu inflati, ſint re-
rti, qui juri illi præjudicare tentarunt, ſuo ta-
en damno, quid ſit ſupremæ Majeſtati, ejuſ-
e juribus ſeſe opponere didicerunt.

DANIÆ ac NORVEGIÆ Regna quod
ctat, in illis ſemper purum ac illibatum jus
gium fuit, rerum quoque Eccleſiaſtica-
m diſpenſatio, & Eccleſiaſticas perſonas
na judicandi poteſtas quovis tempore, pe-
s Majeſtatem regiam, regimenque politi-
m hactenus remanſit. Unde tot conſtituti-
es de Clericorum & Epiſcoporum vitâ, mo-
us, officio, aliiſque, manarunt: Scilicet
Paſtor aliquis pro auditâ alicujus confeſſio-
vel pro cujuſpiam ſepultura, pecunias ſeu
tam mercedem accipiat, niſi officio ſuo re
â privari velit *Leg. Cimb. lib. 3. c. 10. Re-
ſ. Chriſtian. IV. Art. 5. in Conſt. Regn. Nor.
g. Eccleſiaſt. cap. 6.* Quæ lex ut in Svecia e-
m obtineret,optandum eſſet. Porro,ne circa
tributionem ſacramentorum error aliquis,
abuſus fiat, ſub privatione officii. *Ordin.
riſt. IV. Dat. Hafn. 16. Jun. Anno 1637. §.*
Neve aliquis Epiſcopus vel clericus, pocu-
liberius indulgeat, vel ſe inebriari patiatur,
i ab officio deponi velit. *Conſt. Conſtit. Ec-*

eleſ. part. 3. §. 1. & Ordin. Chriſtian. IV. Dat. Otthenſee 9. Septemb. 1638. §. 1. Conſimiles & alias conſtitutiones, *vid. part. 2. in Conſtit. Woldemar. & filii. Chriſtoph. §. 6. 7. 8. 9. 28. & conſtit. Woldem. patris Regin. Margar. §. 9. & Conſtit. Regis Chriſtoph. §§. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. Item Conſtit. Erici 1382. §. Eccleſia gaudere debet &c. Item Conſtit. Regin. Margaret. §§. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & Conſtit. Regis Olai, §§. 1. 2. 4. 5. 8. 9. 10. 14. &c.* Criminalia verò quod attinet, in omnibus legibus Daniæ, Cimbriæ, Norvegiæ, nullum penitus inter Clericos & laicos invenio diſcrimen. Propter adulteria; furta, homicidia, vim bonorum raptorum, crimen Majeſtatis læſæ, & quæcunque alia atrociora delicta æquè puniuntur ac caſtigantur Clerici ac Laici, ac æqualium delictorum ſemper æquales hic pœnæ.

VENETI, pluribus probant, & jure divino & antiqua conſuetudine Reipub. jus competiiſſe in facinoroſos Clericos, quo jure Brandolinum Valdemarinum Abbatem, & Scipionem Saracinum, Canonicum Vicentinum, contra Pauli V. cenſuram captivos detinuerunt, qui, ut *Anton, Quirin.* ſcribit: foris quidem habitu religioſo obtecti, intus verò, ut in examine inventi, ſceleratiſſimi & omnium maximè facinoroſi, itaque ut publicâ luce indigni & à bonis ſeparati erant, idque pluribus Argumentis juſtè factum demonſtrant. Anton. *Quirin. nelli aviſi.* ‡. *Paulo*

da

da Venetia nelle ſue conſiderationi , & Fulgentio Breſciano nelle confirmationi d' iſteſſe. Giann. Marſilio nella diffeſa d' otto propoſitioni. Nicol. Craſſ. in antipar ad Baron. Hieron. Vendramen. in diſquiſ. controverſ. Ventur. Vincent. in conſ. ad Venet. Petr. Anton. Bernh. Gordan. Michaël. Agnol. Marc. Anton. Capell. Camill. Auguſt. in tract. d. interd. Paul. V. Marc. Anton. Paregr. Reſp. pro decr. Marc. Anton. Othel. reſp. pro decret. venet. & alii perplurimi.

Hiſce omnibus ſaltem oſtendere voluimus, quod nec in veteri nec in novo teſtamento, nec poſtea per omnem ætatem, ad hoc uſque tempus, ipſi Pontifices, aliique Eccleſiaſtici, è poteſtate civili fuerint exempti, ſed Magiſtratui ſeculari ſemper ſubditi, ita ut Reges & Principes primatum & ſupremam poteſtatem, in externa Eccleſiæ gubernatione omni tempore habuerint, ſcilicet ut ſua auctoritate Eccleſiam regere, lites & controverſias fidei dirimere, Eccleſiæ miniſtros deponere, & Synodos (ut infra probabimus) convocare poſſent, & adhuc ex officio teneantur (Quod autem jus & poteſtatem adminiſtrandi ſacramenta, abſolvendi & ligandi peccata, & quæ ſunt ejuſdem generis alia, internum Eccleſiæ regimen, & officium miniſtrorum verbi per ſe ac propriè ſpectantia, Civilis Magiſtratus ſibi arrogare nec poteſt nec debet, ut antea quoque probavimus. Novimus equidem quid in ſimili cauſa Oziæ Regi ſit dictum: Non eſt tui officii, Ozia, ut adoleas incenſum Do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

mino;ſed ſacerdotum qui conſecrati ſunt ad hujuſmodi miniſterium, *2. Paralip. 26. 18.* Et Apoſtolis ac ſacris verbi Dei Miniſteriis, non autem Regibus, Principibus ac civili Magiſtratui, dictum eſt: Quorum remiſeritis peccata, remiſſa ſunt eis: & quorum retinueritis retenta ſunt. *Johann. 20. 22. 23.* Et quæ plura hujuſmodi ſunt.) Imo etiam in ipſas perſonas pro ratione delictorum pænas ſtatuerint, quod Magiſtratus Politici eminentiam ac ſuperioritatem, non verò ſubjectionem ſignificat; par quoque in parem imperium non habet, multò minùs inferior in ſuperiorem ſeu minor in majorem. *l. Ille à quo. 13. §. tempeſtivum. 4. ff. ad S. Ctum. Trebell. l. nam magiſtratus. 4. ff. d. recept.* Cum ergò Principes ſeculares in Eccleſiaſticos jurisdictionem cum mero imperio habeant, ut multis hactenus probavimus, apertè ſequitur illos his ſuperiores.

Quod verò ex Chriſtianorum Principum benignitate, ac indulgentiâ, nunc pluribus nunc paucioribus quidam gaviſi ſint privilegiis ac immunitatibus non mox in conſequentias eſt producendum ut exinde generalis regula fiat. *l. Quod verò. 14. l. in his. 15. l. jus ſingulare 16. ff. d. ll.* ſeu ad exemplum trahatur. *l. 1. ff. d. conſtit. Princip.* Perſonalia enim, ō egrediuntur perſonam *§. 6. Inſt. d. jur. N. G. & C. d. l. 1. ff. d. Conſtit. Princip.* Diximus ob benignitatem & indulgentiam: non decebat enim ut ob quævis, etiam minutiſſima delicta mox ad

forum

orum traherentur, quia dignitas officii & erſonarum quandam à vulgo requirebat ſeparationem, præſertim, cum non tantum honori erſonarum, ſed & Majeſtati Dei, cujus unt miniſtri & ſacri præcones, illius igitur ſacris ut dediti ſint oportet, id indulgeatur. Ut it, *Paulus l. non diſtinguemus 32. §. ſacerdotio 4. ff. d. receptis arbitr. l. in jus. 2. ff. d. in jus vocand. l. poſt. litem. 17. l. aut. 18. ff. de. procur. . vitricus. 60. §. 1. ff. d. Donat. int. vir. & ux. . omnes. 33. Cod. d. Epiſcop. & Cleric.* Determinat enim Juris conſultus, *l. generaliter. 13. ff. d. in jus. vocand.* In jus ſine venia vocari non poſſe eos quibus reverentia debetur, primum locum tenent parentes. *l. in jus 2. l. quique 4. l. parentes 6. ff. d. in jus vocand.* Eccleſiaſtici verò ſunt animarum parentes *c. in ſcripturis, Diſt. 96.* Regum, Principum, omniumque fidelium patres ac Magiſtri, *cap. quis dubitet. Diſt. 95. Clement. 1. §. nec ſuper hac. d. pœnit.* Lumina mundi *c. Sacerdotes. Diſt. 63.* Hinc tamen hoc non ſequitur, quod *Thomas Archiepiſc. Cantuar.* Roger. *Hoveden Joh. Pik. Matth. Pariſ. Gervaſ. Dorobern. in Henr. II.* ſcribunt. Quoniam parentes dicuntur, propterea nullo modo à Laicis in jus vocari poſſunt. Nam paternitas quæ ſpiritualis eſt, in foro temporali non poteſt allegari, veluti nec Rex in foro ſpirituali allegare poteſt, quod ſit pater populorum ut eum appellat Homerus. Nihil enim impedit, quin diverſo reſpectu aliquis poſſit eſſe modo Pater, modo filius. *Gregor. Magnus*

 lib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

lib. 2. Ep. 31. ad Maurit. ait; *Sacerdotes honore & reverentiâ ab imperatoribus proſequendos eſſe.* Nec tamen ſecum pugnat quando eodem *lib. Ep. 62.* ſe vocat, *Imperatoris famulum & debere ſe,* ait, *obedientiam Imperatori, cui poteſtas conceſſa ſit ſuper omnes homines,* & nominatim etiam in ipſos *Sacerdotes.* ut ait *lib. eod. Epiſt. 65.*

Epiſcopus præterea non debet eligi, niſi vitæ probatiſſimæ. *c. in Sacerdotibus. Diſt. 61. c. oportet. 8. q. 1.* qui ſit nullius criminis reus *cap. primum. Diſt. 25. cap. Apoſtolus. Diſt. 81. c. ſi Sacerdos. 6. q. 1. c. priuſquam. Diſt. 28. c. de Petro. Diſt. 46. c. ult. Diſt. 60. c. 1. Diſt. 61.* Et ætate gravis. *c. ſi quis c. nemo c. Præſbyter. Diſt. 78. Nov. 123. c. 1.* & doctrinâ præſtans, *d. c. ſi quis. Diſt. 78.* Quæ omnia non poſſunt non facere hominem venerabilem. Debebat igitur & debet inter hos & plebejos ac infimæ ſortis homines, aliquod ſaltem eſſe diſcrimen, ne eodem ob minima etiam delicta ad ipſa tribunalia trahantur modo; ſi tamen ſuæ vitæ, conditionis ac ſacri officii immemores, aliis ſcandala præbent, cum aliàs vivendi ſanctimoniâ ſuoque exemplo alios & informare & præire deberent, ſe ſuamque vitam gravioribus delictis maculant, & in atrociora delicta incurrunt, æquum eſt, ut eodem à Magiſtratu Politico, quo alii, puniantur Jure. *l. ita vulneratus. 51. ff. ad. L. Aquil. l. ſi operis. 14. Cod. d. Pæn.*

Nobis igitur in hoc capite demonſtraſſe

ſuffi-

ſufficiat, Reges & Principes, in Eccleſiam, Eccleſiæ bona, ipſosque Eccleſiaſticos omni tempore ad hunc uſque diem Juriſdictionem & Imperium jure divino habuiſſe, & adhuc habere, ſeu, quod primus ac Princeps locus in externâ Eccleſiæ gubernatione, divinitus ſit demandatus Magiſtratui Politico.

CAP. VII.

De Jure Regum & Principum in ordinandis & conſtituendis officiis Eccleſiæ.

MUltis ſuperiori capite oſtendimus quæ & quanta Magiſtratus Politici in res & perſonas Eccleſiaſticas eſſet poteſtas. Hic porrò breviter monſtrabimus Imperatores, Reges ac Principes jus eligendi ac confirmandi Pontifices Romanos habuiſſe, ac etiamnum habere; nam quod ætates ſuperiores & tempora priſca attinet, ipſi Pontifices Romani ſine certâ ſcientiâ, juſſione, decreto ac mandato, ſupremæ Majeſtatis ſecularis, ad tales dignitates Eccleſiaſticas evehi non poterant, ut exemplo Vitaliani unic. Signienſis, circa annum 668. & Agathonis unic. Siculi, *circ. ann. 681.* probat Pontificale Vaticanum, *c. Agatho. Diſt. 63.* Ibi: non debet ordinari, qui electus fuerit, niſi prius decretum generale in-

troducatur, in Regiam urbem ſecundum *antiquam conſuetudinem*, ut cum ejus, (ſcilicet Imperat. Conſtantin) ſcientiâ & juſſione debeat ordinatio provenire. Item Vitalianus, &c. Direxit reſponſales cum Synodicâ Epiſtolâ, juxta *conſuetudinem* in Regiam urbem ad piiſſimos Principes ſignificans de ordinatione ſuâ. Hoc ita obtinuiſſe approbat quoque, *Lupold. Papaburg. d. zel. vet. Princip. Germ. c. 8.* Fœlix IV. poſt tot dierum altercationem ante illorum tempora, à Theodorico electus fuit. *Baron. & Platin. in ejus vit.* Pelag. quoque II. Miſit ad Imperatorem Mauritium, qui ſe excuſarent, quod confirmationem non petiiſſet, quia obſidio Longobardorum, id impediverat. *Nihil*, ait *Platina in Pelag. II. tum actum fuiſſet à Clero, in eligendo Pontifice, niſi ejus electionem Imperator approbaſſet.* Adeò, ut hoc jure etiam Exarchi uſi fuerint, ſicut Severinum unicum, ab Iſacio Italiæ Exarcho, Heraclii nomine confirmatum Platina teſtatur, *in vita Severin.* Vana enim ait Platin. tunc habebatur Cleri ac populi electio, niſi eam Imperatores aut eorum Exarchi confirmaſſent. Nec hoc de Exarchis mirum, quod ſuorum Imperatorum nomine electionem confirmarent, quia res ad ipſos cum ſua tranſibat cauſa *l. alienatio. 67. ff. d. Contrah. empt. l. fructus. 13. Cod. d. Action. Empt.*

Quibus motus Adrianus Papa I, jus Pontifices eligendi eoſdemque confirmandi ac Apoſtoli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſtolicam ſedem ordinandi, Imperatori Carolo Magno ultrò obtulit, ut clariſſimè patet ex *c. Adrianus Diſt. 63.* His verbis: *Hadrianus Papa Romam venire Carolum Regem, ad defendendas res Eccleſiæ poſtulavit; Carolus verò Romam veniens Papiam obſedit: Ibique relicto exercitu in Sancta reſurrectione, ab Adriano Papa Romæ honorificè ſuſceptus eſt: poſt ſanctam verò reſurrectionem reverſus Papiam, cepit Deſiderium Regem, deinde Romam reverſus conſtituit ibi Synodum, cum Adriano Papa in Phatriarchio Lateranenſi, in Eccleſia Sancti Salvatoris; quæ Synodus celebrata eſt à CLIII. Epiſcopis, Religioſis & Abbatibus. Hadrianus autem Papa, cum univerſa Synodo tradiderunt,* notetur, *Carolo jus & poteſtatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem. Dignitatē quoque Patriciatus ei conceſſerunt. Inſuper Archiepiſcopos & Epiſcopos, per ſingulas provincias, ab eo inveſtituram accipere definivit, & ut niſi à* Rege *laudetur ac inveſtiatur, Epiſcopus à nemine conſecretur. Et quicunque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodavit, & niſi reſipiſceret bona ejus publicari præcepit.*

Quod Papæ decretum quamvis hodierni Pontifices ac Canoniſtæ in dubium revocare non deberent, niſi hæretici & excommunicati cenſeri vellent, *c. generali. c. omnia. & c. ſequentibus. 25. q. 1.* Attamen ut melius fidem faciat *d. c. Adrianus* eundem dudum ſuis teſtimoniis approbarunt perplurimi *Martinus* Polo-

nus,

nus. Monachus Dominicanus Pænitentiarius Papæ in Chronico , ſcribit: Aliam Synodum ipſe Papa Adrianus præſente Carolo Rege celebravit Romæ in qua fuerunt centum quinquaginta quatuor Epiſcopi & alii Abbates, & prælati, in qua Carolo dedit Adrianus Papa & Synodus, jus eligendi Pontificem, & ſedem Apoſtolicam ordinandi, item Archiepiſcopos per provincias ſingulas inveſtituras ab eo recipere: Anathemizavit quoq; omnes huic decreto rebelles, & juſſit bona eorum niſi reſipiſcerent, publicari. *Waltheramus Naumburgenſis Epiſcopus in lib. d. Epiſcoprum inveſtitura*, dicit: Hadrianus Papa collaudantibus Romanis & plena Synodo, primatum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Ducum, & Principum acclamatione, Carolo Magno, ejuſque ſucceſſoribus futuris Imperatoribus, ſub anathemate conceſſit patriciatum Romanum, & vel per ſe vel per nuntium, confirmationem in electione, & conſecratione Romani Pontificis conceſſit, & inveſtituras Epiſcoporum eis determinavit, ut non conſecretur Epiſcopus, qui per Regem & Imperatorem non introjerit purè & integrè. *Nicolaus Vignerius in Chronic. Burgundion. ex vetuſt. ſcript. Anno 772.* Carolus Deſiderium Papiæ incluſum obſedit, ubi cum ſibi hærendum diutius eſſe videret, parte copiarum, ad obſidionem relictâ. *& paulo poſt:* Ab Hadriano jus eligendi Pontificis, Epiſcoporum inveſtituram patritiatuſque dignitatem accepit. *Wernerus Ro-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

wink Chartuſianus Colonienſis in faſciculo tempor. ſcribit. Ipſe Adrianus regnum Longobardorum per Carolum Magnum ceſſare fecit. Synodos duas ſolemniter celebravit, Eccleſias & monaſteria multa inſtituit, & Jus Carolo, ſuper ordinatione ſedis Apoſtolicæ, & inſtitutione Epiſcoporum, & Abbatum in generali Concilio dedit propter violentias tyrannorum coërcendas, ut patet in *diſt. 63.*

Leopoldus d. Bembenburg. Epiſcopus Bambergenſ. in lib. d. zel. vet. Princip. German. cap. 8. Carolus Magnus, *ait*, habebat ab Adriano Papa I. & ſancta Synod. Romæ celebratâ poteſtatem eligendi, ſive ordinandi ſedem Apoſtolicam, *Item cap. 15.* Hadrianus Papa I. cum ſancta Synodo Romæ celebrata tradidit Carolo Magno præfato Pipini filio, jus & poteſtatem ordinandi ſedem Apoſtolicam, inveſtituras quoque Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum per ſingulas provincias, ab ipſo Carolo recipi definivit. *Robertus jaguinus Ordinis Sanctiſſ. Trinitat. d. Francor. geſt. lib. 4.* A Deſiderio recuperatas, quas Romano præſuli abſtulerat urbes, Eccleſiæ Carolus reſtituit, addidit his Spoletum, atque Beneventum quibus beneficiis ut Pontifex aliquid rependeret; Carolum multis ornavit privilegiis, quorum illud fuit, donare Eccleſias idoneis ſacerdotibus poſſe, quod à ſacerdotibus vulgò inveſtitura appellatur. *& Paulo infra:* intereſt enim Regum noſſe, qui majores maximè Eccleſias adminiſtrent, quorum

rum ipſi tutores ſunt: adjectum quoque eſt, Romanum Pontificem ſine Imperatoris juſſu eligi non debere, idque in Synodo, aſſidentibus Romæ centum quinquaginta tribus Epiſcopis, atque Abbatibus firmatum eſt. *Theodoricus de Niem. tempore Johann. XXIII.* Florentiæ invenit in quodam antiquiſſimo libro, de inveſtitura Epiſcopatuum, & refert omnia quæ in *c. in Synodo Diſt. 63.* ſcripta inveniuntur. Nec ipſum latere potuit: quippe cum multorum Paparum intimus ſcriba fuerit, ſed factus Epiſcopus à Bonifacio Papa, ut ſcribit, *Crantzius, Luerdenſis.*

Præter dictos authores, qui *d. c. Adrianus*, & pacta illa inter Carolum & Adrianum, ſuis teſtimoniis confirmarunt, ſuo quoque exemplo ſtabilivit Leo Papa, qui ad imitationem Adriani eadem cum Othone renovavit ut patet ex *c. In Synodo. d. Diſt. 63.* his verbis *In Synodo congregatâ Romæ in eccleſia S. Salvatoris Ad exemplum Beati Adriani Apoſtolicæ Sedis Antiſtitis, qui Domino Carolo victorioſiſſimo Regi Francorum & Longobardorum Patriciatus dignitatem ac ordinationem Apoſtolicæ Sedis & inveſtituram Epiſcoporum conceſſit. Ego quoque Leo Epiſcopus Servus ſervorum Dei, cum toto clero ac Romano populo conſtituimus & confirmamus, atque largimur Domino Otthoni primo Regi Teutonicorum, ejuſque ſucceſſoribus hujus regni Italiæ, in perpetuum, facultatem eligendi ſucceſſorem atque ſummæ ſedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc Archiepiſcopos ſeu*

Epiſco-

piſcopos, ut ipſi ab eo inveſtituram accipiant, r conſecrationem, undè debent, exceptis his, uos Imperator Pontificibus & Archiepiſcopis con- ſſit, & ut nemo deinceps cujuſque dignitatis, vel ligioſitatis, eligendi vel Patricium vel Pontificē umma Sedis Apoſtolicæ aut quemcunque Epiſco- um orninandi habeat facultatem, abſque con- nſu ipſius Imperatoris (quod tamen fiat abſque mni pecuniâ) & ut ipſe ſit Patricius & Rex. Quod ſi à Clero & populo quis eligatur Epiſco- us, niſi à ſupradicto Rege laudetur ac inveſtia- ur, non conſecretur. Si quis contra hanc regu- am & Apoſtolicam authoritatem aliquid molie- ur, hunc excommunicationi ſubjacere decerni- nus: & niſi reſipuerit, irrevocabili exilio pu- iri, vel ultimis ſuppliciis affici.

Cum verò in dd. capp. Conceſſionis fit nentio, non hoc ſenſu dicitur, quaſi ipſi Pontifices, quid novi de ſuo jure Imperatori- bus conceſſiſſent vel ceſſiſſent, quod illis an- ea non competebat; Nam conceſſio, nihil liud eſt quam confeſſio ſeu declaratio ipſius uris, quod quis jam habet & diu habuit, ut erbum illud interpretatur, *Hugo, in c. etſi Chriſtus. Extr. d. jurejur.* Ubi Pontifex religio- ſis concedit, ut poſſint juramenta præſtare, modo tres comites adſint, veritas, judicium, & juſtitia. Et in *cap. fraternitatem. Extr. d. Donat.* Indulget Alexander III. Epiſcopo Pa- riſienſi, ut revocet donationes, quæ jam de ure communi non valebant. *c. quod quis com- miſit. 35. q. 9. c. ſi quis preſbyterorum. Extr. d. reb.*

reb. Eccleſ. non alienand. Unde patet, ſæpè concedi aliquid, jure privato, quod jam competebat ex publico, ſicut Clemens V. abſolvit regnum Franciæ à poteſtate Papæ. *c. meruit. Extr. Comm. d. privileg.* Et bulla Bonifacii VIII, quæ tamen ipſo jure nulla erat ut notat *Gloſſ. in d. c. fraternitatem. verſ. indulgemus.* Ubi indulgere, nihil aliud eſt quam indultum eſſe oſtendere, quod jam antea jure communi quis facere poterat. *ut c. quod quis commiſit. 35. q. 9. c. d. precariis Extr. d. precariis. d. c. etſi Chriſtus. Extr. d. jurejur. c. ex tuarum. Extr. d. uſu Pall. d. c. ſi quis preſbyterorum. Extr. d. reb. Eccl. non alienand. & in c. quia petitio. Extr. d. procurat.* Quod verò conceſſio ita interpretanda ſit, ex *d. c. in Synodo*, manifeſtè liquet, ubi Imperator ſuo privilegio, quorundam beneficiorum collationem, Pontificibus & Archiepiſcopis reddit, quæ ipſe Leo ſibi, reſervare debuiſſet, ſi totum jus â ſuo arbitrio dependiſſet. Carolus verò Magnus, jam diu ante Adriani conceſſionem beneficia Eccleſiaſtica conferebat. *Aimon. lib. 5. Arniz. lib. d. Jur. Maj. major. cap. 6.*

Et licet Ludovicus Pius, filius ac ſucceſſor Caroli Magni hujusmodi tranſlationem, eiſdem Romanis in Perſona Paſchalis Papæ, remiſerit, quibus conceſſit, ut poſt mortem Romani Pontificis, ſtatim ad electionem atque conſecrationem, pervenire poſſent, ut habetur in *c. Ego Ludovicus Diſt. 13.* cujus hiſtoriam ſcribunt, *Antoninus in part. 1. cap. 1. §. 2.*

§. 2. *tit.* 16. *Volaterran. lib.* 3. *Anſelm. lib.* 4. *cap.* 5. *Ivo. part.* 5. *cap.* 51. Ita ut ideo etiam Romani Pontifices poſt Paſcalem Imperatoribus ſuper hoc reſcripſerint. Sic Leo IV. Lothario ac Ludovico Auguſtis *c. inter nos & vos.* Johann. XII. Leo VII. aliique Henrico I. & Otthoni I. *c. coſtitutio. Diſt.* 63. quod amplius patet ex *lib.* 1. *capitulor. Caroli & Ludovici Imperatorum c.* 96. *quod habetur, c. ſacrorum. d. diſtinct.* 63. Et in §. *ex conſtitutionibus* qui immediatè ſequitur, poſt *d. c. ſacrorum.* expreſſè habetur: *Ex conſtitutionibus his, & pacto Ludovici Imperatoris deprehenditur Imperatores illis renunciaſſe privilegiis, quæ de electione ſummi Pontificis, Hadrianus papa Carolo Imperatori, & ad imitationem ejus, Leo Papa, Othoni I. Theutonicorum Regi fecerat: cum ergo præmiſſis authoritatibus cunctis liqueat, electionem Clericorum tantummodo eſſe, quæritur, &c.*

Tamen Ludovicus fuit tempore Paſchalis circa annum domini 817. ut in *Platina*, & in *Chronologia Eccleſiaſt. Panwini* quam ſequitur *Baronius in tom.* 9. Anno Chriſti 816. & ſeq. Sed Leo VIII. fuit Pontifex Anno Chriſti 963. ut in præfatis locis legitur: Ipſe verò Leo in Synodo Lateranenſi generali Otthoni Primo Imperatori, omne jus quod Ludovicus Pontificibus antea conceſſerat denuo obtulit ac reſtituit, ut patet ex *d. c. In Synodo Diſt.* 63. *ſupr. pl. citat.* Et hanc temporum diſtinctionem eſſe faciendam probat *Antonin.* 2. *part. Hiſtor.* *tit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

1. §. 16. & Petr. Gregor. Tholoſan. lib. 26. d. Repub. c. 5. n. 10. per quam temporum diſtinctionem reprobandam eſſe Gloſſam ait, quæ in *d. cap. in Synod.* multa impertinenter conſiderat: Item falſum eſſe Gratiani ordinem apparet, in ordine & collatione canonum *dict. Diſt. 63.* Nam cum Leo octavus noviſſimo loco omniâ revocaverit, ipſum capitulum *in Synodo*, collocari non debuit in ordine 23. poſt capitulum *Hadrianus*, ſed in ordine 35. quia omnia quæ eo uſque Gratianus narraverat, Leo Papa in Synodo generali remittit.

Cæſar autem Baronius in ſuis annalibus utramque Juris tranſlationem impugnat videlicet *Hadriani & Leonis*, atque falſas exclamat item fraudem, ſcelus & Impoſturam eſſe vult, ſcilicet dum videat, dictos canones abſolutam illam Pontificum potentiam, Tyrannidem & nequitiam diminuere ac coercere. Sed ut alias relinquamus reſponſiones, quas fortè ſuo dabimus tempore, hic nobis dixiſſe ſufficiat, nos eâdem authoritate, rejicere poſſe *c. ego Ludovicus. c. inter nos & vos. c. conſtitutio. c. ſacrorum canonum. &c. d. Diſt. 63.* Sed neutrum jure canonico eſt conceſſum, ergò nec Baronio prius concedi poteſt. *c. violatores. cap. generali c. nulli c. omnia 25. q. 1.* Et ex generali Bullâ Gregorii XIII ipſis decretis additâ idem prohibetur, his verbis: *Iubemus igitur ut quæ emendata & repoſita ſunt, omnia quam diligentiſſimè retineantur, ita ut nihil ad-*

da-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

atur, mutetur, aut imminuatur &c.

oſt tempora igitur Leonis VIII ejus ſucceſſo-es, Johann. XIV. Benedict. VI. Donus II. onifacius VII. Benedictus VII, reliquique illis urſus uſque ad Gregoriũ VI. ſuccedentes, nunuã ſine veniâ & conſenſu Imperatorũ Otthois I. Otthonis II. & reliquorũ, ad ſedem Ponficiam erant promoti, ut fuſè Platina teſtatur. Quamvis autem Gregorius VI. fraudes adhiuerat multas, quibus jus inveſtituræ ad ſe traeret, & è manibus Henrici III. extorqueret, rrito tamen conatu & ſucceſſu, nam poſtquam mnia fruſtra tentaſſet ab Imperatore non ſoum ob hos ſeditioſos erga legitimum Magitratum auſus, verum etiam ob immanem rga Romanos tyrannidem, de pontificiâ ſede leturbatus eſt, petentibus hoc enixè ab Imperatore Romanis.

Et quod Gregorius VI. efficere non potuit, d Gregorius VII. ejus diſcipulus in actum ducere tentavit, uſus ad id, homo nequiſſimus, occaſione haud incommodâ; nam cum Imperator Henricus IV, Saxonicis, aliiſque bellis maximis, à Pontifice excitatis, occupatus eſſet, ac proinde minus ſeditioſis ejus conatibus reſiſtere poſſet, hoc inveſtituræ jus, Romæ concilio convocato, Imperatori ademit, & contra facientes tyrannicâ voce & ſcripto anathemati ſubjecit. Idem etiam fecit ſucceſſor ejus Victor III. in Beneventana Synodo his verbis: *Conſtituimus, ut ſi quis deinceps Epiſcopatum, Abbatiamque de manu alicujus laicæ perſonæ ſuſceperit*

ſuſceperit nullatenus Epiſcopus vel Abbas habeatur: neque ulla ei ut Epiſcopo aut Abbati adhibeatur reverentia. Inſuper ei B. Petri gremium & introitum Eccleſiæ interdicimus, quouſque locum quem ſub tanto crimine ambitionis & inobedientiæ, cæpit, recipiſcendo non deſerit. Similiter etiam de inferioribus Eccleſiaſticis gradibus dignitatibuſque conſtituimus. Si quis item Imperatorum, Regum, Ducum, Principum, Comitum, vel cujuſvis poteſtatis ſecularis, Epiſcopatum vel quamvis aliam Eccleſiaſticam dignitatem dare præſumpſerit, ejuſdem ſententiæ vinculo ſe aſtrictum noverit. Vox certè Servo Servorum digna, Imperatoribus ſua jura è manibus extorquens.

At ne ſic quidem tyranni illi Romani vicerunt. Nam mortuo Henrico IV. filius ejus in Imperio ſucceſſor Henricus V. jus Inveſtituræ ad ſe pertinere ſciens, illud repetiit, utpote quod à Carolo Magno & per longam poſtea ſucceſſorum ſeriem ad ſe deveniſſe novit. Hoc verò Paſchalem II. peſſimè habebat, quippe qui Gregorii & Victoris ſuorum anteceſſorum Spiritum penitus imbibiſſet, ſicut Antoninus Clarè ſcribit: *A Gregorio VII. maximè hanc cauſam cæptam & exagitatam à ſucceſſoribus, atque omnium maximè à Paſchali.* Et porrò addit *Imperator enim uti volens jure, conſuetudine, ac authoritate prædeceſſorum ſuorum, inſiſtebat ac petebat ſibi reddi ac ſervari ea quæ à tempore Caroli Magni & jam per trecentos & amplius annos conceſſa & obſervata fuerant, ſub ſummis Pon-*

tificibus

tificibus illius temporis: Ex quo jure licitè per inveſtituram annuli & virgæ Epiſcopatus & Abbatias conferebant, & hoc ſuum quoque jus eſſe allegabat Vincent Tit. 17. cap. 1. Quod cum ad aures Romani Alaſtoris perveniſſet, ille, convocata Romæ Synodo, contra hanc Imperatoris libertatem ſtudioſè vota colligebat, atque in Imperatorem confidenter anathematis fulmen ejaculabatur, quod tanti non facit Imperator, & quo nam omnia eſſent evaſura probè cernit. Ut igitur tranquilitati Romani Imperii maturè conſuleret, atque cum ipſo Pontifice tranſigeret, habitâ gravi cum ſuis deliberatione, in Italiam expeditionem Imperatore dignam ſuſcepit circa annum Domini 1111. ut teſtantur, *Sigeber. & Pet. Diacon. in Chronic.* Adventanti Imperatori, Pontifex pro animi ſui elatione, leges & pacta priuſquam in civitatem admiteretur, dictare nititur. Non quidem recuſat ipſi ſolenni more Imperium confirmare, verùm eâ conditione, ut ſuo privilegio de Inveſtitura Epiſcoporum, Abbatum & aliorum Prælatorum, prorſus & ante omnem actionem renunciet, Quod cum recuſaret Imperator tandem potentiam ejus in conſpectu habentes Romani, vel inviti conceſſerunt, ut pacificè urbem intraret. Ibi cum multa iniquiſſima à Papa poſtulata, multaque nefaria à Romanis contra imperatorem patrata eſſent, tandem facta tranſactione Paſchalis Pontifex conſentientibus præſentibus Cardinalibus, Epiſcopis & Principibus, privilegium de

de inveſtituris Epiſcoporum & Abbatum, publicâ voce Imperatori conceſſit & confirmavit. Quâ de re *Vincent. lib. 26. c. 10.* ſic ſcribit: *Poſt lectum Evangelium, tradidit ei Papa ante altare beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli in oculis omnium Principum, Privilegium de inveſtitura Epiſcopatuum & Abbatiarum, tam per annulum quam per virgam, &c. Hanc tranſactionem Miſſâ & porrectione cœnæ ſacræ, ipſe Pontifex corroborat, tali voce additâ: Domine Imperator hoc corpus Domini, natum ex Mariâ virgine, paſſum in cruce pro nobis, ſicut ſancta ac Apoſtolica tenet Eccleſia, damus in confirmationem pacis inter me & te, & ſicut pars iſta vivifici corporis diviſa eſt (nam hoſtiâ fractâ, ipſe partem ſumpſit, alteram Henrico dedit) ita diviſus ſit à regno Chriſti & Domini, qui pactum illud rumpere & violare tentarit.* Hoc anathemathe pronunciato omnes ſubjunxere, AMEN. *Sigebert. Caſſinenſ. Vrſperg. Vincent. Antonin. in Chron. & Henric. d. Erford.*

At cum Imperator in Germaniam veniſſet, Papa (quod horrendum eſt) mox convocatis ſuis, omnia quæ tam ſanctè promiſerat mox revocavit, & contra fidem & juramentum peſſimè retractavit, ſed antequam Imperator ſceleratam illam perfidiam ulciſci poterat, exſpiravit perfidiſſimus ille Paſchalis, illi ſucceſſit Gelaſius, qui quod ſine Imperatoris conſenſu Pontifex creatus, mox è ſuo ſolio, primum manu Lincii Fregepani, poſtea Imp. Henrici V. deturbatus. Hujus, Calixtus ſucceſſor

ceſſor fuit, quem Imperator agnoſcere noluit, poſt turbas magnas exortas & varia hinc inde tentata, Callixtus Imp. excommunicavit. Quo facto ipſe Imperator ad extrema quaſi redactus ac tot moleſtiis feſſus, unde non aliud quam imperii miſerandum exitum prævidebat, Callixto quicquid collibuit conceſſit, ac Papæ inveſtituram Epiſcoporum & aliorum Eccleſiaſticorum remiſit, quam ei viciſſim Papa in regno Teutonico largitus eſt, concordiæ formula in hunc modum concepta fuit: *Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, pro amore Dei & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domini Papæ Calliſti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & ſanctis ejus Apoſtolis Petro & Paulo, Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ, omnem inveſtituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Eccleſiis fieri electionem & conſecrationem.* Anne hoc pro Evangelio eſt certare? Callixtus II. viciſſim: *Ego Calixtus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam, &c. Concedo electiones Epiſcoporum & Abbatum Teutonici Regni, qui ad Regnum pertinent in præſentiâ tuâ fieri, abſque ſimoniâ & aliquâ violentiâ, &c. Electus autem Regalia à te per ſceptrum recipiat, exceptis omnibus quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere noſcuntur, & quæ ex his tibi jure debet, faciat, &c.* Vt autem triumphus de manubiis Cæſari ereptis illuſtrior eſſet, Legati Calixti has tabulas altâ voce in medio campo, ſecus Rhenum publicari voluerunt, eòque undequaque populum

acciverunt. Ipſe verò Callixtus eaſdem litteras in ſarcaſmi ſpeciem de exortâ reſignatione & renunciatione Juris Cœſarei, in Eccleſia S. Johannis Lateran. publicè ſuſpendit, quo omnibus, & riſum & inſultationem moverent, ut ſatis teſtantur. *Abbas Vrſperg. in Cron. Krantz. Senen. lib. 6. cap. 41. 42. 43. Sigon. d. Regn. Ital. lib. 10. Fiſingenſ. lib. 7. cap. 16. & Erfurd. in Chron.*

Cuilibet ſaltem Chriſtiano, & non à ſanâ mente alieno, hæc conſideranda offero, quam nefarium ſcelus & horendum factum illius Paſchalis II. fuerit; qui non ſolum contra juramentum, ſed & fidem Principi coram Deo & ejus ſanctis publicè, in præſentiâ innumerabilium fermè hominum, ſub actu ipſo communicationis corporis Chriſti, modo ſupra deſcripto, datam, fefellit, imo penitus delevit ac revocavit, Inde certè, verè fraus illa, ac tyrannis Pontificia elucet, quâ contemptu religionis & juramenti, quicquid libet faciunt, Romani illi Gnathones, ſaltem ut ſuum ædificare valeant monarchicum in Eccleſia Dei regimen. Ita ut ex ſimili occaſione veriſſimè ſcripſerit *Hildebert. Epiſcop. Turon. Epiſt. ad Honer. 11.*

Vrbs felix ſi vel dominis Vrbs careret,
Vel Dominis eſſet turpe, carere fide.

Hâc igitur ratione ac viâ non beneficiorum impiam Eccleſiaſticorum nundinationem ſuſtulerunt, ſed Principibus ſaltem & Politico Magiſtratui poteſtatem conferendi Eccleſiaſtica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ica beneficia eripuerunt, ut ſic redigeren-
ur ſub Romanæ Sedis ſervitutem, omnes Epi-
copi, qui hactenus propter inveſtituræ jus
rincipibus magis quam Romano Pontifici
rant obnoxii & ſubjecti. Nec diu tamen
Ionarchia illa *Eccleſiaſtica* tyrannico auſu &
naximo ſcelere incepta ac occupata, ſtetit; ty-
annorum quippe execrabilis breviſque pote-
as eſt, *Sen. 1. d. Clement.* Eſt enim veluti
copus ad univerſorum mortalium propoſitus
dium, qui nec diu ſtare poteſt, & ubi ceci-
it omnium ſecum ruinam trahit. *Joach. Ca-*
aer. op. horar. ſubciſ. tom. 3. c. 25. Quamvis
tenim reliqui Pontifices utpote Honorius II.
nnocentius II. Celeſtinus II. Lucius II. Euge-
ius III. Anaſtaſius IV. ſibi invicem ſucceden-
es, uſque ad Adrianum IV. Paſchalis II. ve-
igia ſequuti, eandem maſculè defenderunt;
xitavit tamen æternum illud Numen Fre-
ericum I. qui Romanæ ſuperbiæ ac tyranni-
is vindex eſſet ac perditum in Eccleſia regi-
nen recuperaret. Quamvis etenim inter ipſum
t Adrianum IV. anceps diu fuiſſet fortuna,
a ut Adrianus ſolâ ſuâ ſuperbiâ Imperatorem
qui fortitudine & ſapientiâ invaluit ſuper o-
nnes in habitantes terram, ut inquit, *Helmold.*
b. 1. cap. 73.) fermè devicerit & ſuperaverit,
ttamen Deo ita moderante ipſe ab impera-
ore victus, ac poſt varios caſus & diſcrimina
onſternatus, Imperatori rurſus Inveſtituræ jus
fferre ac reddere coactus eſt, *Krantz. lib. 6.*
ap. 35. Radevic. lib. 1. c. 15. 16. Nam Edi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ĉto promulgato decrevit Fridericus I. nullum poſtea Pontificem fore, niſi qui more majorum, conſenſu Imperatoris crearetur, atque nuncius duntaxat Chriſti ſucceſſorque Petri, non etiam Cæſareæ potentiæ pertinax æmulus eſſe vellet. *Avent. Anal. Bojor. lib. 6.* Et clarius Ludovicus Bavarus Iohannis XXIII. & Benedicti XII. inſolentias & fraudes in recuperando Eccleſiaſtico regimine videns, novam conſtitutionem eamque ſtrictiſſimam addidit & divulgari juſſit, quâ Papam omninò ſubjectum ſuperiori poteſtati ſeu Imperatori mandavit ac præcepit.

Ejus porrò ſucceſſores, quamvis perpetuis Pontificum fulminibus, ſine ullis ſuis meritis, innodati eſſent, idem tamen præſtare non deſiſtebant: illa quippe tanti non faciebant, cum & illegittima eſſe viderent, & aperta media quibus Majeſtas Imperatoria ab ipſis Pontificibus conculcari & Magiſtratus Politicus ſuâ potentiâ ac authoritate iniquiſſimè ſpoliari cernerent. Hinc factum, quod ſeſe Pontificum ſuperbiæ & avaritiæ maſculè oppoſuerint, nec ſine cauſâ, cum probè intelligerent, in una republica duo ſumma capita eſſe non poſſe. *c. unam ſanctam. d. Maj. & Obed.* nam Eccleſiam Chriſtus ac Apoſtoli politicæ poteſtati quatenus in hâc vitâ militat ſubjecerunt. *Act. 25. Rom. 13. 1. Pet. 2. Auguſt in Explic. quarund. propoſ. Epiſt. ad Roman. Tertullianus d. Idol. c. 25. Bernhard. ad Archiepiſc. Henen. Thom. lect. 1. ad c. 13. Rom. Hotom. 4. ſentent.*

Diſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Diſt.25. q.2.art.2. Æquum propterea eſt ut ſi omnium Eccleſiæ partium conſenſus in eligendo Epiſcopo requiritur, *c. nulla Diſt. 62. c. Ego Ludovicus Diſt. 63. c. Epiſc. 8. q. 1. c. qui in aliquo. §. ſed & Diſt. 51. c. quia propter. extr. d. Elect. & Elect. pot.* Multò magis conſenſus requiratur ejus, qui eſt omnium caput, & cui Deus ipſe Eccleſiæ inſpectionem gubernationemve indulſit. *Duaren. lib. 3. Eccleſ. Miniſt. c. ult. c. boni Principis. Diſt. 96. Luc. 22. v. 25. & cap. 12. v. 11. 1. Cor. 15. v. 24. Dan. 2. v. 37.* Quippe, ut cum canoniſtis curſus loquar, eſt Deus in terris. *Bald. Conſ. 328. queritur, ſi Rex Romanorum. n. 7. v. item eſt Deus lib. 1.* Imo, etiamſi malè adminiſtret, tamen eſt Dominus Mundi, quia non poteſt inferior corrigere ſuperiorem. *Bald. Conſ. 333. adintelligentiam. collat. 2. v. non obſtat quod Eccleſia. lib. 1.* Et totius mundi Dominus eſt Imperator. *l. de precario. ff. ad L. Rhodiam d. ſact.* Judex judicum. *Bald. d. Conſ. 333. ad intelligentiam ſequendorum in pr. lib. 1.* Supremus Principum Princeps. *Caſtill. Conſ. 10. in facto n. 63.* Qui omnes dignitates in ſe continet ideo eſt, Rex, Princeps, Dux, Marchio, Comes, &c. *Bald. d. Conſ. 328. n. 11. in fin. v. unde verum eſt. lib. 1.* Igitur omnes dignitates ſunt ſcabellum pedum Imperatoris, & poteſt eas infringere, removere, & transferre. *Bald. d. Conſ. 333. ad Intelligentiam, in princ. v. porro ad eum. lib. 1.* Cum igitur ejus ſit potentiæ ac dignitatis, nec minor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

quoque circa Eccleſiaſtica ipſius authoritas erit. Præcipuè cum ad Majeſtatem Imperatoriam ad ſalutem Reipub. & quidem Eccleſiæ pertineat, ut ſumma Eccleſiæ inſpectio penes Principem maneat. Majeſtas id inprimis requirit, quia cum Henrico Imperatori jus abrogaretur, locupletiſſima ſacerdotia conferendi, ea res inquiit *Paulus Æmil. lib. 5. multum virium Imperatoriæ majeſtati detraxit in animis popularium, plus enim quam dimidium ſuæ Juriſdictionis perdidit.* Salus Reipub. idem exigit, ne ad ſummas evehantur dignitates qui Rempub. ejuſve præſidem peſſundatum cupiunt, quibus omnes præcludendes vias, monet, *Ariſtot. 4. Pol. cap. 12. & 5. Polit. cap. 9.* ex quibus Reipub. inferre nocumentum queant quales fuêre Johannes XII. Gregorius VI. Gregorius VII. Victor III. Paſchalis II. Innocentius II. Adrianus IV. Alexander III. Clemens III. Innocentius III. Gregorius IX. Clemens V. Bonifacius VIII. Johannes XXII. Innocentius IV. Urbanus VI. & horum ſimiles. Hi enim ex uno Imperio diviſum fecerunt, nec prius bellorum rapinarum, cœdium, injuriarum ac maledictæ tyrannidis ſatis habuerunt, quam Imperii opes ad ſe traxiſſent. Turbata autem Repub. quis Eccleſiæ quietem ſperare audet? Obligantur igitur ratione officii ſui Chriſtiani Principes, ut Eccleſiam non ſolum defendant, verum etiam ut idoneos ipſius præſides conſtituant, cum ejuſdem ſint nutritii, *Eſai. 49. 25.* Et ad muros ipſius ædificandos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ficandos conſtituti, *Eſa. 60.* Debent igitur Imperatores advertere, regiam poteſtatem ſibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam, ut ſcribit. Leo I. ad Imperat. Leon. *c. ult. Diſt. 96. c. Principes. c. adminiſtratores. 23. q. 5.* Defenſio verò Eccleſiæ non conſiſtit ſolùm in hoc, ut vis, fraudes, tyrannis, turbæ, aliaque incommoda & externa mala ab ea arceantur prout ſe explicat. *Lipſius lib. adverſ. Dialogiſt. c. 2.* & contendit, *Bellarm. lib. 3. d. Memb. Eccleſ. mil. c. 18.* quoniam potiſſima pars ipſius defenſionis negligitur, longè plus intelligit. *Auguſt. d. 9. 2. in Joh. cum ſcribit: pertinet ad Reges ſeculi Chriſtianos, ut temporibus ſuis pacatam velint habere matrem ſuam Eccleſiam.* Ut nos pluribus oſtendimus *ſup. cap. 1.* Pax autem Eccleſiæ ſi hoſtibus externis turbata fuerit, gravè incommodum, damnum ac periculum eſt, longè verò gravius ſi ab internis ac alius poteſtatis æmulis, quibus ſi obviam ire neglexerit, parum officio ſuo ſatisfeciſſe putandus eſt Princeps. *Arniz. tr. d: poteſt. Maj. in relig.* Et hanc potiſſimum Regum ac Principum curam à priſcis temporibus ſemper fuiſſe, non negabunt illi, qui parum diligentius hiſtoriam Eccleſiaſticam, utrumque Codicem ac Authenticas per luſtrarunt. Hinc Reccaredus Rex in *Concil. Tolet. III. Non in eis tantummodo rebus diffundimus ſolertiam noſtram], quibus populi ſub noſtro regimine poſiti pacatiſſimè gubernentur & vi-*

vant. Sed etiam in adjutorio Chriſti, extendimus nos ad ea, quæ ſunt cœleſtia, cogitare, & quæ populos fideles faciunt, ſatagimus non neſcire to.2.Pag.863. Etenim ſi ipſi Principes hanc neglexerint curam, Reſpub. non ſolum detrimentum patietur ſummum verum etiam totalem ruinam minabitur. Ludovicus Pius vix adhuc Clero populoque Romano univerſo poteſtatem ſibi Pontificem eligendi tradidit, ſi modo fides *c. Ego Ludovicus. Diſt. 63.* habenda, antequam extincto Paſchali I. voluntates inter ſe diviſæ, votaque diverſa, ac duo ſimul electi Pontifices eſſent nec dubium quin ſeditio in maximum quoddam ſchiſma eruptura fuiſſet niſi Eugenius II. nobilitate Romanâ prævalente ejuſque partes defendente, in ſeditione ipſâ conſecrationem accepiſſet, quam tamen magis Ludovici confirmatio in officio retinuit, quam omnium ejuſdem adverſariorum aſſenſus, itaque anno proximè ſequenti in Comitiis Vaticanis decretum erat, ut ad vitanda comitiorum diſſidia, aut Legati Regis aut Rex ipſe, ſi in urbe adeſſent, conſecrationi intereſſent, idque confitente Paſchali II. in decreto quo inveſtituras Epiſcoporum, Henrico V. reſignat, ut populares diſſenſiones, quæ in electis omnibus ſæpè contingunt, regali vel Imperatoriâ majeſtate compeſcantur. *Aventin. lib. 6. Annal. Mammelbur. lib. 5. hiſt.* Equidem Imperatoria Majeſtas juſti vim rerroris habet, procul an propè, præſto an abſens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Semper terribilis, ſemper metuenda ſuoque
Plena vigore manet, nulliq; impunè premenda
Creditur, & ſemper cunctis & ubique timetur.

Idem quoque ſubſequentibus annis ſervatum, & novâ rurſus lege ſancitum fuiſſe teſtatur *Sigon. lib. 4. Hiſt. Ital.* Quodque longiſſimâ temporum ſerie hoc ipſum obtinuerit, quod Reges ipſi ac Imperatores, Pontifices confirmaverint, elegerint, rurſus depoſuerint, ac alios ſubſtituerint, ſatis aſſerunt ac teſtantur. *Sigebert & Abbas Vrſperg. in Chronic. Mamnelsbur. Petr. Diacon. Caſſinenſ. in Chronic. Avent. Annal. Bojor. Adam Bremens. lib. 2. & ?. Radevic. lib. 1. & 2.* qui eorundem magnum ſatis conſcripſerant catalogum, quem cum hic ſubjicere prolixum eſſet, ac quorundam illorum partim ſuperiori, partim hoc ipſo capite, mentio ſit facta, ipſum lectorem ad nominatorum authorum lectionem remitto.

Et quod huc uſque Imperatores ipſo jure in Pontifices Urbis Romæ, id in omnes porro Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Eccleſiaſticos exercuerant, ut ex *tot. tit. Cod. d. ſumm. Trinit. & fid. Cath. tot. tit. Cod. d. Epiſc. & Cler. & tit. ſeq. Nov. 3. 5. 6. 16. 56. 57. 79. 83. 123. 131. 133. 137. 149. c. in ſynodo. c. Adrianus. Diſt.* 63. aliiſque locis innumeris apertiſſimè conſtat. Quamvis autem particula *d. c. Adrianus* revocata videri poſſit in *c. ſacrorum. d. diſt. 63. Haillan. Liv. 1. de l'eſtat de France*, rectè tamen obſervant Senatores Pari-

ſienſes in *lib. d. non abolend. pragm. ſanct.* Inveſtituram quam Carolo conceſſit Adrianus, *d. c. Adrianus. Diſt. 63.* nullo modo retractatam fuiſſe cum ab electione toto genere differat, propterea etiam inter ipſa Regalia à JCtis Galliæ numeratur per *text. in Pragm. ſanct. t. d. elector. c. licet. §. veruntamen.* ibi, ad Regem jure Regali pertinere dicitur, beneficiorum Eccleſiaſticorum jus patronatus, præſentatio, collatio, conſtitutio, inſtitutio, vel proviſio. Idem aſſerunt. *Franc. Boër. deciſ. 32. n. 8. Benedict. in c. Raynutius, in verb. & uxor. nomine Andalaſ. n. 367. d. teſtam. Johann. Sylva in tr. d. benef. p. 2. q. ult. Haillan. lib. 3. d. l'eſtat des affaires de France. Tholoſ. in Syntagm. jur. lib. 12. part. 2. cap. 7. & 8. Paſquier. en recherches de France, Liv. 3. ch. 30. Molin. ad conſuetud. Pariſienſ. d. feud. tit. 1. §. 27.* Hinc ſæpè apud *Sigebert. Turpin. Gothofred.* legimus Imperatoribus vel Regibus, datum fuiſſe jus inveſtiendi Epiſcopos pro annulum & virgam, nec ante illam inveſtituram potuiſſe quenquam conſecrari Epiſcopum, propterea Palmerienſem Antiſtitem à Bonifacio VIII. intruſum, qui juramentum fidelitatis Philippo IV. præſtare eumque dominum agnoſcere recuſabat, Rex bonis omnibus privavit, *Nicol. Gil. in Phil. IV.* Hoc ipſum, jus junctim cum aliis regalibus in Eccleſias, Galliæ Reges ſibi mordicus retinuerunt, quamvis contra multorum Pontificum, Pii II. Sixt. VI. aliorumq; conatus ac vota, dicuntque intelligi ſub no-

mine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

mine regalium, quorum fit mentio in *c. præterea. c. quoniam. Extr. d Iur. patron.. & c. generali. Extr. d. Elect. in 6. Duar. lib. 6. d. benef. Eccleſ. c. ult. in pr. Boër. deciſ. 32. n. 8.* Quamvis jus illud dudum antea ſibi vendicavit Carolus Magnus, nam ille, ut *Aimon. lib. 5. cap. 1.* ordinavit per totam Aquitaniam Comites Abbateſque nec non alios plurimos, quos Vaſſos vulgò vocant, & *c. 36.* Ludovicus quos potuit conciliavit ſibi, dans eis Abbatias & comitatus ac villas. Ideoque *Thegan. in vit: Ludov.* in eos invehitur: *Veſtivit te purpurâ & pallio, & tu eum induiſti ſilicio; Ille perraxit te immeritum ad culmen Pontificale, tu eum falſo judicio voluiſti expellere è ſolio patrum ſuorum.* Idem quoque jus reliqui Imperatores ac Reges ſibi ſemper reſervarunt, ut, *Ottho Friſing. lib. 7. cap. 16. & Gunther. Crant. lib. 2. metrop. cap. 29. Marſil. Patavin. in defenſ. pac. part. 2. Viterbienſ. part. 17. Panthei:* Scribunt Epiſcopum electum, non potuiſſe prius conſecrari, quam à Principe regalia per ſceptrum accepiſſet. Otho I. Archiepiſcopos Epiſcopos ipſe conſtituit ac ampliſſimis beneficiis ac regalibus ornavit, *Sigon. lib. 7. hiſtor. Ital.* Idem ſtrenuè obſervaſſe Henricum II. & III. clarè ſatis teſtatur, *Aventin. lib. 5. Annal.* Nec minori curâ hoc ipſum inveſtituræ jus Henricus IV. defendit, & per legatos expoſtulavit, collationem Eccleſiarum laicis auferri non debere, cum ejus jus jam inde à Carolo Magno propagatum hac ratione im-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

minueretur. *Sigon. lib. 10.* Et *Albertus Argentinenſis*, ſæpiſſimè meminit Epiſcoporum ab Imperatoribus ſolemniter inveſtitorum, *Cujac. lib. 3. feud. cap. 1,* Unde eſt illud Helmodii *Epiſcopos inveſtire ſolius Imperatoriæ majeſtatis eſt.* Propterea Pontifices ipſi, negabant Epiſcopos vel Archiepiſcopos conſecrare, licet canonicè eſſent electi niſi conceſſa ab Imperatore ilcentiâ, idquè *ſecundum veterem conſuetudinem* ut ait, *Stephanus in c. lectis. Diſt. 63. adde c. nobis. Extr. d. jur. Patron. & Dodech. in append. ad Chron. Marian. Scot.* Quam ob cauſam inveſtituræ jus, Regio jure ſibi tribuit Philippus VI. quando in edicto Anno 1334. ita loquitur: *Nous tenons, que nos devanciers Rois de France ont usè & accouſtumè & one eſtè en poſſeſſion & ſaiſine d'auoir les prebendes, dignitez & benefices vacans de droict & de faict ou de droict tant ſeulement, ou trouvez non occupez & vacans de faict tant ſeulement, & decenous entendons uſer lib. 10. corp. Jur. Gall. tit. 3. l. 2.* Et ante ipſum in eundem ſenſum & verba fermè reſcripſit Philippus IV. Bonifacio VIII. Eccleſiarum & præbendarum vacantium jus & collationem jure regni ad ſe pertinere, & fructus earum, vacatione durante, ſuos facere &c. *Bodin. 1. d. Rep. cap. 9. Ivo Epiſt 134. Æmil. hiſt. Franc. lib. 3. Steph. Aufrer. Clem. 1. d. offic. ordin. n. 57. pag. 70.* Videatur quoque in eundem ſenſum Petri Cuigneti Equitis & Conſiliarii regii Oratio apud *Belleforeſt. in Philip. VI.* Cum etiam Ludovi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ctus Sanctus in diplomate, quo matris tutelæ, regni adminiſtrationem commendabat, regales poteſtates enumeraret, addit etiam, poteſtatem conferendi dignitates & officia Eccleſiaſtica vacantia, fidelitates Abbatum, & Epiſcoporum recipiendi, & eis regalia inſtituendi, & eligendi licentiam, in capitulis & couventibus. Diploma eſt apud, *Papyr. Maſſon. lib. 3.* Philippus quoque Auguſtus in teſtamento ſancit, ut ad conſtituendos Epiſcopos vel Regis vel regni tutorum conſenſus requiratur. *Rigord. in vit. Philipp. Aug.* Hinc *Papyrius Maſſon. lib. Annal. 3.* ſcribit: Noſtri Reges inter cætera jura, hoc ſibi præcipuè vindicarunt, ne abſque aſſenſu regio Epiſcopi & Monaſteriorum patres ſuffragiis legantur. Propterea factum, quod Ludovicus Craſſus Monachos S. Dioniſii in carcerem conjecit, quod ſe inconſulto Hugerium elegiſſent Abbatem, ut ipſe & fatetur & ſcribit *Hugerius*, & pluribus ex *Ivonis Epiſtolis* conſtat. Ludovicus VII. Juramento firmavit ſe nunquam ceſſurum, ut Petrus, quem Innocentius Papa Archiepiſcopum inſtituerat, Bituriges intraret, ex quo ſacris illi per triennium interdictum fuit. *Annal. Morinienſ. Arniz. tract. d. pot. Maj. in Relig. cap. 6.* Non ſine ratione igitur *Carol. d. Graſſal. l. 2. d. Regalib. Franc. jur. 3. & Bartholom. Chaſſan. in catalog. Glor. mund. part 5. conſid. 24. n. 194.* approbant & aſtruunt laudabilem illum Regni Galliæ morem & conſuetudinem, quod neutiquam valeat

leat electio, donec mors vel Epiſcopi vel prælati fuerit Principi nunciata, & requiſitus conſenſus de procedendo ad novam electionem, & ſi aliter fieret confirmatio, (à ſummo ſcilicet Pontifice) nihili eſſet facienda ſed & potius caſſanda, innuentes unà optimam rationem hujuſmodi conſvetudinis, ne fortè eligatur ſuſpectus aliquis Regi vel regno, ubi dubitari poſſit, de proditione patriæ, revelatione ſecretorum, vel tandem alterius potentiæ ac authoritatis æmulatione. Quamvis res iſta modo in vado ſit, poſtquam per concordata inter Leonem X. Et Franciſcum I. Anno Chriſti 1517. quæ integra recenſuit & notis atque interpretationibus ampliſſimis illuſtravit, *Petrus Rebuffus.* Omne jus eligendi aut poſtulandi prælatos, Canonicis in tota Gallia ademptum eſt, ita ut nominatio perſonæ idoneæ, intra ſex menſes à tempore vacationis, Romano Pontifici ad providendum facienda, nunc ſoli Regi abſolutè competat. *vid. d. concord. tit. d. regia ad prælaturas nominat. faciend. & ibi Rebuff.*

Didac. Covarruv. tom. 1. variar. reſol. p. 2. in relect. c. malæ fidei poſſeſſor. Extr. d. jur. patronat. §. 10. aſſerit, Reges *Hiſpaniarum*, non quidem ex privelegio Papæ Hadriani Carolo Magno dato (quam opinionem ſequuti, *Iohann. Iqueus in repetit. l. neceſſarios. §. non alias n. 336. ff. ad SC. Syllanian. & Iohan. ferrald. tract. d. inſign. Reg. franc.*) Sed jam inde à concilio Toletano XII. celebrato anno pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

mo Hervigii Gothorum Regis, qui tum Hiſpanias obtinebat Anno Chriſti, 685. idem jus habuiſſe, quo decretum ut Rex ad Epiſcopalem dignitatem promovendos eligeret, ipſe verò Toletanus Antiſtes prævià morum examinatione inſtitueret, atque ita ſine ulla controverſia, jus & poſſeſſionem haberet Rex, nominandi & eligendi Epiſcopos, adeo ut niſi à Rege nominati, non poſſent his inſigniri dignitatibus, cujus rei teſtimonium extat quoque in *Jur. Can. c. cum longè. Diſt. 63.* Nec negari poteſt, quin jus iſtud fundamentum habeat optimum & firmiſſimum, quia ſcilicet Regis maximè inter eſt noſſe ac deligere, qui Eccleſias, intra ſuam provinciam ſint adminiſtraturi, *Covarruv. dict. loc.* Atque hoc illud eſt quod Auctor relationis de Hiſpania in *Theſ. pol. lingua Italic. edit.* tantoperè urget, dum ait: *Della grandezza del Rè di Spagna baſtarà à dire queſto ſolo, che con una ſola parola*, placet, *può in punto conferire ſenza alcuno danno ſuo, &c. ut ſupr. quoque citavimus.* Et ne quis de jure illo Regum Hiſpaniæ dubitet addam verba dicti Concilii XII. *cap. 6.* ibi; *Placuit omnibus Pontificibus Hiſpaniæ, Galliciæ, ut licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoſcunque Regalis Poteſtas elegerit, & jam dicti Toletani Epiſcopi judicium probaverit, præficere præſules, & morientibus Epiſcopis dare ſucceſſores.* Innuitur ibidem, ſolitos fuiſſe Epiſcopos convenire, poſtquam unus ex eorum ordine obierit, & de ſucceſſore ejus liberam

Princi

Principe electionem præſtolari, ſeu à Principe petere licentiam eligendi, quem ut eligiſſent eidem præſentabant, ut colligitur *ex l. Regia 18. t. 5. p. 1. Ordin.* & tradunt præcitati Gallici *Dd. Covarruv. part. 2. relect. cap. poſſeſ. mal. fid. §. 10. n. 5. Lancelott. lib. 2. cap. 1. d. Pont. Max. §. 4. verſ. 4. n. 9.*

Quod etiam in Anglia quoque obſervatum teſtatur Tholoſſ. in *Syntagm. jur. lib. 12. part. 2. c. 7. n. 19. & c. 8. Boër. deciſ. 32. n. 1. Joh. Andr. ad Specul. t. d. Epiſcop. §. quod reſtat. verſ. item non privileg.* Fidem nobis quoque facient, *Hiſtoria Anglic. lib. 4. c. 2.* Richardum Regem jus eligendi Antiſtites Eccleſiæque Præſules, ſibi ſoli reſervaſſe. Conſtat etiam ex Wilhelmo Neubrigenſi, multas diœceſeωn præfecturas eo tempore Præſulibus vacaſſe quo Anglica ſceptra Richardus obtinebat, Sub Annum 1200. Ab iſto fuiſſe Elienſem Theſſaurarium Cathedræ impoſitum Londinenſi: Vintonienſi, Gothofredum Lucienſem: Eboracenſi, Gothofredum Regis Germanum. Idem jus in Scotia etiam obtinuiſſe teſtatur *Hector. Boëth. Annal. Scotic.*

Polonicus Eccleſiæ ſtatus eò etiam rediit, ut præſulum aliorumque Eccleſiaſticorum electio à Regibus fieret: ex quo enim tempore Ordinũ conventus Petricoviæ ſunt habiti, nunquàm paſſi ſunt Reges coram Pontifice jus illud manere, propter multorum ambitionem detectam, qui Cracovienſem ſitiebant ac venabantur Epiſcopatum. Quippe cum Sen-

nenitis

nenius primum ipſius Pontificis Romani bene-ficio nactus fuiſſet, repulſam tamen à Rege Kaſimirio, in frequenti Polonico ſenatu tulit. Unde illo cedente, Gruſcinius ſtatim ad id muneris adſciſcitur, ſucceſſoremque, Regiâ tamen licentiâ, ſibi deſignat Lutecum Brezium apud Sarmatas Juris præfectum. *Cromer. Hiſt. Polonic. lib. 5.* Quos mores in Bohemia quoque ſervatos fuiſſe teſtatur, *Dubravius Olomucenſ. Hiſtor. Bohemic. lib. 14. plur. vid. ap.* Renat. *Choppin. d. Sacr. Pol. lib. 1. n. 12. 13. 14. & ſeqq.*

Ex quibus omnibus ſat clarè patet, quâ ratione quove jure ad jura Majeſtatis pertineant Eccleſiarum jura ac proviſio, ac de perſonis Eccleſiaſticis libera diſpenſatio. Porro, jure quoque communi Reges & Principes, majorum Eccleſiarum ſuorum regnorum ſunt patroni, quippè ſi Eccleſiarum Conſtructio, *c. nobis & ibi Gloſſ. in verb. conſtruxit. Extr. d. jur. patron.* Donatio, *c. piæ mentis c. frigentius. c. filiis. 16. q. 7.* & Fundatio, *c. abbatem, 18. q. 2. c. principali. Diſt. 63. c. ſi quis Epiſcoporum 16. q. 5. c. decernimus. 16. q. 7. c. Eleutherius. 18. q. 2.* patronum earundem faciunt, *dd. capp.* quæ tria complexa eſt, *Gloſſ. ad d. c. piæ mentis, in verbis piæ mentis.*

Patronum faciunt, dos, ædificatio, fundus.

Ut exinde Laicus jus patronatus obtineat, multò magis Princeps qui communis Eccleſiarum Evergetes, cujus intereſt noſſe qui majores maximè Eccleſias adminiſtrant, quarum ipſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ipſe tutor eſt. *Robert. Guagnin. lib. 4. d. reb. geſt. Franc.* Dum ad Reipub. ſalutem ſpectet, ut Rex ſciat, qui ſunt Eccleſiam intra ejus provinciam adminiſtraturi. *Covarruv. part. 2. relect. c. poſſeſſ. mal. fid. §. 10. n. 5.* Cumque ad ipſum pertineat Eccleſiarum fundatio. *Arg. cap. ſi quis Epiſcoporum. 16. q. 5. d. cap. abbatem. 18. q. 2.* donatio, *Arg. c. Frigentius. c. filiis. 16. q. 7.* & conſtructio. *Arg. c. nobis Extr. d. jur. patron.* Ad eundem quoque pertinebit Eccleſiaſticorum ſeu eorum, qui ſacris in Eccleſiis præerint, electio. *c. ſacro ſanctam Extr. d. Elect. c. quod ſicut. Extr. eod. Reatina. c. lectis Diſt. 63.* Nam ſolennis electio præſentanda erit Principi vel patrono, *Gloſſ. in c. abbatem 18. q. 2.* Hinc ex *Concil. Tolet. IX. cap. 2.* reſcriptum: ut Principes ſeu Eccleſiarum fundatores, rectores Eccleſiarum idoneos Epiſcopis ordinandos offerant, alias ordinatio ipſo jure irrita & nulla erit. *c. decernimus 16. q. 7. & ibi Gloſſ. in verb. idoneos. c. hortamur. Diſt. 71. Arg. c. novit. Extr. d. Judic.*

Unde & nos ex dictis concludimus Majeſtatis Politicæ officium eſſe, perſonas idoneas, ſuæ Eccleſiæ præficere deque Eccleſiaſticis perſonis, Eccleſiæ præficiendis diſponere, ſeu ut cum Imperat. Juſtinian. loquamur, & caput hoc finiamus, Imperatorem non minorem Eccleſiæ curam habere oportere, quam ſuæ vitæ, *Novell. 3. in fin.* quam ſi ſalvari velit, omnia membra ut ſana ſint curabit. Illius quippe cum ſit diſponere, ut non ſolum pacificè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ficè, ſed & piè ſubditi vivant, *Theod. in Epiſt. ad Cyrill.* Cum ipſe poteſtate ſuâ diſciplinam Eccleſiaſticam munire debeat, *Iſidor. lib. 3. ſentent, d. ſumm. bon. c. filiis. 16. qu. 7. cap. quando 23. q. 4. cap. quali. 23. q. 5.*

CAP. VIII.

De Jure Majeſtatis, convocandi & conſcribendi concilia, Canonibus robur dandi, aliaque religionem ſpectantia exercendi.

AD religionis curam ac circa res & perſonas Eccleſiaſticas diſpenſationem, etiam poteſtas congregandi & convocandi concilia referenda erit, cum ſcilicet illis falſa dogmata & hæreſes, quæ in Eccleſiam Dei irrepſerant, religionemve aliâs turbarent, facile tollantur. Hoc nomine Pii Principes, & concilia congregarunt, & legibus ſacroſanctam fidem firmarunt; Nam dum inſtant univerſalia pericula fidei, aut aliqua Eccleſiam Chriſti turbantia, vigilare debet ipſe Imperator, & fidei & pacis cuſtos, *Nicol. Cuſan. d. concord. Cathol. lib. 3. cap. 13.* Ipſius verò vigiliis opus non eſſet, niſi poteſtas ei data fuiſſet concilia congregandi & leges Eccleſiæ

cleſiæ præſcribendi, Regibus namque dictum eſt, aperite portas Domino, *Pſal. 24. v. 6. & 9.* Et iiſdem mandata cura Eccleſiæ, *Eſai. 49.* à quâ tum demum ſe liberant, non quando congregationi Epiſcoporum aſſiſtunt, quod etiam cuivis ex ſubditis licet, cum omnes tangat. *c. licet ergo 8. q. 1. c. Archiepiſc. Diſt. 66. l. nam ita. 39. ff. d. adopt. l. in cauſa 13. ff. d. minor.* præcipuè cum de rebus fidei agitur. *Act. 15. 25. 26. & ſeqq.* ubi & ſeniores cum Apoſtolis Legatos mittunt cum mandatis ad Antiochenos, laici quòq; diſputarunt in concilio Niceno. *Zozom. lib. 1. cap. 16. 17. 22. Theodor. lib. 1. c. 12. c. ubinam. Diſt. 96. Anton. d. Roſek. in tr. d. concil. in tit. vocandi qui ſunt ſpecial. ad concil. n. 6. & 7. Petr. à Mont. in tr. d. concil. in 3. q. n. 34. 5. Sibr. Lubb. lib. 2. d. conc. c. 2. Cuſan. lib. 2. d. concord. Cathol. c. 16. Geſner. lib. 3. d. Concil. cap. 15. Suthl. lib. 1. d. concil. cap. 3. & 8.* Sed quando poteſtate ſuâ utuntur ad extirpandas hæreſes, corrigendos mores Eccleſiæ corruptos, aliaque diſponenda, quæ præſentiam & authoritatem Principis requirunt cum Principis hoc ſit offiicium. *Theod. in Epiſt ad Cyrill.* ut omnia intra Eccleſiam ſint pacata. *Iſcidor. lib. 3. Sent. d. ſumm bon. lib. 53.* propterea enim culmen illud intra Eccleſiam tenet. *c. quando. 23. q. 4. c. filijs 16. q. 1.* Quod ſatis probè intellexit Joas, qui cum videret Levitas negligentius officio fungi, eos vocavit & de rebus templi præcepta edidit. Levitæ, *inquit ſcriptura*, egêre negligentius, vocavitque Rex

fuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Jojadam Principem, & dixit ei quare tibi non fuit curæ, ut cogeres Levitas inferre, de Juda & de jeruſalem pecuniam] quæ conſtituta eſt â Moyſe ſervo Domini, 2. *Paralip.* 24. *v.* 6. Præcepit Rex & fecerunt arcam poſueruntque eam juxta portam domus Domini, 2. *Paralip.* 24. 8. Ezechias quoque aperuit valvas domus Domni, & inſtauravit eas, adduxitque Sacerdotes atque Levitas, & congregavit eos in plateam orientalem: dixitque ad eos audite me Levitæ, & ſanctificamini: mundate domum Domini patrum veſtrorum, & auferte omnem immunditiem de ſanctuario. 2. *Paralip.* 29. *v.* 2, 3, 4. *&c.* Hic Moſes omnem ſacrorum rationem à Deo accepit & populo tradidit, *Exod.* 29. Et David cultum Dei reſtituit, 1. *Chron.* 13. Propterea quoties de religione ageretur, vel ſchiſmate tollendo, non ſummi ſacerdotes ſed ſummi Principes populum Iſraëliticum convocabant; præcepto enim Moſis omnes Majores natu per tribus atque doctores, congregati erant. *Deut.* 31. Joſua congregavit omnes tribus Iſraël in Sichem, ac vocavit majores natu ac principes ac judices ac Magiſtros, *Joſua.* 24. Idem præſtitit. David, 2. *Reg.* 6, & Salomon. 3. *Reg.* 8. *&* 1. *Paralip.* 15. ac Joas, 4. *Reg.* 12. Spiritus quoque Dei apertè oſtendit Regem Joſaphat, hujuſmodi concilium Hieroſolymis conſtituiſſe: In Jeruſalem quoque conſtituit Joſaphat Levitas & Sacerdotes & Principes familiarum ex Iſraël, ut judicium & cauſam Domini judicarent habitatoribus ejus, 2. *Paralip.* 19. *v.* 8. Concilio quoque

Hiero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Hieroſolymitano, penes quod ſummum populi Dei judicium erat, Reges & non Sacerdotes præerant, illudque pro arbitratu congregabant. Nam ſeptuaginta viris, qui electi ſunt, ut ſuſtentarent onus populi cum Moyſe, & qui concilium repræſentabant populi Dei, non Aaron ſed Moſes præerat, *Num. 11. verſ. 16. 17.* Et ſuper eos fuit, ut ſcribit, *Petr. Gal. lib. 4. d. arcan. Cathol. verit. c. 5. Geſner. d. concil. lib. 3. c. 15. Suthliv. lib. 1. d. Concil. c. 3. 8. & 10. Petr. à Mont. in tr. d. concil. in 3. q. n. 6. 7. &c.*

Nec dubium eſt, quin hæc conſuetudo & praxis Eccleſiæ priſcæ Chriſtianæ fuerit. Nam prima concilia quatuor generalia, ab ipſis Imperatoribus congregata erant, ſcilicet, *Nicænum*, indictum à Conſtantino Magno, & celebratum Anno Chriſti, 318. *Ruffin. lib. 1. cap. 1. Epiph. tom. 2. lib. 2. Socrat. lib. 1. cap. 6. Sozom. lib. 1. cap. 16. Niceph. lib. 8. Theodoret. lib.* 1. *cap. 7.* Conſtantinus Magnus, inquit Euſebius, Concilium generale tanquam Dei exercitum inſtruens, in unum locum coëgit, & Epiſcopos undique per litteras honorificè ſcriptas ut eò maturarent accivit. *lib. 3. d. vit. Conſtant. c. 6.* Ipſique Patres in Epiſt. ad Eccleſiam Alexandrinam, ſcribunt ſe conveniſſe τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγάγοντος, *Socrat. lib. 1. cap. 9. Conſtantinopolitanum*, à Theodoſio Magno Seniore, Anno 395. *Theodoret. lib, 5. c. 9. Niceph. lib. 12. cap. 10. Socrat. lib. 5. cap. 8, Sozom. lib. 7. c.*

7. Zo-

Zonar. in Theod. De quo ipſa Synodus The-
oſium: *συνέλθοντες εἰς τὴν Κονσταντινούπολιν*
κὰ τὸ γράμμα τῆς σῆς εὐσεβείας *Epheſinum*, à
Theodoſio juniore. Anno 414. *Evagr. lib.*
cap. 2. Niceph. lib. 14. cap. 34. Socrat. lib.
cap. 33. Zonar. in Theod. Iun. Chalcedonenſe,
Martiano, Anno 507. ſecundum alios 445.
agr. lib. 1. c. 3. Epiſt. Leon. 9. 24. 26. &c.
niell. Otto de Iur. pub. c. 24. th. 3. Anton.
Roſell. l. 1. c. 9. Arum. d. jur. pub. vol. 5.
221.

Quum etenim Conſtantinus Magnus Imp.
leſiam hæreſi Arianâ infectam, & diſſen-
nem de feſto Paſchatis ortam eſſe intellige-
, generale concilium convocat in quo
CCXVIII. Epiſcopi congregati erant, qui
nes antea litteris Imperatoriis, ut Nicæam
hiniæ urbem ſe conferrent vocati erant.
tquam verò ab omnibus ut temporis opor-
itas poſtulabat, factum erat ſilentium, Im-
ator ipſe orationem hortatoriam habere
pit, quâ illos ad conſenſionem animorum
oncordiam commoveret: inque ea conſi-
n dedit, ut quicquid offenſionis mentem
uſquam privatim contra alterum commo-
et prorſus deponeretur. Etenim cum plu-
eorum, alter alterum accuſaverant, mul-
que ſupplices libellos, pro ſe ſinguli pridie
s diei Imperatori obtulerant. Ipſe autem
d propoſitum negotium, quo de convo-
erant, ſe totos converterent ſedulò hor-
us eſt, & libellos illos comburi juſſit: Iſtam-
que

que ſolum adjecit ſententiam: Chriſtum præcepiſſe, ut qui veniam Impetrare contendat, fratri ipſe veniam det. De concordia demum & pace, ubi uberius diſſeruerat, deinceps de ipſius religionis articulis accuratius diſquirendi ſancto Epiſcoporum ſeu Theologorum judicio ac diſcurſui reliquit. *Euſeb. d. vit. Conſt. Mag. lib. 3. cap. 13. Socrat. hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. Theodoret. hiſt. Eccleſ. lib. 1. c. 7. & 11. Sozomen. hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 19. & 16.* Cumque multa ab utraque propoſita, magnaque controverſia, in ipſo diſputationis ingreſſu, concitata, Imperator toleranter ac placidè omnibus aures & animum accommodavit: ſtudio acri prolatas ſententias ſenſim excepit: omnes tandem ad concordiam revocavit, ita ut non modo concors fides inter eos vigeret, ſed & idem tempus feſti paſchatos celebrandi ab omnibus concederetur. Cum igitur his præceptis eos inſtruxiſſet, omnibus poteſtatem fecit ad ſua domicilia revertendi *Euſeb. d, vit. Conſt. Magn. lib. 3. cap. 20.*

At verò Imperator non ſolum Arium mulctavit exilio, verum etiam Epiſcopis omnibus & populis edictum miſit, ut tum, illum tum opinionis ejus fautores, impiorum numero ducerent, & ſi quis liber inveniretur ab illis ſcriptus, in ignem conjicerent, &c. *Sozom. lib. 1. hiſtor. Eccleſ. cap. 20. Theod. lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 20.*

Theodoſius Magnus Impp. quam primum Imperium obtinuit, ſummoperè animum in,

Eccle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Eccleſiæ res intendit, & ut Epiſcopi ſuæ ditionis Conſtantinopolim ire maturarent imperauit, Nam ſola ea Imperii pars Arianâ labe commaculata erat; Itaque ſine mora Demophilo, qui ſectæ Arianæ Epiſcopus fuit, conſilium ſuum aperit, quæritque ab eo an Concilio Nicæno fidem adhibere vellet, populum ad concordiam traducere, & pacem amplecti, quod cum firmiter negaſſet Demophilus, Imperator nullâ interpoſitâ morâ Concilium, cui CL. Epiſcopi intererant, convocavit, quo tum fides Concilii Nicæni coroboraretur, tum Conſtantinopoli novus deſignaretur Epiſcopus. *Socrat. d. lib. 4. cap. 8. Theodoſ. lib. 5. c. 8. & lib. 5. cap. 6.* Synodus verò rebus omnibus ritè conſtitutis, Imperatori ad hunc modum reſcribit: Ea quæ acta ſunt in ſancto Concilio ad tuam referimus pietatem, nempè ex quo tempore ex mandato tuæ pietatis Conſtantinopoli convenimus, primum quidem mutuam concordiam inter nos renovavimus, &c. *Et paulo infra.* Rogamus igitur tuam clementiam, ut per literas tuæ pietatis ratum eſſe jubeas, confirmeſque Concilii decretum: Et ſicut literis quibus nos convocaſti, Eccleſiam honore proſecutus es: ita etiam ſummam eorum, quæ decreta ſunt, concluſionem, ſententiâ atque ſigillo tuo corrobores. *Tom. 1. Concil. Conſtant. Concil. 1. ſeſſ. ult.* Atque hæ quidem ad hunc modum ſynodo placuerunt, quibus ſuum ſuffragium, Impera-

perator adjecit, legemque addidit, ut rata haberetur fides Concilii Nicæni, utq; Eccleſiæ ubivis gentium collectæ, illis committerentur, qui in ſubſtantiis trium Perſonarum, eâdem potentiâ eâdemque dignitate prædicarum, unam & eandem confiterentur divinitatem Patris & Filii & S. S. &c. *Sozom. hiſt. Eccleſ. lib. 7. c. 9. Soc. d. lib. c. 8. l. cunctos populos 1. in pr. & §. 1. Cod. d. ſumm. Trinit. & fid. Cath.*

Porò cum Neſtorius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, multa erronea docuiſſet, Mariam Deiparam negaſſet, multaque impia de Chriſto aſſeruiſſet, & ſæpiſſimè tam à Celeſtino Urbis Romæ Epiſcopo, quam aliis ſeriò admonitus fuiſſet ut dogmata illa erronea penitus ſeponeret, quorum admonitionibus cum parere nollet, Theodoſius Junior Concilium Epheſinum CC, Epiſcopis munitum indixit. Cũ verò Neſtorius à Cyrillo aliiſque Epiſcopis citatus, ante adventum Joannis Epiſcopi Antiochiæ, venire recuſaret, ejuſq; in filium Dei blaſphemiæ omnibus præſentibus magis magiſque innoteſcerent, Neſtorius Epiſcopatu ſuo privatus erat; adventante verò Joanne Antiochiæ Epiſcopo, una cum ſuis ſacerdotibus, mox Cyrillum & Memnonem, ſuis privavit officiis. *Socrat. hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 33. Evagr. hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 3. & lib. eod. cap. 5.* Jmperator verò de his rebus certior factus, Synodo in hæc verba ſcripſit: Quapropter Majeſtati noſtræ viſum eſt, ut hujuſmodi authoritas nullo pacto locum habeat, & quæ inordinatè ſunt

geſta

geſta, caſſentur: ac primum quæ de pietate ſunt dicta examinentur, & quæ communiter univerſæ videbuntur Synodo in poſterum retineantur. Neque enim pietas noſtra, præjudicia de induſtria facta feret: ſed ita quæ facta ſunt moleſtè tulit, ut donec ab univerſâ prorſus Synodo pietatis fuerint examinata dogmata, & ob eam cauſam quiſquam è noſtro palatio, una cum præclariſſimo comite Candidiano miſſus fuerit, qui, quæ geſta ſunt, ſecundum noſtram juſſionem cognoſcat, & quæ ſunt in convenientia prohibeat: neque abſcedat quiſpiam congregatorum Epiſcoporum ab Epheſiorum civitate, neque ad Majeſtatis noſtræ veniat exercitum, nec in patriam ſuam revertatur, ita ut iſta nemini, quâcunque ſpe ducto tranſgredi liceat. Sufficiant quidem iſtæ literæ ad denunciandum veſtræ pietati, ne quid aliud præter noſtram juſſionem, iis, quæ facta ſunt, adjiciatis, &c. *Tom.* 1. *Concil. Epiſt. Synodal. Concil. Epheſ.* Synodus verò his litteris acceptis, aliiſque reſcriptis, & cum actorum ſuorum commentariis ad Imp. miſſis ſic reſpondet: Dominatio quidem veſtra, ad confirmandam pietatem, ſanctæ Synodo diligentiorem dogmatum examinationem facere præcepit, quam & fecimus, veteri patrum, imo & ſanctorum Apoſtolorum, & Evangeliſtarum, & trecentorum decem & octo, qui Niceæ congregari erant, traditioni obtemperantes, quam & concorditer interpretati ſumus, & animo uno veſtræ

pietati

pietati, in commentariis actorum exhibuimus & in quibus Neſtorium diverſa ſentire deprehenſum depoſuimus, *& paulo infra*: Verum quoniam manifeſtè quæ geſta ſunt, Dominationi veſtræ ſignificare, ſicut diximus, prohibiti ſumus, magnificentiſſimo comite Candidiano, quæ in doctrina pietatis ſunt geſta, manifeſtare nos prohibente, omne verò ſtudium Neſtorio impendente, dominationem veſtram oramus, ut ſanctæ Synodi erga Deum ſtudium, cognoſcat & Magnificentiſſimum Candidianum & quinque Epiſcopos ex ſancta Synodo accerſſat, qui res geſtas coram ſancta veſtra pietate tueantur. *d. Tom. 1. Concil. Epiſt. Synod. Concil. Epheſ.* Et paulo infra, in alia epiſtola pro Cyrillo & Memnone reſtituendis: Ob hanc cauſam univerſi ad pietatis veſtrę dominationem confugimus, ſupplicantes, ut quæ contra Neſtorium, & illi conſentientes ſunt geſta, robur ſuum habeant, quæ verò ab illis, qui Neſtorium vindicant, & qui cum illo ſentiunt, contra Synodi noſtræ duces illegittimè facta ſunt, inefficacia & irrita maneant, ut neque convenienter, neque canonicè ſed contra eos, qui de nullo delicto ſunt convicti, ſola ulciſcendi libidine ab illis ſunt geſta, qui contra ſanctam Synodum cum Neſtorio ſentiunt. *Et paulo infra*: Supplicamus igitur veſtræ majeſtati, ut nos deinceps ab hâc tribulatione abſoluat, ac duces ſanctæ Synodi Deo dilectiſſimos Epiſcopos, Cyrillum Alexandrinum & Memnonem Epheſinum reſtitui jubeat. &c.

Evagr.

Evagr. hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. Atque ita Theodoſius literas admodum pias ad Cyrillum & Joannem Epiſcopos, dederat, illi inter ipſos in gratiam redeunt, ac abdicationem Neſtorii ratam faciunt. Ipſe vero Imperator hanc poſtea legem tulit: Præterea ſancimus, ut qui affectant impiam Neſtorii opinionem, vel nefariam ejus doctrinam ſectantur, ſi Epiſcopi aut clerici ſint, ab Eccleſiis ejiciantur, ſi laici anathemizentur, ſecundum ea quæ à noſtra jam divinitate ſunt conſtituta, licentiam habituris orthodoxis, cuicunq; voluerint, ſecundum noſtram legiſlationem, abſque metu & damno ipſos propalare & accuſare. Quoniam verò pervenit ad pias noſtras aures, quod quidam doctrinas quaſdam conſcripſerunt & ediderunt ambiguas, & non per omnia ac præciſè congruentes expoſitæ orthodoxæ fidei, à ſancta Synodo eorum ſanctorum Patrum, qui Niceæ & Epheſi convenerunt, & à Cyrillo piæ memoriæ, qui fuit magnæ Alexandriæ civitatis Epiſcopus, jubemus facta hujuſmodi ſcripta, ſive antea, ſive nunc, potiſſimum autem ea, quæ Neſtoris ſunt comburi, & perfectiſſimo interitui mancipari, ut in nullius cognitionem venire poſſint. &c. *l. decere. 3. §. praterea. 2. & 3. Cod. d. ſumm. trinit. & fid. cath.*

Cum verò Eutyches Conſtantinopolitanus Abbas, quem ſequebatur Dioſconus Epiſcopus Alexandrinus novos perverſis ſuis opinionibus in Eccleſia motus excitaſſet, perplurimi Epiſcopi, literis ad Imperatorem datis in-

ſtanter ſollicitarunt, ut novum convocaret concilium, quorum petitionibus annuebat Imperator Martianus, atque ita Concilium Calcedonenſe indixit, huic Synodo DCXXX. Epiſcopi inter fuerant, *Evagr. hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 2. & 3.* Quorum numero adjuncti erant Senatores primarii; *Evagr. dict. lib. 2. c. 4. &* 18. Poſt multa hinc inde diſputata & ſeſſiones quinque habitas, Imperator Martianus in ſexto conventu ipſe aderat, orationem etiam de concordia ad epiſcopos habuit; ejus quoque juſſu, deciſio fidei per Ætium Archidiaconum Conſtantinopolitanum lecta fuit: cui ſubſcripſêre ad unum omnes, ſciſcitatuſque eſt Imperator, an illa deciſio, facta eſſet ex omnium ſententiâ, quod omnes ſecundis acclamationibus confirmarunt. Atque ita Imperatoris hortatu canones ſanciti ſunt, juſque Metropolitanum Calcedoni tributum, à quo etiam mandatum, ut Epiſcopi ad triduum, aut quatriduum manerent, & quod cuique viſum eſſet, illud coram Principibus quiſque proponeret ad exquirendum, & ut, quæ eſſent conſentanea, conſtituerent. *Evagr. hiſt. Eccleſ. loc. cit.* Dimiſſo verò tandem conventu Imperator ſic ſtatuit: Nemo Clericus vel militaris vel alterius cujuslibet conditionis, de fide Chriſtianâ publicè turbis coadunatis & audientibus, tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionem requirens. Nam & injuriam facit judicio reverendiſſimæ ſynodi, ſi quis ſemel judicata
rectè

rectè diſpoſita, revolvere & publicè diſputare contenderit, cum ea quæ nunc de Chriſtianâ fide à ſacerdotibus, qui Chalcedone convenerunt, per noſtra præcepta ſtatuta ſunt, juxta Apoſtolicas expoſitiones, & inſtituta ſanctorum Patrum, trecentorum decem & octo in Nicæa, & centum quinquaginta, in hac regia urbe definita eſſe noſcantur Nam in contemptores legis pœna non deerit, &c. *l. nemo 4. Cod, d. ſumm. Trin. & fid. Cath.*

Atque hæc erant quatuor illa Concilia generalia, quibus, juxta Canoniſtas, tanta authoritas atque quatuor Euangeliis *c. canones § inter. Diſt. 15. c. ſicut ſancti. eod.* Imo tantum authoritatis ipſis tributum, atqui veteris vel novi teſtamenti ſcripturis. *c. ſancta Romana. d. Diſt. 15. l. reddentes. 9. §. ſuſcipimus. 3. Cod. d. ſumm. Trinit. & fid. Cath. l. quicunque. 3. in pr. Cod. d. hæret. & Manich.* Eorum tamen auctores extiterunt Imperatores, perinde ut & aliorum ſequentium, de quibus *Cuſan. lib. 3. d. Concord. Cathol. cap. 16.* ſciendum eſt, quod in univerſalibus octo conciliis, ſemper invenio Imperatores & Judices ſuos cum ſenatu primatum habuiſſe. *Theodorus Silentiarius Juſtiniani in 5. Syn. Conſt.* Semper ſtudium fuit orthodoxis & piis Imperatoribus pro tempore exortas hæreſes per congregationem religioſiſſimorum Archiepiſcoporum amputare, & rectâ fide ſincerè prædicata, in pace ſanctam Dei Eccleſiam cuſtodire, *Tom. 2. Concil. pag. 671.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Conſtantinopolitanum tertium Conſtatinus tertius indixit, idemque ejus acta rata eſſe juſſit; Et ipſe Epiſcopus Romanus in eo ſic loquitur: ſecundum Imperialem ſanctionem congregatum eſt. Et pro obædientiâ quam debuimus, *Tom. 3. Concil.* Ideoque Odoacris Regis præfectus prætorio Baſilius in Syn. III. Rom. expoſtulabat cum Symmacho: Miramur quicquam tentatũ eſſe prętermiſſis nobis, de rebus Eccleſiæ, cum etiam ſacerdote noſtro ſuperſtite, nihil ſine nobis debuiſſet aſſumi *cap. benè quidem. Diſt. 96.* Et Hieronymus, cum Ruffinus ipſi obieciſſet authoritatem cujuſdam Concilii, monſtra, *inquit*, mihi, quiſnam Imperatorum juſſerit celebrari id Concilium quod allegas. *In Apolog. contr. Ruffin. Molin. in conſ. d. non recip. concil. Trident.* Et *Socrates in præf. lib.* 5. ſcribit: τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα ita dependiſſe ab Imperatoribus, qui primi Chriſtianam fidem aſſumpſerint, ut maxima concilia, ſemper de earum ſententia fuerint congregata. *Arniz. cap. 6. d. pot. maj. in relig. n. 13.*

Synodum quæ Johannem Chryſoſtomum ſolio expulit, coactam fuiſſe Regio juſſu auctor eſt Sozomenus. Ab hac ſynodo cum ad concilium Oecumenicum Johannes appellaſſet, quæ erat unica mali accepti medela, ut ſcribit, *Innocent. Pap. ad Clerum Conſtantinop.* Multum & ab Innocentio & ab univerſa Romana Synodo eo nomine congregata, fuit laboratum, ut per Honorium Imp. occidentis, ab Arcadio qui in Oriente rerum potiebatur, ejus cogendæ

jus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

s ac veniam impetrarent. *Pallad. Epiſcop.*
elenopob. in Hiſtor. rer. Chryſoſt: Congregati
aliæ Epiſcopi Imperatorem orant, ut ſcribe-
t Arcadio fratri ſuo, ut juberet concilium fie-
, quo facilius poſſent una utreque partes ori-
itis ac occidentis concurrere. *Sozom. lib.* 8. In-
ocentius Romæ Epiſcopus revocari Johan-
em cupiens, ad Impp. Johannem & Arca-
um legatos miſit, *σιωόδον αἰτήσοντας ϗ καιρὸν*
ἑυτης, καὶ τόπον: qui ſynodum poſtularent e-
ſque tempus & locum. Exortâ deinde con-
ntione, de ſacerdotio Urbis Romæ inter
onifacium & Eulalium Antipapas, indicto
Honorio Imp. Concilio Bonifacius 1. eli-
tur. *Iſac. Caſ. Gen. tr. d. lib. Eccleſ.* Syno-
us Oecumenica V. ab ipſo Iuſtiniano convo-
ata erat. *Plat. d. vit. Pont. in Vigil. unic.* Ty-
um, mox inde Hieroſolymas tranſlatum,
onſtantinus Magnus fieri juſſit, *Socrat. lib.*
. *cap.* 34. Sardicenſe, Conſtans & Con-
antinus, *Hoſius in Epiſt. Athanaſ. ad ſolitar.*
it. agent. Sozom. lib. 2. *cap.* 16. Nec Ortho-
oxi Patres Arimini à Conſtantio congregati,
uſi eo invito recedere, ſupplices ad eum di-
gunt literas: jube ad Eccleſias nos redire
oſtras, ut omnipotenti Deo pro ſtatu po-
entiæ tuæ ſupplicare poſſimus, *Theodoret. lib.*
. *cap.* 20. *Sozom. lib.* 4. *c.* 17. Etiam Theo-
oricus Gothorum Rex, Arrianæ hæreſi de-
itus, Synodum tamen convocavit Ravennæ,
quo Symmachum confirmavit, Papam Lau-
entium abdicavit. *Paul. Aquil. lib.* 15. *Platin.*
Symach. 1. Synodus Aquilegienſis autho-

ritate Imp. Theodoſii & Valentiniani congregata eſt. *Epiſt. Synod. Aquileg.* Conſtantinus Pogonatus, Conſtantinopolitanam tertiam coëgit, *ut patet ex actis concil. Conſtantinop. III. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap.* 10. Ludovicus Pius Aquiſgrani, Ticini ſeu Papiæ, concilia cogebat, in iiſq; multas pręclaras ad religionem pertinentes leges promulgavit. *Concil. Aquisgran. in. 3. tom. Concil.* Illaque mandato glorioſiſſimi Principis, divino munere Imperatoris convocata, ſcribit, *ibid. loc. cit.* Poſtea quoque Concilia quatuor, Moguntiæ, Pariſiis, Lugduni, Tholoſæ, celebrari juſſit. *Concil. Pariſ. tom. 3.* Carolus Calvus Meldenſe & Sveſſionenſe: Lotharius, Valentinum: Ludovicus II. Vormatienſe. Otto Magnus, Romanum convocavit. *Regin. lib. 2. Plat. in Johann. XII.* Henricus III. cum Cardinales in grave ſchiſma trium Paparum conſenſiſſent, collecto exercitu ſe in Italiam tranſtulit, & captis tribus Papis, mox Romam Synodum generalem convocavit, & omnes tres relegavit ac ſubſtituit Clementem II. *Gregor. d. Heimb. in admonit. d. injuſt. uſurp. Papar. part. 2.* Carolus Magnus in Gallia, quinque Concilia provincialia & Romanum generale celebravit, ut ex *Ænea Sylv. refert. Reiking. d. dupl. reg. lib. 13. cl. 1. c. 4.* Synodus Spirenſis de religione & Eccleſiaſtico ordine, ex voluntate & mandato Cæſaris indicta erat. *Sleid. lib. 4. Hiſt. d. ſtat. Relig. & Reip.* Etiam hæc ita obtinuiſſe, manifeſtum eſt ex actis concilii Chalcedonenſis, &

, & præſertim verbis apud *Evagr. Hiſt. Ec-* *ſ. lib. 2. c. 18. Modò placuerit diviniſſimo & ...ctiſſimo noſtro Imperatori, &c.* Et quid mul-...? Antiochena, à Conſtantino juniore: ...ediolanenſis & Seleuciana, à Conſtantino: ...yrica, à Valentiniano: Carthaginenſis ...a, ab Honorio Vandalorum Rege: & ab ...is Imperatoribus, aliæ Synodus, congre-...atæ & coactæ, de quibus hiſtoricorum libri ...nt pleni. *Vid. Euſeb. Cuſan. Rufin. Aquil. ...eodor. Cyrenſ. Sozomen. & Socrat. Conſtan-...op. in Hiſt. Eccleſ.*

Hactenus itaque ea tantùm recenſuimus ...ncilia, paucis ſaltem exceptis, quæ Impera-...rum Romanorum auſpiciis fuerunt convo-...ta, ſub aliorum verò Principum imperiis, ...æ ratio fuerit ſervata, in Synodis indicen-..., quæve obtinuerit conſuetudo, ex hi-...riis ſatis clarum eſt. Enimverò Reges & ...incipes qui in locum Romanorum ſucceſſe-...nt, aliique, ſimul cum pietatis Chriſtianę, ſacris ...am jus illud protegendi Eccleſiam, & diſcipli-...m Eccleſiaſticam conſervandi ſuſceperunt, ...go etiam hi in ſuis regnis & imperiis, non ſe-...s ac Romani Imperatores, jus cogendi con-...ia, & robore auctoritatis ſuæ firmandi, me-...iſſimè ſibi vendicarunt. Nam Clodoveus ...ancorum Rex, paulo poſt quam Chriſto ...omen dediſſet, ejuſque doctrinam imitari ...epiſſet, Synodos indicendi, poſteris ſuis ...egibus & Principibus inſigne exemplum de-...t: Cum Synodus Aurelianenſis ejus juſſu & ...andato convocata eſſet, circa annum Do-

mini IↃVII. *Hincmar in vit.* [*B. Remig.* *c. 1. & 2. Concil. Aurel. Tom. 2. Concil. p.* *551.* Guntharamnus Rex, Lugdunenſem Synodum, in cauſa Salonii & Sagittarii convocavit. *Gregor. Turonenſ. lib. 5.* ibi: Quod cum Rex Guntharamnus comperiſſet, congregari Synodum apud urbem Lugdunenſem juſſit. *De Cabilonenſi idem mox*: Anno quarto Childeberti, qui fuit decimus octavus Gunthera-mni & Chilperici Regum, apud Cavillonum civitatem Synodus acta eſt ex juſſu Principis Guntheramni; ſed & Valentina Synodus congregata fuit juxta Imperium glorioſiſſimi Guntharamni Regis. *In proëm. Concil. Val. tom. 2. Concil. pag. 853. De Matiſconenſi idem lib. 8.* Interim dies placiti advenit: & Epiſcopi ex juſſu Regis apud Matiſconenſem urbem collecti ſunt, &c. Anno Regni ſui 12. *c. 1. Concil. Maticonenſ. I. tom. 2. concil. p. 840.* Nec non Matiſconenſ. II. anno regni ſui 20. in quo ſtatutum fuit: ut hortatu Metropolitani Lugdunenſis, una cum diſpoſitione, (ut canon 22. loquitur) Magnifici Principis, prius definientis locum Mediterraneum ad quem omnes Epiſcopi ſine labore congregentur, ſynodus convocetur *Tom. 2. Concil. pag.* 853. Concilium Auernenſe à Theodoberto Rege coactum erat. *Tom. 2. Concil. p. 557.* Pariſienſe II. à Childoberto Rege. *Proëm. Concil. 2. Pariſ. tom. 2. Concil. pag. 313.* Gentiliacum apud Pariſios ſub Carolomanno, Anno 766. ex *Act: concil Gentil.* Ita alii Reges alia

convocarunt concilia, hinc Ludovicus XII. mo-
us, Julio Pontif. ſcripſit: Non licere Pontifici
ine voluntate ac mandato Cæſaris & Regum
Concilia indicere. *Sleid. d. ſtat. Reip. & Relig. l. 9.*
Nec omittenda ſunt nobiliſſima exem-
pla quæ Hiſpaniarum ſuggerunt hiſtoriæ, in
ulerant in eas oras dirum Arii virus, Gothi,
cum tractus illos occuparunt), cum verò Rex
Reccaredus puriori doctrinæ eſſet ſacratus,
lle fidei confeſſionem & diſciplinam Eccleſia-
ticam in univerſo Regno ſuſcepit emendan-
dam, quo fine Toletanum III. coëgit Anno, 582.
eu ut alii 589. *Tom. 2. Conc. p. 859.* de quo *c. 1.*
Glorifiſſimus Princeps omnes regiminis ſui
Pontifices in unum convenire mandavit. *Item
pſe loquitur:* Non incognitum eſt, quod vos
ad noſtræ ſerenitatis præſentiam evocaverim.
Marian. Hiſt. d. reb. Hiſp. lib. 5. c. 15. Duo
quoque Braccarenſia, primum, authoritate
Ariamiri Regis convocatum, ſecundum, Leu-
vigildi; Tertium Wambæ mandato & juſſu
celebratum. Toletanum quartum, in cauſa
Toletani Epiſcopi, & Epiſcoporum pro-
vinciæ Carthagineſis, juſſu Regio Gunde-
mari habitum erat. *Joh. Marian. Hiſt. d. reb.
Hiſp. lib. 5. c. 15.* Rex Chintila quintum &
ſextum; Chindaſvintus, ſeptimum; octavum,
nonum & decimum, Reuenſuintus; Wamba,
undecimum; Ervigius, duodecimum; & re-
liqua ſubſequentia uſq; ad decimum octavum
reliqui ſubſequentes Reges coëgerant ſuoque
juſſu & mandato ſpeciali convocarunt, ut a-
pertè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

perte ſatis teſtatur, *Ioh. Marian. d. reb. Hiſp. Hiſt. lib. 6. cap. 6. 8. 9. & lib. 6. cap. 14. 17. Tom. 2. & 3. Concil. Cuſan. 3. d. concord. Cathol. cap. 8. 9. & 13.* Circa annum IↃCVI. Agathenſe Concilium coijt, cujus acta ſic ordiuntur: Quum in Dei nomine ex permiſſu Regis Alarici in Agathenſem civitatem ſancta Synodus conveniſſet.

Longiſſimum foret omnia Concilia enumerare ab ipſis Regibus & Principibus convocata, cum quilibet imperator, Rex vel Princeps in ſuo imperio, vel ſtatus regimine hâc eâdem authoritate ſemper ſit uſus. Nam Carolus Magnus, Arelatenſe IV. *tom. 3. Concil. pag. 679.* ſuo Regio mandato indixit. Et Turonenſe, III. ubi Patres ſcribunt: Quod à tanto Principe nobis injunctum fuit, ad ſtatuta loca venimus. *Tom. 3. Concil. pag. 682.* Moguntinum, ex quo Epiſcopi & Arhiepiſcopi ſcribunt, ad Imperatorem: Humilimi famuli ac miſſi veſtri venimus, ſecundum juſſionem veſtram in civitatem Moguntiam, *Præf. Concil. Mogunt. tom. 3. Concil. pag. 693.* Francofurdianum, Anno 794. *Aventin. lib. 5. Annal.* Saleburgenſe, ob litigium inter monachos & Sacerdotes de decimis opibuſque ſacris. *Avent. lib. 4. Annal.* Et Rhemenſe, quod dicitur convocatum, à Domino Carolo piisſimo Cæſare more priſcorum Imperatorum, *tom. 3. Concil. pag. 700.* Hoc idem non obſcurè approbat ejuſdem Caroli V. in Concilio Tridentino, ſine mandato Cæſaris ad nutum ſolum Pon-

ficis vel purpuratorum tranſlato per legatum
argam, habita graviſſima oratio, quam
fert, *Thuan. lib. 5. fol. 92.* Ubi inter reli-
ua ſic ſcribit: Videre omnes quorſum trans-
tio Concilii pertineat, nimirum ut cum Bo-
oniam in medio Italiæ poſitam, & Pontificiæ
tionis urbem, Patres migraverint, *ſine con-
nſu Cæſaris, cui Conciliorum univerſalium
ra permiſſa eſt*, aut Concilium omninò diſ-
lvatur, aut nequaquam eò venientibus Ger-
anis ad Pontificis & illorum, de quibus
ermani conqueruntur, arbitrium peragatur;
infra: Quæ ex eo detrimenta ſit acceptura
ſpublica, non Cæſari ſed ipſis tribuenda,
iorum in poteſtate minimè ſit, citra conſen-
m Cæſaris, Concilium aliò transferre.

Illum & reliqui Imperatores ſecuti ac Re-
es, veluti ex variorum regnorum Annalibus
ariſſimum eſt, ut nihil certius unquam ſit, ſi
des ſaltem hiſtoriis habenda, quam quod
oncilia convocandi poteſtas, apud Imperato-
s Reges & Principes fuerit, ut planè ſuperflu-
n eſſe videatur pluribus hanc materiam ex-
nplis illuſtrare ac teſtimoniis corroborare,
im ipſæ hiſtoriæ ſatis pro nobis loquantur.
*id. Radevv. lib. 8. Zabarell. d. Schiſmat. §.
uartò quæro. Witak. d. Concil. cap. 2. & 3.
il. in lib. d. primat. Pap. Luth. in lib. d. Con-
l. Calvin. 4. Inſtit. cap. 7. Carol. Molin. in
onſil. d. non recip. Concil. Trident. §. 6. Si-
and. Lubbert. lib. 1. d. Concil. à cap. 2. ad fi-
m lib. D. Andews Epiſc. Chicheſtr. in Conc. d.
convent.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

convent. cat. jur. Salom. Geſner. lib. 3. d. Concil. c. 12. 13. 19. §. cauſa. Chammier. d. Concil. Anton. d. Roſell. in Tr. d. Concil. Iſac. Caſaub. d. libert. Eccleſiaſt. cap. 3. Petr. à Mont. in Tract. d. concil. Cuſan. d. Concord. Cathol. cap. 16. lib. 2.

Hæc maximoperè de Conciliis generalioribus, intellecta volumus, cum etiam quilibet Epiſcopus intra ſuam dioecæſin, Synodos ob urgentem aliquam neceſſitatem convocare poſſit, *c. ſi Epiſcopus. c. ſi quis Epiſcopus. Diſt. 18. c. propter Eccleſiaſticas. c. pervenit. c. quoniam. Diſt. 28. c. ſicut olim. Extr. d. Accuſat.* quamvis hoc tacito Principis conſenſu fieri intelligatur, ejuſque præcepto, & mandato, *Novell. 123. cap. 10. & Novell. 137. in princ.* cum ad Reipub. ſalutem, maximè ſpectet, ut Rex ſciat, qui ſint Eccleſiam intra ejus provinciam & quomodo adminiſtraturi. *Covarruv. part. 2. relect. c. poſſeſſ. mal. fid. §. 10. n. 5. Iſid. lib. 3. ſent. d. ſumm. bon. cap. 53.* Et ne hominum frequentes congreſſus fierent ſine conſenſu Imperatoris. *l. 1. ff. d. Colleg. & corpor. l. conventicula. 15. Cod. d. Epiſcop & Cleric.* In quibus conventibus Eccleſiaſtici diſpicere debent, & ex verbo Dei examinare an doctrina ſit ſana & vita huic reſpondeat; An cultus divinus ſit ſincerus, an ſacramenta rectè admiſtrentur, & diſciplina Eccleſiaſtica vigeat ſcholæ ſint benè conſtitutæ, & deniquæ bona Eccleſiaſtica rectè adminiſtrentur, an falſi doctores & ſeductores ſe inge-

rant

nt, falſaque dogmata ſpargant, an diaco-
a pauperum rectè adminiſtretur & quilibet
domo Dei ſuum faciat officium. *Althuſ.*
ol. cap. 28. n. 43. Diximus has ſynodos
andato Principis etiam fieri, hoc ſatis probat
nperator Juſtinianus his verbis: Ut autem
nnis Eccleſiaſticus ſtatus & ſacræ regulæ
ligenter cuſtodiantur, Jubemus unum-
emque beatum Archiepiſcopum, & patri-
cham & metropolitanum, ſanctiſſimos E-
ſcopos ſub ſe conſtitutos, in eadem provin-
a ſemel aut ſecundò per ſingulos annos ad
convocare, & omnes cauſas ſubtiliter exa-
inare, quas Epiſcopi aut clerici aut Monachi
invicem habeant: eaſque diſponere, & ſu-
r hoc quicquid extra regulas à quâcunque
rſona delinquitur emendare. *Novell. 123.*
p. 10. & Novell. 131. cap. 1. Quamvis ad-
c ſpecialiores conventus ſcilicet Claſſici &
unaquaque paræcia haberi ſolent, de qui-
s ſingulis latè *Zepper. in lib. d. Polit. Eccleſ. &*
anciſc. jun. in lib. d. comm. Sanctor.

Et quamvis in Eccleſiaſticis illis comitiis, jus
oponendi & præſidendi ipſe Princeps habe-
, aut ille qui ex conſenſu ejuſdem à concilio
gitur, ſententiam tamen ſuam conforma-
oportet, ad normam S. ſcripturæ. *Eſa. c.*
v. 20. Joh. 5. v. 39. 2. Pet. 1. v. 19.
atth. 22. v. 42. Luc. 24. v. 26. Act. 15.
14. 15. & cap. 17. v. 2. 3. 11. & cap. 26.
22. & cap. 28. v. 23. Rom. 16. v. 25. 26.
rg. 1. Cor. 3. v. 11. Eph. 2. v. 20. 2. Tim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

3.v.15. Non plurimorum. *Exod. 23. v. 2. Deut. 5. v. 32. & cap. 6. Judic. 17. 1. Chron. 23. 24. 25.* ſenſum, ſed piorum, gravium ac cordatorum. *Actor. 15. v. 6. 22. & cap. 16. v. 4.* Ita David plurima ex Theologorum conſilio egit. *2. Sam. 7. v. 2. 2. Chron. 29. v. 25. &* Joas. *2. Reg. 12. v. 2. 10. &* Joſias *2. Chron. 34. v. 15. 20.* Conſtantinus quoque Imperator curam illam de religionis dogmatis accuratius diſquirendi, Epiſcoporum & Theologorum reliquorum arbitrio commiſit. *Euſeb. d. vit. Conſtant. lib. 3. cap. 4. 5. & 6. Socrat. Hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. Theodor. lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 7. & 11.* Reſcripſerunt quoque Honorius & Theodoſius Imperatores: ſi quid dubietatis emerſerit, id oportet non abſque ſcientiâ Antiſtitis Conſtantinopolitani, conventui ſacerdotali ſanctoque judicio reſervari. *l. omni innovatione. 6. Cod. d. Sacr. Eccleſ.*

Sed nec ſufficiebat Concilia convocare, verum etiam actis & decretis in iiſdem, vim & robur dare canoneſque ſynodales confirmare, & in decretorum illorum violatores adimadvertere, quæ hactenus ſemper & adhuc ipſius Majeſtatis politicæ officium requirebant, ac etiamnum propria manent. Nicenum enim Concilium Epiſtolis Conſtantini fuiſſe firmatum Sozomenus eſt auctor *Hiſtor. Eccleſ. lib. 1. cap. 27. l. nullus 2. in pr. & §. 1. & 2. Cod. d. ſumm. Trinit. & fid. Cathol.* Cujus Synodi duo præcipuè extiterunt decreta; Ordinatio diei Paſchalis, & Arii ac doctrinæ ejus con-

demna-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

demnatio. De priore ſcripſit ad Eccleſias univerſas, ſuisque literis præcepit Imperator Eccleſiæ Paſtoribus, ut ſtatutum Nicenorum Patrum, de celebratione Paſchatis notum omnibus facerent, & uſum ejus in Eccleſia inſtituerent. *Euſeb. d. vit. Conſtant. lib. 3. cap. 13. Socrat. Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 7. & 11. Sozom. hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 19.* De Ario verò, Imperator ad omnes Eccleſias miſit illud edictum, quo damnatio ejus continetur, & pœna capitis ſtatuitur in eos qui oblatos ſibi Arii libros non exuſſerint. *Sozom. hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 20. Theod. lib. 1. Hiſt. Eccleſ. c. 20.* Conſtantinopolitanum quod Theodoſius indixit, cum eſſet finitum, Concilii illius Patres, Imperatori ſcripſerunt, & poſt gravem ac ſubmiſſam gratiarum actionem, quam illi pro ſtudio ipſius erga veram pietatem agunt, ſubjecerunt hæc verba: Rogamus igitur tuam clementiam, ut per litteras tuæ pietatis, ratum eſſe jubeas, confirmeſque Concilii decretum: & ſicut litteris quibus nos convocaſti, Eccleſiam honore proſecutus es: Ita etiam ſummam eorum, quæ decreta ſunt, concluſionem, ſententiâ atque ſigillo tuo corrobores. *Tom. 1. Concil. Conſtantinop. Concil. 1. ſeſſ. ult.* Oecumenici tertii confirmatio regia, *in fin. actorum Conc. Epheſ.* habetur, cum Imperiali ſententia adverſus Neſtorium, & ejus ſcripta quæ flammis addicuntur pronunciata. Idem quoque reſcripſerunt Gratianus, Valentinianus & Theodoſius Impp. *l. decere. 3. §. quo-*

§. *quoniam 3. Cod. d. Summ. Trinit. & fid. Cathol.* Quarta ſynodus generalis, ab eodem qui eam coëgit, Marciano, eſt confirmata, ut ex ejus Epiſtola ad Palladium Præf. Præt. apertè liquet. *l. nemo. 4. Cod. d. ſumm. Trinit. & fid. Cathol.* Quinta univerſalis ſynodus ſuis ſententiis robur tribui petiit ab Imp. Juſtiniano: Et quidem pii patres Principem, eâdem formulâ compellant, quâ ſecundæ Oecumenicæ Epiſcopi Theodoſium; ut ex ejuſdem Conc. actis liquet. Et Reccaredus Concilii Toletani III. decreta confirmans, inquit: Noſtra authoritas id omnibus ad regnum noſtrum pertinentibus jubet, ut ſi quæ definita ſunt in hoc Concilio nulli contemnere liceat nullus prẹterire præſumat. *Tom. 2. Concil. pag. 867.* Clodoveus cum Concilium Aurelianenſe congregaſſet eique interfuiſſet, infine rogant eum Epiſcopi, ut regiâ ſuâ authoritete ſynodi acta confirmet. *Tom. 2. Concil. in concil. Aurel. 1. Anno 506.* Hinc factum quod *Evagr.* Leonis Concilii Chalcedonenſis approbationem, vocat deciſionem *d. fide. lib. 3. cap. 4. in pr. & cap. 5. in pr. Heracl. lib. 1.* Carolus Magnus, non tantum ſynodorum decreta confirmavit, ſed iis inſuper aliquid addidit, veluti *in Concil. d. Thionville: hoc de noſtro adicimus.* Et ut Concilii acta ſuâ authoritate confirmaret, iiſque robur adderet, vehementer inſtant & rogant, Arelatenſe VI. *Can. 26.* Caballonium, II. *in præf. & Can. 67.* Moguntiacum in *Præf. & fin. Tom. 3. conc.* Quam ob cauſam

ſcitè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

-ite & optimè reſpondebat, Demetrius Cho-
netanus: *in reſp. Orient:* Imperator ut com-
munis ἐπιστημονάρχης exiſtens & nominatus, ſy-
nodalibus præeſt ſententiis & robur tribuit,
Eccleſiaſticos ordines componit, & legem
dat vitæ politiæque eorum, qui altari ſerviunt.
Et rurſus ut uno verbo dicam, ſolo ſacrifican-
di miniſterio excepto, reliqua Pontificalia
privilegia Imperator repræſentat. Unde Juſti-
nianus Imperator dixit: Si civiles leges qua-
rum poteſtatem nobis Deus pro ſuâ, in ho-
mines benignitate credidit, firmas ab omni-
bus cuſtodiri ad obædientiæ ſecuritatem ſtu-
demus, quanto plus ſtudii adhibere debemus,
circa ſacrorum canonum & divinarum legum
cuſtodiam, quæ ſuper ſalute noſtrarum ani-
marum definitæ ſunt? *Novell. 137. in pr. No-
vell. 131. cap. 1.* Propterea Conciliorum
canones ſanctiſſimè ſervari jubet, *dict. Novell.
131. cap. 2.* Principis igitur eſt, ut ſecundum
canones in Conciliis definitos vivatur & fiat,
ſerio mandare ac præcipere, ideoque curabit,
ut Eccleſiaſtici & Politici ſibi mutuas operas
offerant & tradant, conſilia & auxilia com-
municent, & conjungant, uti fecit Moſes &
Aaron. *Exod. 12. v. 1. & ſeqq. Levit. 9. v.
1. & ſeqq. & cap. 11. v. 1, & cap. 13. v. 1.
& cap. 15. v. 1. Num. 2. v. 1. & cap. 4. c 19.
& cap. 20. v. 23. 2. Chron. 17. verſ. 7. 8. 9.*
Ita perplurimi Principes & Reges auxiliis ſuis
Eccleſiaſticos defenderunt. *vid. Joſ. 5. v. 2.
& cap. 6. v. 6. & c. 8. v. 30. 35. 2. Sam. 6.*

v. 10.

v. 10. 1. *Chron.* 23. *& ſeqq.* 1. Reg. 5. 6. 7. 8. 2. *Chron.* 25. *v.* 8. *cap.* 17. *v.* 24 *cap.* 34. *v.* 35. *Exod.* 5. *v.* 1. *Num.* 14. *v.* 15. *&* 27. *v.* 2. *&* 32. *v.* 2. Veluti David, 2. *Sam.* 7. *v.* 2. 2. *Chron.* 29 *v.* 25. Salomon, 2 *Chron.* 29. *v.* 15. 1. Reg. 8. *v.* 1. Joas, 2. *Chron.* 34. *v.* 15. 20. Zerubabel, *Eſd. cap.* 3. *v.* 2. Hiskias, 2. *Chron.* 29. Ita propterea diriget Princeps, ne Politici Eccleſiaſticos in ſuo officio impediant aut turbent. Neq;etiam murmuret Aaron & Mirjam contra Moſen: Neque Jeroboam extendat manum contra virum Dei; Salomon etiam ſacerdotem ſeditioſum ab officio deponat: Et Nathan Davidi dicat, Tu es vir ille: Et Azaria Uziæ, non licet tibi ſuffitum facere. *Zepper. d. lib.* 3. *cap.* 13. *d. Polit. Eccleſ. Althuſ. Pol. c.* 28. *n.* 46.

Cum vero ipſa Concilii decreta à Majeſtate Politica ſunt confirmata, ac robur & vires ipſis ejus authoritate additæ, rurſus penes eandem eſt, concilium dimittere & diſſolvere. 1. *Reg.* 8. *v.* 66 1. *Chron.* 16. *v.* 43. 2. *Chron.* 7. *v.* 10 Cujus enim erat concilium convocare ejuſdem quoque erit idem dimittere. vel aliò transferre. *Arg. l. ab emptione.* 28. *ff. d. pact. l. nihil tam.* 35. *ff. d. R.* ꝗ. Ita Conſtanſ Magnus, uterque Theodoſius, Martinus, Martianus, Juſtinianus, aliique Imperatores ac Reges ſemper in uſu habuerunt & diligenter obſervarunt, velut ex Hiſt. Eccleſiaſticæ ſcriptoribus, *Theodor. Euſeb. Sozomen: Evagr.* aliiſque notiſſimum eſt, quod quam primum

negotia

egotia illa, propter quæ Concilia coacta e-
nt, optatum finem ſunt ſortita, mox ipſi
atres ad ſuos Archiepiſcopatus & Epiſcopatus
dire juſſi ſunt.

Ex quibus omnibus clariſſimum eſt, jus il-
d convocandi & conſcribendi concilia, ad
mmam Majeſtatem Politicam, non verò
l monſtroſum illum curiæ Romanæ cerbe-
m Pontificem Max. pertinere; qui tamen
mnibus viribus allaborare conatur imo dili-
entiſſimè ac unicè, omnes in unicum id, in-
ndit nervos, ut tanquam iniquiſſimus tyran-
us, quò melius & liberius ſuæ dominandi li-
dini & inexhauſtæ ſuperbiæ ſatisfaciat,
rſus jus hoc è Regum ac Imperatorum mani-
us extorqueat, quod ut facilius obtineat jam
inis, jam blandimentis, modo fraude peſſi-
â, modò apertâ vi, aliquando excommunica-
one illegittimâ, interdum aliis, plus quam ini-
iſſimis mediis utitur, ut veriſſimè de ipſo
ici poſſit:

Coll' arte e l' inganno lui paſſa mezzo anno
Coll' inganno e coll' arte ſe vive l' altra parte.

Et ut verbo dicam, omnia plus quam Phaë-
ontęa planè audaciâ tentare, ſancire ac ſtatue-
audet, imo omnes ejus ordinis, conati ſunt, ut:

Triſtius haud illis monſtrum, nec ſævior ulla
Peſtis & ira Deum, Stygiis ſeſe extulit undis,
Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris
Ingluvies, uncaque manus, & pallida ſemper
Ora fame. *Virg. 3. Æneid.*

Quam-

Quamvis verò voto ipſius non adeo hactenus ſatisfactum fuerit, cum & Deus illos excitaverit, qui omnibus viribus ejus ſuperbam dominationem contundere auderent, ingentem ejus faſtum ac dominandi libidinem, ex hoc fonte maximoperè fluere, ſtabiliri ac ædificari videntes, ſcilicet cum ſe dicat ſupra Concilia eſſe, de illis diſponere proque ſuo beneplacito dirigere poſſe. Concilia quoque ab ipſis Pontificibus convocata, quamvis etiam ibi falſiſſima & iniquiſſima, vel pro Regum authoritate tollenda, vel Pontificum illimitato dominio ædificando, fuerint concluſa ac ſtatuta, errare non poſſe; ſed quid hoc aliud quam pallium omnis licentiæ ac nequitiæ quærere, & ex homine Deum facere ut aliàs voluit, *Zabarell. Conſ. 147. n. 1. ac plenè Conſ. 143. n. 1. v. calumniatur.* Oſtendemus tamen nos, ex ipſo Pontificum jure, eorum concilia, & erraſſe & impiiſſima ac abſurdiſſima ſtatuiſſe; cum prius ſaltem demonſtraverimus, mala illa & inconvenientia quæ Reſpub. ex dominatu Papæ in Eccleſiaſticis, ac Eccleſiaſticorum è Magiſtratus Politici poteſtate, exemptione, paſſa eſt ac patitur.

CAP.

CAP. IX.

De incommodis exemptionis Eccleſiaſticorum, & malis inde in Rebuſpub. ortis ac oriundis.

DIximus ſuperius, duas diſtinctas eſſe poteſtates, temporalem & ſpiritualem, quarum hæc in illis, quæ ad vitam æternam obtinendam ordinantur conſisſtit; Illa in iis quæ ipſius Reipub. ſalutem ſpectant. Quæ duo beneficia ut diſtinctiſſima à ſuperna clementia hominibus ſunt collata. *Novell.* 6. *in pr.* quorum tanta eſt diſtinctio ut unum non poſſit miſceri cum altero. *Sot. d. Juſt. & Jur. l.* 4. *q.* 4. *art.* 1. & ſi utrumque habere quis velit, perit utrumque, *Bernhard. lib.* 2. *conſid. ad Eugen.* Unus cum utrumque ſibi vendicavit, utrumque diſſipavit. *Henric. Imp. d. Hildebrand. ad Epiſc. Abbas Vrſperg. in Chronic. Matth. Flac. in cathol. teſt. verit.* Etenim ut duæ ſunt vitæ, carnalis & ſpiritualis. *c. niſi* §. 12. *Extr. d. renunc.* Duo genera militum, Eccleſiæ & ſeculi. *c. clericum Diſt.* 50. *c. de his Diſt.* 50. Duo Fora, Imperatoris & Papæ. *Fried. lib.* 1. *d. lib. Chriſt. Franciſc. Duaren. l.* 1. *d. ſacr. Eccleſ. miniſt. c.* 1. Una *ait*, poteſtas in corporibus, altera in ſpiritibus occupata eſt, quam phraſin deſumpſit ex *c. Valentinianus. Diſt.* 62. Ita duæ erint Juriſdictiones, *Gloſ. Abb. & Dd. ad c. novit, Extr. d.*

Iudic. c. Adrianus c. Valentinianus. Diſt. 63. c. cauſam. Extr. qui fil. ſunt. legit. c. quæſitum. 23. q. 4. &c. Ut pluribus *ſupra cap.* 1. demonſtratum. Quæ ſine maximo & Reipub & Eccleſiæ damno ac utriuſque certiſſimâ ruinâ confundi nunquam poſſunt. *Ambroſ. d. fug. ſecul. c. 2. c. cui portio. 12. q. 2.*

Utrumque tamen Pontifices poſt varias longaſq; concertationes, aſtutias ac calliditates ſibi vendicarunt, ac Reipub. ſubtraxerunt; ac ut Appius ad tribunum dicebat, *Peculiarem patriam, peculiarem Rempublicam* ſibi conſtituerunt, & ſeſe caput ſummum Eccleſiæ, imo Eccleſiaſticorum ſupremos dominos, etiam, in quibuſcunque negotiis ſalutarunt, imitatione ſervi illius nequam, qui cum videret dominum domus differre adventum, lautè cœpit vivere, cum domini diſpendio, conſervos verberare & injuriis afficere. *Matth. 24. verſ. 48. 49.* Quod tamen ſuo ſeculo improbat. *Bernhard. Epiſt. ad Eugen. lib. 4.* Conſideres, *inquit*, ante omnia, ſanctam Romanam Eccleſiam, Eccleſiarum matrem eſſe, non dominam, te verò non dominum Epiſcoporum, ſed unum ex ipſis.

Vel ſaltem imitati ſunt exemplum Phariſæorum, qui, cum tota gens Judæorum fidem ſuam Regi & Cæſari iurejurando obligaſſent, ſoli non juraverunt. *Ioſeph. lib. 17. Antiquit. c. 3.* ſcilicet cum ſeſe poteſtatis ſecularis ſubditos nō eſſe apertâ mente & manu fateri, ſuiſque libris pro-

promulgare non erubeſcunt: *Tholoſan. lib. 3. d. repub. cap. 7. n. 11.* fortè ex Imp. Martiano per *l. cum clericis. 25. Cod. d. Epiſc. & Cleric. Auth. ſtatuimus. Cod. eod. Auth. ut Cleric. ap. prop. Epiſc. conv. c. clerici. c. cum non ab homine. Extr. d. Iudic. Oldr. plenè Conſ. 83. Rol. à Valle conſ. 4. n. 7. & ſequent. lib. 1. Alex. conſ. 8. in pr. lib. 1. & Conſ. 149. in cauſa. n. 11. verſ. nec etiam profuiſſet. lib. 6.* Quia Clericus non poteſt tacitè vel expreſſè ſe ſubjicere juriſdictioni laicorum. *c. cum ſit generale. c. ſi diligenti. Extr. d. for. compet. Auth. ſtatuimus. Cod. d. Epiſc. & Cleric. Barth. Conſil. 225. in verb. Clericus. in fin. lib. 1. Zabar. Conſil. 59. ad primum. in fin. Cravett. Conſil. 2. in pr. Gramm. deciſ. 29. in pr. & pertotam Clar. q. 36. in §. fin. n. 21. verb. regulariter. in fin. Bertaz. Conſil. crimin. 78. per tot. &c. Plur. vid. ap. Dominic. Cardin. Tuſch. Pract. Concluſ. 384. 385. per tot.* quæ quomodo huc faciant infra videbimus.

Quâ quidem plenariâ exemptione nihil reipuſpub. concipi vel excogitari poteſt pernicioſius, nihil iniquius, nihil etiam penitus, quod certius detrimentum ac tandem plenam ruinam illis adferet. Quod namque majus periculum, quam tales in repub. habere, contra quos ne tuſſire quis audet, imo nec os ſaltem aperire, etſi ſummâ ab iiſdem afficitur injuriâ, niſi maximo vitæ & bonorum ſuorum periculo? quive etiam quælibet tentare audent, cum illis ſit regula, *quicquid*

libet licet; Unde non mirum quod animus peccandi & quamcunque injuriam aliis inferendi ipſis addatur ac indies augeatur, cum ſpem impunitatis ſibi propoſitam ſciant, *Nov. 17. c. 5.* Vel ſi pœna quæpiam pro flagitio commiſſo illis ſubeunda, unius diei jejunio peracta erit, *Ciceſtr. in tort. Tort.* tale autem jejunium eſt, quale quilibet pauper ſibi quotidiè ad vitæ uſque finem exoptaret. *Ciceſtr. loc. cit.* Unde non mirum quod in ſumma Reipub. requie ac pace, ad nutum ſaltem alterius, rempublicam turbare, novos motus excitare, pacem ac omnem tranquillitatem evertere ſtudent; Ita Juo Carnotenſis, negabat ſe obedire poſſe Philippo Regi excommunicato, propter Apoſtolicæ ſedis juſſionem, cui, *inquit*, vice Chriſti me oportet parere, unde poſtea arma contra Regem mota. *Epiſt. 105. Belleforreſt. lib. 3. cap. 25.* Sed nec res admiratione digna quod Pontif. Rom. tantum colant ac venerentur, cum ſeſe illi ſoli in omnibus ſubjectos eſſe, & ad omnia addictos, ſibi perſvadeant, imo quicquid promotionis & gratiæ ſibi optant, ab illo expectant, qui nec in illis promovendis tardus eſt, quamvis ex propriis nihil largiatur, cum ſingulorum dominium & proprietatem invertere poſſit, *Georg. Sigiſm. ad Imp. Ferdinand.* Contra Dei etiam naturæ & gentium jus, in aliorum imperia, involat, inter alios diſtribuit, & cui vult concedit. *Georg. Frid. in orat. contr. Hiſpan. pag. 335.* Nec alicui de tali ejus diſpoſitione ac judicio diſputare licet

vel

vel ejus ſententiam retractare vel ſaltem dicere Papa cur id facis? *c. nullus. c. nemini. 17. q. 4. c. nulla.* Diſt. *54. c. ſi Papa. Diſt. 40.* Ita in Indos poteſtatem ſibi vendicavit & alii conceſſit. *Georg. Frid. loc. cit.* Et Alexander VI. Hiſpaniarum Regibus novum orbem conceſſit, *Benz. id Hiſt. nov. orb. lib. 3. cap. 3.* Et hanc ob cauſam Imperator Turcarum Pontificem Romanum vocare ſolet. *Regem Morionum*, propterea quod Cardinalibus nudos titulos Epiſcopatuum, in terris minimè poteſtati ſuæ ſubjectis donet. *Joh. Gerhard. loc. d. Eccleſ. fol. 1293.* Unde Attabaliba Rex, Papam inſigniter fatuum ac impudentem eſſe oportere dixit, quod aliena is tam liberaliter largiretur. *Benz. dict. lib. 3. cap. 3. Arum. d. jur. pub. vol. 4.*

Cum videant igitur Clerici, omnia ſua ex benignitate ac gratia Rom. Pontificis dependere, Majeſtatem politicam contemnunt, (quamvis revera ex hujus liberalitate ac favorabili diſpoſitione in republica vivant) ac contra eandem ac Rempublicam ipſam, pro ſalute ſeu potius authoritate ac dominatu ſui Pontificis defendendo arma ſumunt, ac ſe ſuaque in certiſſimum ſocietatis civilis detrimentum & ruinam, pro ejus defenſione proſtituunt. Timebat olim populus Romanus, ne ſi ad pileum conclamare ſervi cœpiſſent, Reſpub. tot haberet hoſtes, quot domi quiſque aleret ſervos. *Liv. lib. 2. dec. 1. Macrob. lib. 1. Saturn.* Quis dubitat modo Papa præcinat

claſſicum, quin tot quæque reſpublica expertura ſit exercitus contra ſe, quot aluit cœnobia Monachorum, quot conventus ſacerdotum, ac confraternitatum, quot capitula Canonicorum, & aliorum hominum otioſorum illis addictorum catervas. Templarios non videntur alia de cauſa Principes olim ſuſtuliſſe, niſi quod eorum potentiam ſuſpectam haberent. Atqui omnium illorum qui in devotionem ac ſubjectionem Papæ jurarunt, multò major eſt potentia, quorumque omnium talis eſt animus, ut iſtius authoritatem propriâ morte tueri ac confirmare velint. *Arniz. tr. d. ſubject. & exempt. cler.* Et hoc omnino præſtare cogantur, ſcilicet ut ſuo juramento ab unoquoque ante promotionem ad aliquod Eccleſiaſticum officium præſtito ſatisfaciant. Formula vero juramenti ante confirmationem, Romanis Pontificibus, ab Epiſcopis, Prælatis, &c. poſt extortum è manibus Imperatorum inveſtituræ jus, præſtandi, talis eſt:

Ego N. N. Abbas monaſterii N. N. vel Canonicus Eccleſiæ N. &c. ex hoc tempore obediens ac ſubjectus ero, S. Petro, & S. Romanæ Eccleſiæ & ſanctiſſimo noſtro Domino Papæ N. N. & legitimè, electo ſuo ſucceſſori, non conſentiam ullo modo, ut ſua vita vel membris quibuſdam priventur in carceres conjiciantur, aut ignominiâ, ſeu contumeliâ aliquâ afficiantur. Conſilia eorum quæ mihi pandunt vel per ſeipſos, vel per ſuos legatos, vel per literas nulli nota faciam. Pontificatum ſummum & ſanctitatem pontificiæ ſedis

ſedis, quoad potero promovebo, contra totum mundum, meo tantum ordine excepto. Pontificis Legatos ad me venientes, vel à me diſcedentes honorificè excipiam & tractabo, ac pro meis viribus promovebo. Iura, privilegia. libertatem & poteſtatem Romanæ Eccleſiæ defendam ac augebo. Nulliſconſiliis interero, quæ contra Romanam ſedem habentur, ſed ea Pontifici quam primum potero, ſignificabo, Regulas, leges, ac ſtatuta Patrum, præſertim verò Pontificum ſummorum mandata, fideliter ſervabo, aliiſque ut idem faciant authorero. Hæreticos, apoſtatas, ſchiſmaticos, & ſanctiſſimi noſtri Patris Papæ adverſarios, pro poſſe oppugnabo. Si ad ſynodum vocatus fuero, veniam. Limina Apoſtolorum quotannis, & quæ ſunt ultra alpes (S. Iacobi) biennio, quæ verò tranſmare ſunt triennio, vel per meipſum vel per Legatos meos viſitabo, niſi ab hoc à Sanctiſſimo Papa abſolvar. Territorium, vicos, oppida, prædia, Monaſterii, conventus, Eccleſiæ, vel ſocietatis meæ non vendam, nec cuiquam donabo, aut oppignorabo ſine licentiâ & voluntate ſedis Romanæ. Inſtituta, leges ritus, & conſvetudines Ordinis NN. &c. firmiter ſervabo. Ita me Deus adjuvet, & ſancta hæc Evangelia.

Juramentum hoc ex *Stumpf. lib. 5. cap. 7. & Hoſpin. d. Orig. Monach. lib. 5. cap. 15.* addidi, ut unicuique videre integrum eſſet, quantum Pontifices Romani, Clericos omnis ordinis, omnibus vinculis ſibi ſuæque ſedi devinctos ac conſtrictos reddiderint, ad ſuam ſaltem tyrannidem corroborandam, & po-

liticam penitus deprimendam, ex quo fundamento aliud nil ſequi poteſt, quam contemptus Regiæ authoritatis & capitis Politici corporis, cum hujus demum ruinâ. In Svecia tempore reformationis ipſius religionis ſub Rege Guſtavô I. Archiepiſcopus Ubſalienſis aliique Epiſcopi, tot bella contra Regem moverunt, ut de ſalute Reipub. fermè nulla amplius reſtaret ſpes; ipſique libentius exilium, quævis pericula, famem, mortem, cruciatus, pati ac ſubire maluerunt, quam ad minimum à tali juramento penitus illicito, ac obedientia vulturi Romano prę ſtanda, recedere. Nec mitius ſeculum vidit Dania, ætate illâ, quâ tenebræ papiſticæ inde ejicerentur. Fiſcherus Epiſcopus Roffenſis, Thomas Morus, & non ita pridem alius magni nominis & famæ Epiſcopus Anglicanus, ac infiniti alii libentius mori optarunt, quam digitum cedere Regi Angliæ de primatu in Eccleſia. *Baleus centur. 8. cap. 68. 69. d. Scriptor. Britan.* Nec eo tempore de religione quæſtio agitabatur ſed ſolum de jure Regio quod Rex contra Papæ Imperium ſibi vendicabat. *Ciceſtr. in tortur. Tort.*

Sed & cum Leoni Iſaurio, jam ſacris interdixerant, Gregorii II. & III. fulmina, Clericorum cohors magis ipſi reſiſtebat & inſequuta eſt, quam alius aliquis *Paul. Aquil. lib. 21. hiſtor. Sigeb. in Chron.* Cum Henricus III. à Gregorio VII. eſſet excommunicatus, ita virus & audaciam Clericorum ſentire coactus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tus erat, ut duriora ſe nunquam pati poſſe af-
irmaret. *Avent. lib. 5. Annal. Bojor. Sigon. lib 9. Hiſt. Ital.* Nec quiſpiam gravius & virulentius
cripſit in Henricum IV. quam Epiſcopi Ger-
nani & Clericorum juratus ordo. *Steph. Epi-
cop. Halberſt. in append. ad Chronic. Marian.
cot.* Quorum tanta erat pervicacia, ut ſe mo
i malle dicerent, quam Henricum contueri
ivum, *Avent. lib. 5. Annal. Bojor.* Cum Lu-
lovicus Bavarus à Clemente VI. eſſet ex
ommunicatus, ipſi nemo plus nocuit quam
piſcopus Trevirenſis, cui antea plus quam vi-
o pectori confiſus erat. *Cario. lib. 4. Chron.
n Ludov.*

Evolvantur diligentius omnis ævi hiſtoriæ,
c praxis Clericornm Eccleſiæ Catholicæ, non
lium ex eorundem exemptione fructum inve-
ire licet, quam perpetuas in Republica turbas,
ivilis Magiſtratus contemptum & Pontificiæ
yrannidis ac ſuperbiæ augmentum. Si verò
iderint ſe viribus ſuis propriis tantum in re-
ub. præſtare non poſſe, ut populum, ad
egitimi ſui Principis è ſolio ejectionem, &
ontra eundem rebellionem flectant, omnia
ub religionis prætextu peragunt; quippe cum
lebs vanâ religione capta, melius vatibus
quam ducibus ſuis pareat, *Curt. lib. 4. hiſt.*
Quia formidinem animis incutit. *Lipſ. in lib.
ontr. Dialog. in not. cap. 2. & Vbert. Foliet. in
Tract. d. magn. Imp. Turc.* Imo eò magis re-
igio animos moveat, cum etiam ſuperſtitio
ejus ſit efficaciæ, *Liv. lib. 27.* Quæ leves ho-

hominum animos formidine nominis territat. *l. ſi quis aliquid 30. ff. d. Pœn. Paul. 5. ſentent. 20. §. 1.* Nam vulgus imperitum vanis fraudibus jactat atque capit. *Ludov. Imp. in edict. ap. Aventin. Annal. Bojor.* Porrò nullus hoſtis, nulla arma, nullus labor corporis, tam efficax in Repub. eſt, quam religio. *l. in qualibet. 16. Cod. Theodoſ. d. Epiſcop. & cler.* Nihil enim majus religione, nihil ſublimius fide. *Ambroſ. ad Valent. Imp. lib. 1. cap.* 1. Quæ ad magnas aliquando utilitates in civitatibus retinetur. *Cic. d. Divinat.* Propterea Numa religionibus & jure divino populum devinxit, effecitque, ut fides & jusjurandum civitatem melius quam legum pœnarumque metus regeret. *Tacit. lib. 3 Annal. Liv. lib. 1. Dion. Halicarn. lib.* 2. Romulus igitur auſpiciis, Numa conſtitutis ſacris, fundamenta jecerunt Romanæ civitati. *Cic. lib. 2. d. Nat. Deor.* Primum igitur militiæ fundamentum & vinculum, eſt religio, & ſignorum amor & deſerendi nefas. *Senec. Epiſt. 96* Cujus cum tantam intelligant vim eſſe, eâ tanquam operculo & verè azylo omnis ſuæ nequitiæ, fraudis, & audaciæ utuntur, quò tutius omnia ſcelera, perpetrent, liberius in Repub. graſſentur ac facilius Principem ſibi ab ipſo Deo ac naturâ datum è ſolio ſuo dejiciant.

Hi ſcilicet ſunt ingentes illi reditus & proventus, quos Reſpub. ex perditiſſimo illo conjurato ordine ſeſe haurire ſentit, cujus tantus eſt numerus, ut eandem non ſolum oneret,

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſed fermè deprimat, & ut cum Agrippa loquar, inde exiliunt tot Stoicæ ſimiæ, tot inſolentiſſima poſcinummia, tot palliata mendicabula, tot cucullata monſtra, Barbigeri, Funigeri, Reſtiferi, Sarcogeruli, Loripedes, Signipedes, Nudipedes, Atrati, Nigritæ, Griſones, Albichlamides, Verſicolores, Multipelles, Linoſtolii, Retiarii, Palliati, Chlamidati, Pullati, Paludati, Præcincti, Brachati, ac id genus aliorum turba hiſtrionum; qui cum de rebus humanis nullam fidem habeant reliquam, ob monſtruoſæ veſtis habitum creduntur illis divina, hodièque ſacrum religionis nomen, ſibi ſoli uſurpant, ac ſe Chriſti ſodales, Apoſtolorumque contubernales jactant: quorum vita plerumque ſceleſtiſſima eſt, avaritiâ, libidine, gulâ, ambitione, temeritate, petulantiâ & omni ſcelere referta, ſed religionis prætextu ſemper inulta. Romani enim illius Apollinis privilegiis, muniti ſunt, & à Juriſdictione ſeculari exempti, quò plura illis impunè liceat. Illi nempè ſunt beatiſſimi illius Patris emiſſarii, ad omnem nequitiam & tyrannidem perpetrandam enutriti & facti, egregii ſcilicet illi ſubornati milites ad Reſpub. evertendas & perdendas, Principumq; poteſtates ac jura delenda ac conculcanda enutriti, illis quippe in Principes quantum volupe videtur ſævire & debacchari integrum eſt, cum crimen Majeſtatis committere non poſſint, quam communem, opinionem eſſe teſtatur, *Card. Alexand. in c.*

inprimis. §. *d. perſon. Coll.* 5. *verſ. non obeſt. opin.* 2. *q.* 3. *Gomeſ. in* §. *rurſus. n.* 24. *Inſt. d. Act.* Nec poteſt crimen illud obtinere in Clerico. *And. Barb. Conſil.* 24. *vol.* 3. *d. quo per Bart. Socin. Conſil.* 12. *q.* 3. & 4. *vol.* 1. *Abb. Sicul. in cap. at ſi clerici. in pr. d. Iudic.* Contrarium tamen, à Principibus ſemper obſervatum fuiſſe, & adhuc obſervari multorum qui aliquid in Majeſtatem commiſerant exempla miſerrima teſtantur; Nam Archiepiſcopus, ob ſeditionem publicè excitatam, & hoc facto majeſtatem violatam, Florentiæ ſuſpenſus erat, ut teſtatur, *Hieron. d. tortis in Conſil. ad Florent. edit. Anton. d. Butrio Conſil. ult. Clar. lib.* 5. *recept. ſentent.* §. *læſ. Maj. n.* 7. *Bald. Conſil.* 4. *incip. quidam plebanus. Stephan. Buyn. in l. quiſquis.* 5. *Cod. ad. L. Iul. Maj. in Notab.* 1. *verſ. declaratur.* 5. *Cæpoll. Conſil.* 17. *coll.* 3. Gregorius etiam Pagnocii Epiſcopus Florentinus, ob tumultus publicos quorum præſes erat, ad mortem condemnatus eſt, & bona ejus publicata. *Angel. Conſil.* 537. *Odofred. in l.* 2. *Cod. d. ſeditioſ.* & *Angel. in tract. malef. in Gloſſ. Ch'hai tradito la patria tua. quæſt.* 1. Idem Peruſiæ & Bononiæ factum eſſe, teſtantur, *Brixienſ. in repert. in verb. Majeſtas.* & *Petr. d. Anch. in* 4. *not. d. pœn. in* 6.

In Anglia ante quadriennium Archiepiſcopus Cantuaricenſis hoc ipſum quoque experiri coactus eſt. Ante ipſum quoque Thomas Morus, Fiſcherus & infiniti alii, pars ad ferrum pars ad ignem detruſi. Dux Speronenſis, Archi-

epiſ-

epiſcopus Burdegalenſis, quod ante Sexennium, proditionis, claſſis cujuſdam navalis, Regis Galliæ reus diceretur, ni ſe fugâ in Angliam ſalvaſſet, in idem periculum, procul dubio, incidiſſet. Similia exempla plura ubivis occurrunt, quæ omnia hic accumulare nolo, partim etiam hanc ob cauſam, quod quædam illorum ſint odioſa.

Et nemo à ſanâ mente tam alienus eſt, æquâ lance, omnibus benè conſideratis, qui fateri non cogitur, æquè Clericos crimen Læſæ Majeſtatis, commiſiſſe ac committere poſſe ac Laicos, quicquid tandem boni illi Canoniſtæ ac pro contrariâ parte ſuperius citati authores loquantur ac ſcribant, quibus ex parte etiam ignoſcendum erit, quoniam cum Bartolo in proemio Digeſtorum loqui coguntur: *Nos ſumus in terris Eccleſiæ, propterea ſic ſtatuere oportet.* Et ne quis dubitet, etiam Clericos in crimen illud incurrere poſſe, quid ſit, definiendum erit; propriè enim hoc eſt, quod contra Regem, vel Principem, vel adverſus populum, vel alicujus illorum ſecuritatem, committitur. l. *1.* §. *1.* *l. 2. &* *l. ult. ff. ad L. Jul. Maj. l. quiſquis. 5. Cod. eod.* committitur quoque ab eo, qui cives ad defectionem ſollicitat. *Salicet. in l. fallaciter. cod. d. abolit.* quem ſecutus eſt, *Anton. Capic. deciſ. 130. n. 4. Jacob. Menoch. Conſil. 29. n. 85.* Idem committit qui hoſtibus nuntium litteraſve miſerit, ſignumve dederit feceritve dolo malo, quo hoſtes conſilio juventur adverſus

Rem:

Rempub. quive milites ſollicitaverit, conci-
taveritque quò ſeditio tumultuſve adverſus
Rempub. ſit *d. l. 1. §. 1. per tot. ff. ad L. Jul.*
Majeſt. Cujusve dolo malo jurejurando quis
adactus eſt, quo adverſus Rempub. faciat.
&c. *l. cujuſque. 4. ff. eod.* Committitur eiam cum
res & jura Majeſtatis vel occupantur, vel vio-
lantur &c. *Boër. in tr. d. Cuſt. clav. n. 15. Gigas*
d. Crim. Læſ. Maj. lib. 1. q. 47. Cravett. Conſ. 319.
col. 1. v. hoc ita præſuppoſito. Afflict. c. 1. §. & bona
committentium. n. 78. Jac. Menoch. d. Conſ. 99.
n. 32. Nullus autem dubitat, quin clerici
multa contra ſuos principes in favorem ſui
Pontificis, & juramenti præſtiti ſatisfactio-
nem tentent, Majeſtatis jura violent, Rem-
pub. ejuſque ſecuritatem turbent, publicos tu-
multus & ſeditiones excitent, ac populum ad
defectionem ſollicitent, ut ex ſuperioribus
manifeſtum eſt, & pluribus infra probabimus,
ergo nec negandum clericos crimen Læſæ
Majeſtatis committere poſſe. *dd. ll. 1. 2. &*
ult. ff. ad L. Jul. Maj. d. l. quisquis. 5. in pr.
Cod. eod. Ubi igitur eadem ratio, ibi idem
jus. *l. non poſſunt. 13. ff. d. ll.* quare non mi-
rum erit quod & ipſi gladio feriantur, & bo-
na eorum fiſco addicentur, ſeu, quod eâdem
ac alii afficiantut pœnâ, *d. l. quiſquis. 5. in*
fin. pr. Cod. ad. L. Jul. Maj. l. 3. ff. eod. §. 3.
Inſtit. d. pub. Iud. Clar. 5. ſentent. verſ. ſed qua-
ro. Quod ſi non fieret, ſed ab omni ſeculari
Juriſdictione, penitus eximerentur & exem-
pti eſſent, ab illorum factionibus, ſeditioni-
bus

is,tumultibus ac bellis inteſtinis, ab ipſis quo-
es Pontifici placeret excitandis, nunquam tu-
s maneret Princeps. Nec aliud quam onero-
& maximè noxia Reipub. pondera eſſent, ſi
agiſtratus politicus non æquè in atrociora il-
rum ſcelera, animadverteret,& terribilẽ ſeſe
elinquentibus præberet. *Novell. 17. cap. 5.*
pr. Novell. 8. cap. 12. l. Obſervandum. 19. ff.
. off. Præſid. Non enim oportet nocentibus
ermittere privilegiis aliquibus uti. *d. Novell.*
. cap. 12. in pr. Nec etiam diſtinguendum
uales vel unde ſint. *l. Præſes. 3. ff. d. offic. Præſ.*
Sed ne diutius his inhæreamus, ad alia in-
ommoda ac damna demonſtranda quæ Reſ-
ub. ex Clericorum illa exemptione patitur nos
onferemus; non ſolum enim inde fluxa, in-
tabilis, ac in perpetuo motu eſt, verum ea-
em exemptio etiam cauſa eſt, quod ipſius
Principis, Reipub. ac ſubditorum bona dimi-
uantur, nervus ipſius belli, aliarumque re-
um gerendarum extenuetur, ipſumque au-
um, argentum, aliaque pretioſiora, Romam
anquam ferrum magnete trahantur. Nulla ta-
men major iniquitas quam florem bonorum
Reipub. iis depaſcendum dari, qui non tan-
um onera non ferant, nec Rempub. juvant
ex iis bonis, unde ſuam ſalutem ſperare ha-
bet, ſed ne eam agnoſcant quidem benefa-
ctricem, à quâ omnia ſua prius emendicarunt
& quæ tenetur ne mortis quidem diſcrimen ef-
fugere ut ipſi tuti ſint. Quæ illam tamen exin-
de reportat gratiam, ut ipſi omnia ejus bona
vel

vel ventri ſuo offerant, vel aliter dilapidátum eant, vel tandem Romam ſuo ſanctiſſimo Patri Cardinalibus, Prælatis, Magiſtris Plumbi, Secretariis Apoſtolicæ cameræ, aliiſque, pro novis officiis adipiſcendis, vel indulgentiis conſequendis, vel aliis quibuſcunque gratiis inde acquirendis tranſmittant. Nam ipſius Pontificis culina & ærarium, ex opimis illis proventibus, qui ex redemptione pallii, annatis, vacantiis, gratiis expectativis, indulgentiis & mille aliis conflandæ pecuniæ ſtrophis, maximoperè florent, augentur ac accreſcunt. Camera enim Apoſtolica, *ait Theodor. Nihemius tract. 6. cap. 37.* aſſimilatur mari, in quod intrant omnia flumina & non exundat. Sic in iſtam portantur, ex diverſis mundi partibus auripondo millia; attamen non impletur, in qua eſt generatio, quæ pro dentibus gladios commutat, ut commedat inopes de terra & pauperes ex hominibus, in qua ſunt multæ ſangviſugæ dicentes: Affer, Affer, Affer, *quæ gentes Cameræ*, nuncupantur. *Cynus Piſtor. in l. eos. §. ne temerè. Cod. d. appellat.* Curia Papæ, *inquit*, ſummoperè vellet, quod totus mundus in eam influeret: tanta eſt in ea auri & argenti ſacra fames. Computat etiam *Boterus 2. part. Coſm. cap. ult.* & *Blondus lib. 3. Rom. Inſtaur.* docet, majora vel certè paria priſcorum temporum vectigalibus, Europam pœnè omnem tributa Romam mittere, dum ſingulæ civitates à Romano Ponti-

fice-

fice beneficia ſacerdotalia accipiunt. Auditum eſt ſcribit *Duarenus, lib.* 1. *d. Sacr. Ecleſ. miniſt.* annis ſingulis variorum diplomatum à Pontifice obtentorum nomine, ad *ſeptingenta aut eò amplius aureorum millia*, Romam ex Galliis exportari ſolere. *Joh. Bed.* ait, *chap.* 6. *de droict. de Rois*: Il fut trouue, que le Pape tiroit de France un million d' or par an.

Senatores Pariſienſes æſtimant, quod ſi Pius II. edictum Ludovici obtinere potuiſſet, lucratus fuiſſet, *vicies quinquies centena millia aureorum* pro diplomatis & annatis tantum, cum tamen Cœſar ex tota Gallia ſtipendii nomine non ſollicitaverit, niſi quadringenties ſeſtertiûm. *Svet. in Cæſ.* hoc eſt ut Budæus computat, *decies centena coronatorum aureorum millia.* Conſtat quoque ex gravaminibus Germanorum Maximiliano I. Cæſari oblatis, quod ſedes Moguntina, olim pro confirmatione Epiſcopatus, decem tantùm florenorum millia dederit, quæ cum electus quidam Epiſcopus præſtare nollet, ſucceſſor duplum ſolvere coactus eſt: eamque ſummam ab eo tempore ad *triginta* tandem *aureorum millia* excreviſſe auctor nobis eſt. *Sleid. lib.* 13. *pag.* 376. Ut non ſine cauſa, Jacobus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, ſubditorum commiſeratione motus, cum extremam vitæ horam inſtare perſentiſceret, ſe de morte ſua non adeo dolere dixerit, quam ob id quod ſubditi ſui pauperes, iterum pro pallio redimendo, gravem exactionem dare cogerentur. *Arum. d.*

Jur.

Jur. pub. vol. 4. fol. 302. Vid. dial. Philaleth. civ. Vtop. d. facult. Rom. edit. Anno 1519. ap. Goldaſt. Polit. Imperial. part. 24. Adeo inſatiabile eſt aulæ Romanæ Barathrum, ut veriſſimè dictum ſit:

Roma manus rodit, quas rodere non valet, odit
Dantes exaudit; non dantibus oſtia claudit.

In diœceſi Andegavenſi uno, tempore numeratę ſunt ſexcentę gratię expectativæ: quod ſi contigiſſet novũ Pontificem ſuccedere, qui nonnunquam eas revocare ſolet. *c. fin. extr. d. conceſſ. præb. c. poſtulaſtis. c. ex tenore. eod. & c. fin. d. conceſſ. præb. in 6.* ibi: *Quoniam ex conſtitutione noſtra per quam paulò poſt promotionem noſtram ad ſummi Pontificatus apicem, omnes collationes, proviſiones, reſervationes ac conceſſiones, ſuper canonicatibus, dignitatibus, perſonatibus, præbendis, officiis, portionibus, præſtimoniis, Eccleſiis parochialibus, ruralibus, & aliis quibuſcunque officiis Eccleſiaſticis vacaturis, quocunque nomine cenſerentur: ac etiam ſuper canonicatibus, ſub expectatione dignitatum, vel aliorum quorumcunque beneficiorum (in quibus jus non eſſet quæſitum in re, licet ad rem) à felicis recordationis Nicolao Papa IV. & Cæleſtino V. prædeceſſoribus noſtris factas, ſive conceſſas authoritate Apoſtolicâ, in fratrum noſtrorum præſentia omnino caſſavimus, irritavimus, ac vacuavimus, caſſas, irritas, ac vacuas nuntiavimus, & nullius fore decre-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

crevimus firmitatis &c. Idem habetur *in re-*
ulis Cancellar. Apoſt. Innocent. IIX. reg. 10. &
auli III. reg. II. ubi Interpp. Si inquam novus
ontifex ſucceſſiſſet, Jam hic periiſſent *duo-*
cim millia aureorum, ſi in ſingula diploma -
viginti tantùm aureos computes. Hac ra-
one Pontifices mundi Theſſauros college-
nt ac colligunt, ut teſte *Marſilio Ficino*, Jo-
nnes XXII. In paratâ pecuniâ 250. auri
nnas in theſſauris habuerit. Et Legatus Ar-
iepiſcopi Magdeburgenſis ſcribit, circa an-
m Chriſti 1436. tempore Concilii Baſile-
ſis Martino V. Pontifice ex Gallia *novies cen-*
a millia coronatorum pro variis diplomatibus
iſque gratiis Romam perlata eſſe, idque ſe
ore, Lugdunenſis Epiſcopi audiviſſe, refert.
utt. in act. in Gretſer. d. munif. Imp. in ſed. Ro-
an. cap. 1. Ut non immeritò in proverbium
ierit, *Romana parmutatio plumbi cum auro*,
n minus quam illa Glauci & Diomedis: Nec
erravit à ſcopo Chymicus ille, qui dicebat
noſſe unum tantùm artificem, cui tranſmu-
tio metallorum nota eſſet, plumbi ſcilicet
npuri, in aurum puriſſimum: *C'eſt*, inquit,
ſainct Pere, qui tous les ans ſeulement en
ance, tranſmute & multiplie quarante livres
piomb, qu'il envoije (qui peuvent valoir
ux eſcus) en quatre mille livres d'or (qui valent
cens mille eſcus) puis en faict une attraction
ſque à Rome. Le Sieur de la nov. diſc. 23.
rniz. in tr. de Incomm. exempt. Cler. Hic
dem veriſſimè eſt LAPIS ille PHILO-

SOPHI-

SOPHICUS tot ſeculis à Chymicis magno labore, ac Majoribus ſumptibus anxiè quæſitus, Romæ tamen ab avaris Pontificibus inventus, quo quotidiè hactenus plumbum in aurum commutarunt & adhuc indies tranſmutant. Ita Sixtus Papa V. trium annorum ſpatio, maximâ ex parte è plumbo, quinquies circiter milliones (ut vocantur) id eſt 5000000 coronatos aureos acceperit ac corraſerit. Ut videre eſt *ap. Cicarell. in vit. Pontif. Sixt. V.* Ita optimè noverant Pontifices ipſorumque creaturæ, ſi aurum vel argentum apud aliquos fuerit inventum, ſubtili ingenio illud auferre, ut loquitur, *l. non ſolum 5. Cod. d. commerc. & mercat.* Ut non immerito dixerit S. Birgitta Wadſtenſis in Oſtrogothia Abbatiſſa, Papam decem Dei præcepta in unum commutaſſe: DA PECUNIAM. *Arum. diſcurſ. Acad. d. Jur. publ. vol. 3. fol. 625.* Tanta enim eſt unici illius præcepti efficacia tantaque vis ut omnia præſtare valeat:

Hoc facit, ut licitè faciat, quodcunque libebit.
Reddit & illicitum, quod licet arte pari.

Seu ut Brunellus in *Spec. Stult:* loquitur.

Burſa referta reos ſolvit, peccata relaxat.
Quæ non peccantes evacuata ligat.
Nil tam difficile eſt, nil tam parvum, nec amarum,
Quod non emendet burſa referta benè.

Sed

Sed & aliud incommodum ſentiunt Reſpublicæ ex Clericorum illa exemptione; Ut enim avaritiæ ſuæ Pontifices facilius & liberius ſatis faciant, cum ipſi per ſe omnia præſtare non poſſint; Rempub. extraneis, peregrinis, ſibique ſolis addictis hominibus replent ac onerant; qui meliores ejus fructus conſumunt, vel ſi qui reliqui ſunt eidem ſubtrahunt, auferunt, Romamque exportant, de quibus conqueritur Senatus Pariſienſis, *in eo libr. quem Ludov. Reg. exhibuit.* In Anglia cum Thomas, Beccherus, morte ſuâ Juriſdictionem Papæ ſalvaſſet, & poſtea Johannes Rex, totum regnum Pontificis arbitrio ſubjeciſſet, non alii ad lautiores præbendas Româ mitti ſolebant, quam Itali & extranei, qui argentum à ſubditis ſeverius, quam Angli feciſſent, extorquebant, bona Eccleſiæ tanquam a ſuis amplius non poſſidenda, & quicquid lucrati eſſent, vel ad Papam præmittebant, vel ipſi in ejus curiâ dilapidatum ibant, *Paris Helinſh. in Joh, & Henr. III.* Idem in Gallia ex præbendarum ibi diſtributione natum fuiſſe incommodum, demonſtratur ex *Pragmat. Sanct. tit, d. Annatis §. item quod dicta.* & in omnibus aliis mundi partibus Eccleſiæ Romanæ addictis. *Ventur. d. Valent. In part. litig. lib. 1. cap. 6. n. 2.* Nam tales præbendarum ac ſacerdotiorum in aliorum imperiis, conceſſiones, vocant Pontifices in feudationes. Feuda enim, inquit *Boterus d. qual. & differ. feud. lib. 1. c. 5. q. 6.* quæ Pontifices Romani conferre

ſolent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſolent, ſunt opima ſacerdotia, & beneficia, veluti Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ, &c. quæ feuda à quibuſdam papalia vocantur, de quibus omnibus diſpenſant cujuſcunqne Eccleſiæ ſint, quamvis infeudari non ſoleant. *Zaſ. d. feud. part. 5. num. 3. & 4. Obrecht. diſp. feud. 3. theſ. 27.* idque ex plenâ & abſolutâ quam habent de rebus Eccleſiaſticis diſponendi poteſtate, *Matth. d. Afflict. lib. 1. Curt. Jun. p. 1. q. 11. Schrad. tr. feud. p. 4. cap. 2. n. 4. Schonb. lib. 1. diſp. 2. theſ. 22. Hirſchach. in diſp. feud. 3. theſ. 5. Mozz. d. feud. tit. d. his qui feuda dare poſſunt n. 2.* In majoribus, plenam diſpenſandi poteſtatem habent. *Clem. 1. in fin. ut lite pend. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. c. propoſuit. Extr. d. conceſſ. præb. c. ad honorem. d. auth. & uſu pall. c. dudum Extr. de. præb. in 6. Zaſ. conſ. 16. n. 1. Felin in c. quæ in Eccleſ. coll. 15.* Et omnia beneficia mundi quoad Pontifices cenſentur eſſe manualia, *Bald. in l. reſcripta. 7. Cod. d. precib. Imp. offer. Alexand. Conſil. 74. n. 23. vol. 4. Barcl. lib. 4. contr. Monarch. cap. 24.* Sed de poteſtate hâc, hic nihil loquemur cum in ſuperioribus multis de illâ egerimus & probè ſciamus contrarium ab Apoſtolis & primitiva Eccleſia obſervatum fuiſſe. Matthias & Barnabas ab univerſâ turbâ fidelium qui erant uſq; centum viginti ad ſortem proponuntur. *Act. 1.* Diaconos jubent Apoſtoli eligi à tota multitudine diſcipulorum. *Act. 6.* Quem locum allegat, *Chryſoſt. in 2. ad Corinth. hom. 18.* Porrò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

um nec ignotum nobis ſit, ſuperiora illa dicta, eſtimonia eſſe in propria cauſa, quæ de jure on ſubſiſtunt *l. nullus, 10. ff. d. teſt. l. idonei. 6. . eod. l. etiam 3. l. omnibus 13. Cod. eod. l. enult. ff. d. recept.* Nam ut *Leo I.* ſcribit *ad Aaſtaſium Epiſc. Vaod.* Nullus invitis dandus ſt Epiſcopus, ille omnibus præponendus uem cleri plebiſque conſenſus concorditer egerunt. *Carol. Magn. lib. 1. Capitular.* ait, ſſenſum ordini Eccleſiaſtico præbemus, ut cilicet Epiſcopi per electionem Cleri & populi ecundum ſtatuta Canonum de propriâ dioceſi ob vitæ meritum & ſapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbo ſibi ſubjectis, uſque quaque prodeſſe valeant *c. ſacrorum. Diſt.* 53. Nec etiam fructuoſa eſſet doctrina ejus, uem populus invitus audit, nec perficient nonita illius, cui obedientiam, niſi coactus, on præſtat. Atque ita Concilia ſenſerunt: Antiochenm, *c. 23. c. Epiſcopo.* 8. *q.* 1. Toetanum IIII. *c. 18. c. qui in aliquo. §. ſed & Diſt. 51.* Lateranenſe. *c. quia propter. Extr. d. Elect. & elect. pot.* Ita Leo ſcribit, *cap. nulla. Diſt. 62.* & Lucius, *c. 1. d. Elect. & elect. pot.* & populus Rom. eligebat Papam *c. Ego Ludovicus. Diſt. 63.* ſicut Clerus præcedente conſenſu populi, in aliis quoque civitatibus Epiſcopos nominare ſolebat. *c. Reatina. c. nobis. c. metropolitano c. lectis. c. Agatho. & ſeqq. Diſt. 63. c. de perſona. c. placet. c. Epiſcopus & cc. ſeqq. Diſt. 64. & Diſt. 62. & 66. per. tot. Arniz. d. Incomm. Ex. Cler.*

Sed

Sed ut ad propoſitum unde aliquantiſper digreſſi ſumus redeamus, diximus Pontificis hanc corradendæ pecuniæ eſſe aſtutiam, quod peregrinos in aliorum regna mittat, ut per illorũ incantationes, indulgentias & abſolutiones, horum opes ac bona felicius deprædari queat, quid interea detrimenti reſpub, ſit paſſa, quilibet ex dictis colligere poteſt. Interim nec Ecclesia, peregrinis illis qui ſacra facerent opplețta, minus ſentiit damnum, nam cum illi in patriam ſeu in Italiam redirent, vel ob majores dignitates, promotiones, ac officia pro collectis pecuniis coëmenda, vel ut liberius ſuo indulgerent genio, nullus jam in Eccleſiis erat, qui ſacris præeſſet, & ſi vel maximè præſentes fuiſſent, non poterant populum docere ac erudire, quæ eſt præcipua pars muneris Eccleſiaſtici. *l. addictos 6. Cod. d. Epiſc. aud.* quia linguam ignorabant, nec plus ſciebant, ex Gallicâ, Anglicâ, Svecicâ, Polonicâ, &c. quam quibus decimæ, primitiæ, &c. exigerentur. *Paris. Helinſh. in Joh. & Henr. III. Froſſard. lib. 4. cap. 33.* Quod cum Galli probè intelligerent, quid damni pateretur Eccleſia, ſi extranei & peregrini beneficiorum, eorum præſertim, quibus animarum cura connexa eſt, capaces eſſent, omnem ipſis in Galliam acceſſum & reditum præcluſerunt. *Gothof. in not ad l. 11. Cod. d. Epiſc. & Cler.* Hinc Carolus VII. Gallicas Eccleſias extraneis in univerſum occluſit. *Vid. Conſtit. Caroli VII. Anno 1431. lib. 1. t. 3. l. 2.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

. 2. Nec Ludovicus XII. eos admittit *ſans. ettres de naturalité* à Rege impetrandis. *Paus lib. 1. rhapſod. Arreſt. 4. in proëm. pragm. anct. verb. exterorum. Coraſ. paraph. Sacerd. . 3. cap. 5. n. 12. Chaſſan. d. conſvet. Burg. ubr. 2. §. 1. n. 38.*

In Anglia, ob hanc eandem rem, quæ toies à populo deteſtata erat, aperta ſeditio xorta eſt, circa annum 1232. obtentumque ſt, ut Itali Romam remitterentur, & rediuris portus clauderentur. *Pariſ. Helinſh. loc. it.* Hinc Montfortius Dux Brittanniæ, adebat oppoſitè rationem, quare extraneis à 'apa Clemente data Beneficia denegaverit: *'s veulent, ait, porter la graiſſe hors de mon ais, ſans de ſervir les benefices, c'eſt contre roict, raiſon, & conſcience. Foſſar. lib. 4. c. 33.* .b Hiſpanis idem ſervari teſtatur, *Covarruv. ractic. quæſt. cap. 35. n. 5.* Nec aliud in regno Iungariæ ſtatutum eſſe, patet ex verbis Inocentii III. in *c. Bonæ, §. intelleximus Extr. . poſtulat.* Ideo, *inquit*, non poteramus ılvâ conſcientiâ, in alia perſona, quæ de reno Hungariæ originem duceret, congruè rovidere, nec vellemus ei præferre alienum. *id. c. nullus innuit. Diſt. 61. c. extraneo. c. aternitatem. c. de aliena. & ſeqq. Diſt. 71. c. uoniam in pleriſque. Extr. d. offic. ordin. c. ult. ixter. d. Cler. peregr.* ibi, Catholicum præentem nationibus illis conformem. Poloniıs Eccleſias exteris obſerarunt, Ludovicus nno 1374. & Jagello 1433. quod Caſimirus

Alexander, & Sigiſmundi non ſemel repetierunt. *Crom. in Hiſt. pol.* Et jam dudum antea in Imperio Romano ſtatutum erat ab Arcadio & Honorio Impp. *Vt Clerici non ex alia poſſeſſione vel vico, ſed ex eo ubi Eccleſiam eſſe conſtiterit, ordinarentur, l. in Eccleſiis. 11. Cod. d. Epiſc. & Cleric.* cujus ratio aſſignatur, ut propriæ capitationis onus ac ſarcinam recognoſcerent. Ex concilio quoque Antiocheno, peregrinos clericos ſuſcipere nullibi licet abſque formata epiſtola. *vid. etiam Canon. Apoſtol. 17. & 32. add. Novell. 123. cap. 18.*

Quædam hactenus corradendæ pecuniæ media Rebuſpub. pluſquam damnoſa, enumeravimus, alia etiam ſunt, fermè innumerabilia, unde rem Pontifices & ejus jurati, bonorum & pecuniarum meſſem, ſectari & capere noverant, quibus etiam Imperia, nec non regna ferè omnia, provincias, urbes exhauſerunt & penitus eviſcerarunt. Diu apud ipſos viguit mos ille, ab Ethnicis acceptus, homines vita functos, quamvis etiam in vivis ſceleſtiſſimi fuerint, ob ſtipulatam pecuniæ ſummam à Rege vel Principe, vel alio quopiam, inter Divos referendi ſeu canonizandi. Innocentius III. & Honorius III. Franciſci & Dominici regulas comprobarunt, utrumque Gregorius IX. in Sanctorum canonem retulit, quin Anconium Patavinum ſuper addidit, unde facile eſt colligere non minimum ejus culinæ acceſſiſſe lucrum. Innocentius verò IV. ne inferior videretur, Edmundum Captuarienſem, Staniſla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

um Cracovienſem & Petrum Veronenſem iiſ-
dem faſtis inſeruit. Urbanus V Brigittam Wa-
ſtenenſis Monaſterii Abbatiſſam, & Cathari-
nam Senenſem canonizavit. Quæ verò auri &
argenti copia, exinde Romam venerit, uni-
cuique judicandum relinquo, cum ipſius Bri-
gittæ canonizatio, ultra aliquot milliones ſe ex-
tenderit. *Petr. Ioh. Goth. in tr. d. Pontif. cano-
niz.* Andreas Corſinus Carmelitanus, Epi-
ſcopus quondam Feſulanus, ab Urbano VIII.
ad petitionem Ludovici XIII. Galliarum Re-
gis Sanctorum catalogo adſcriptus erat, quan-
tum autem auri, regno Galliæ illa canonizatio
ſubtraxerit, teſtis eſt. *Petr. Caſtr. in tr. d. rit.
Eccl. Rom.* Et porrò vix ullus Papa occurret, qui
Sanctos non fecerit, ut ſanctorum numerus,
peccantium ac indies delinquentium catalo-
gum longè ſuperet. Judicet tamen hinc Lector
& quilibet pius, quibus cautionibus in regno
cælorum alios collocent, qui tot horrendis
ſceleribus ſemet ipſos indignos, qui terram
calcent, oſtendant. Tædet omnes illos mo-
dos, quos ad pecunias colligendas invene-
runt, repetere, ſuâ namque Simoniâ, de quâ
aliquid paulò antea diximus, ipſi Pontifices,
& rem Eccleſiaſticam & Spiritum Sanctum
divendere audent, ut meritò Monachus qui-
dam *Baptiſta Mantuanus lib. 3. Calamitat.*
ſcripſerit:

Thuris odorati globulos & cinama vendit,
Mollis Arabs, Tyrii veſtes, venalia nobis;

Templa Sacerdotes, altaria, ſacra, corona,
Ignis, thura, preces, cœlum eſt venale, Deuſque, &c

Quot etiam ſumptus & impenſæ, in templorum dedicationem, in cæmiteriorum, altarium, & ſacrarum veſtium conſecrationem, in campanarum & infantum baptiſma, in puerperarum poſt novum partum in Eccleſiam introductionem, in campanarum ante & poſt mortuorum ſepulturam pulſationem, in mortuorum ſepulturam, in quorundam cum funus ad ſepulturæ locum ducitur cantum vel potius boatum, in miſſarum celebrationem, tandem è purgatorio liberationem, in exorciſmos ac millena alia; in res videlicet, partim minimè neceſſarias, partim ridiculas, partim cum impietate aliquâ conjunctas fieri ſolent, deſcribere difficile erit; à populo tamen incantationibus quaſi circumvento, delicatis, pinguibus & ſaginatis ſacrificulis ſolvuntur ac annumerantur. Imo de minutiſſimis aliquando veluti decimis ex butyro, mentha, cumino &c. Canũ more collatrantes è ſuggeſto confligunt & expoſtulant cum populo. Unum adhuc ſuperaddam, de annis ſcilicet Jubilæis, à Pontificibus tanquam novum, ſed certiſſimum emulgendæ crumenæ medium. Jubilæum hoc ceu pleniſſimarum indulgentiarum nundinas, in ipſum etiam purgatorium extenſas, primus inſtituit ac celebravit, Bonifacius Papa VIII. Anno 1300. quem poſtea imitati ſunt ſubſequentes Pontifices ad præſentem Innocentium X. qui anno

1644,

1644. eaſdem nundinas renovare ac repetere voluit. Nundinæ tamen ſunt, quæ magis crumenas quam peccata exhauriunt, nam quæ divitiæ, quæ opes, tempore Anni Jubilæi ad indulgentias illas coëmendas Romam afferuntur, nemo eſt qui ignorat, cum ex variis mundi partibus homines ferè innumerabiles eò advolent ac confluant, nemini tamen indulgentialis illa bulla, offertur, antequam manus tiuniat, quod expreſſè fatetur, Sixtus IV. c. *quemadmodum. v. nos qui. Extr. comm. de pœnit. & remiſſ.* Nec effectum aliquem ſortitur, antequam è Cancellaria Apoſtolica levata fuerit, ut poſt *Rotam Romanam* ſcribit, *Quintil. Mandoſ. in Reg. Cancell. d. renunc. q. 5. n.* 1. *Menoch. Conſil. 920. n.* 1. 2. 3. His nugis Pontifices miſerum dementant populum ad ſumptus maximos faciendos & ſe ſuamque Cancellariam ditandam, ut veriſſimè *Baptiſt. Mantuan. Eglog.* 5. dixerit:

Si quid Roma dabit, nugas dabit, accipit aurum,
Verba dat, heu Romæ nunc ſola pecunia regnat.
Exilium virtus patitur.

Unde nec mirum eſt, quod ipſi etiam Romani, ſuos Pontifices magnoperè aliquando ſollicitent, ut annus jubilæus inſtituatur, ut ex *d. c. unigenitus. verſ. nos autem. Extr. comm. de pænit. & remiſſ.* Nam ex incredibili illo hominum confluxu, maximum quoque lucrum ad ipſos, pervenit, Romaque ditatur, unde non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſine ratione à *capiendo* CAPUT MUNDI, dici poteſt, nam:

Si caput à capio, vel dixeris à capiendo.
Tunc eſt Roma caput, omnia namque capit.

Quid & quantum pro coronandis Imperatoribus, Regibus & Principibus, Ducibus, Comitibus &c. inaugurandis, Pontifices injuſtè extorſerint, quantum etiam pro caſuum (ut loquuntur,) reſervatione, acceperint, ſatis loquuntur Hiſtoriæ, & mihi hic enumerare prolixum foret. *Vid. Vrſperg. in Chronic. Krantz. Saxon. Sigon. d. regn. Ital. Avent. in annal. Bojor.* & alii paſſim. Sumptus tamen illos omnes cogitur Reſpublica ſolvere, unde ipſa opibus ſuis extenuatur, quibus tandem Pontifices & ſacrificuli ad ſuam implendam avaritiam & luxuriam augendam utuntur. Minimum ſaltem & leviſſimum hujus rei documentum eſſe puto, quod aureis domi veſtibus utantur, lectos aureis ſtragulis integent, vaſis aureis ac argenteis onus ventris excipiant, calceos margaritis & precioſiſſimis lapidibus opertos, habeant. Atque horum de luxuria quoddam exempli loco referam; Patrum memoria, inquit *Vollaterranus*, quidam è familia Franciſcanâ, Cardinalis, intra biennium CC. aureorum millia luxu conſumpſit: XL. æris alieni moriens, argenteorum item CCC. pondo reliquit, ut teſtatur in *Xiſti vitâ Volaterranus*. Plura de eorundem luxuriâ, immen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſâ avaritiâ & conflandæ pecuniæ modis refert, *Baptiſt. Fulgoſ. lib. 9.* & alii multi. Hæc tamen omnia Clericorum illæ exemptiones ex ſeſe progenerant mala, cum quidquid Clerici faciant vel ſtatuant ipſis liberum ſit, nemo enim Laicorum contra dicere audet, niſi mox rotæ & igni ſacrandus.

Porrò nec minimum quoque malum & incommodum ſentit ipſa Reſpub. ex illa exemptione, in litibus & controverſiis, coram alieno ac impertinenti foro ac incompetenti judice, decidendis, nam quoties de decimis, primitiis, præbendis, dignitatibus, vel quacunque aliâ cauſâ vel caſu, etiam criminali, controverſia oritur, mox Romam itur, Româ deciſio petenda. Jam verò certiſſimum eſt, eò ſequi homines, & eorum verti animos, unde commoda & beneficia expectant, inde Reſpub. detrimentum capit maximum, & eâ ratione defraudatur, PRIMÒ, *Subditis*, qui ad locum illum unde controverſiarum ac litium deciſiones petendæ, ſe conferre coguntur; quod incommodum cum Senatores Pariſienſis diu notaſſent Ludovico XI. propoſuerunt, quod talis appellatio ad curiam Romanam & officiorum proviſio, exhauriat non tantum argentum, ſed & ſubditos Reipub. quorum utrumque tendit ad ipſius interitum. In multitudine quippe populi, dignitas Regis, & in paucitate plebis, ignominia Principis. *Prov.* 14. 18. Unde Senatus Pariſienſis Majeſtatis damnandum cenſuit, qui à ſententiâ latâ Ro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

mam vel ad Papam appellare vellet. *Petr. Coſtal. ad l. de quibus. 32. ff. d. ll.* Poloni quoque longo temporis tractu, jus ſuum à Saxonibus Magdeburgo petitum veniebant, ſed Caſimirus M. difficultatibus variis propoſitis & aliis multis motus, vetuit quenquam conſulendi gratiâ extra limites imperii proficiſci: *Cromer in Caſimir.* Matthias Rex Ungariæ, Romanorum forum regnicolis omnibus item optimatibus, Pontificibus, præpoſitiſque interdixit: decimarum judicium ſoli Regiæ Majeſtati reſervavit. *Bonfin. Hiſtor. lib. 7. Dec. 4.* Eadem cauſa erat quod Guilielmus Rufus, obſtinatè reſtitit Anshelmo Epiſcopo Cantuarienſi, nec unquam voluit concedere, ut pallium Româ peteret aut juriſdictionem Papæ agnoſceret, nam, *inquit*, nolo habere majorem vel æqualem in regno. *Paris & Eadm. in Guilielm.* Quanquam etiam poſt ea tempora ſæpius uetitum ſit, ne cauſæ quæcunque ut fieri ſolebat, Romam evocarentur. Sancita quoque lex eſt, quâ incidit in pœnam quam vocant, *præmunire*, indictam à Richardo II. ſi quis forum temporale transferret in ſpirituale *Smith. lib. 3. Reipub. Anglic. cap. ult.* Nam tempore illo tam avidè Romam tendebant Angli, ut qui terram colerent vix in regno invenirentur ac manerent; propterea quoque idem Rex Richardus II. eoſdem peculiari edicto revocare coactus eſt, circa annum 1391. *Helinſhod. in Richard. II.* Ita ut idem huic Regi ſit factum quod Philippo Imperatori, ejus

quippe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

quippe tempore, ſcribit *Vrſperg. in Chronic.* vix remanſit aliquis Epiſcopus vel dignitas Eccleſiaſtica. vel etiam parochialis Eccleſia, quæ non fieret litigioſa, & Romam deduceretur. *Et paulo poſt.* ad te trahit homines, non ipſorum devotio aut pura conſcientia, ſed ſcelerum multiplicium perpetratio, & litium deciſio, precio comparanda. Illa, cum Helvetiorum Cantones etiam longo tempore obſervaſſent, præter ſtatutum Anno 1370. denuò quoque decreverunt, Anno 1520. ut qui bullas Pontificias ſecuti, ad præſcriptum earum, beneficia conferre niterentur, vel Romam pro redemptione pallii proficiſcerentur, vel ob quamcunque aliam rem litigioſam eò ſe conferrent, in carceres conjicerentur, & ni recipiſcerent in aquis ſuffocarentur. *Siml. lib. 2. d. Rep. Helvet.* SECUNDÒ, *pecuniis & opibus*, lites etenim & controverſiæ forenſes ſine neceſſariis expenſis, aliquando etiam inutilibus ac ſuperfluis ſumptibus, ad finem perduci nunquam poſſunt, præſertim verò in curiâ Romanâ cum pro qualitate controverſiæ vel cauſæ, tot holocauſta & victimæ aris turbæ ſitientis, utpote, Scriptorum regiſtri ſupplicationum, Magiſtrorum ſupplicationum, Humaniſtæ, Abbreviatorum majorum & minorum, Notariorum cameræ Apoſtolicæ, Notariorum Rotæ, Notariorum Maleficiorum, Secretariorum, Schedularum Secretariorum Apoſtolicorum, Scriptorum Apoſtolicorum, Magiſtrorum plumbi &c. Imponendæ & ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

crificandæ, ut pecuniæ nunquam ſufficiant.

Ad curiam quippe Romanam, crumenâ exhauſtâ, & manu vacuâ non eſt veniendum, ut ait, *Vrſperg. in Philippo Imper.* Propterea Gregorius VII. Pontifex, dictum illud Moſis, *Exod.* 34. *v.* 20. Non apparebis in conſpectu meo vacuus; ad ſuos tranſtulit canones, & inter eoſdem repoſuit. *c. omnis Chriſtianus. de Conſecrat. Diſt. 1. & ibi Gloſſ. Arg. c. ſtatuimus. 14. q. 1.* Ut longè majori jure hodiè dici poſſet, quod olim de antiqua Roma Jurgurtha dicebat: Omnia ibi eſſe venalia, etiam urbem ipſam, modò emptorem maturè inveniret. *Saluſt. d. Bell. Jugurth.* Veriſſimè quoque ſcripſit. *Albericus* Roſat. *in vet. Rom.*

Curia Romana non petit ovem ſine lana,
Dantes exaudit, non dantibus oſtia claudit. Et:
Roma dat omnibus omnia, dantibus omnia Roma
Cum pretio.

Et alius, ſimili modo d. Romanorum avaritia ſcribens:

Curia vult Marcas, burſas exhaurit & arcas.
Si burſa parcas, fuge Papas & Patriarchas
Si dederis Marcas, & eis impleveris arcas
Culpa ſolveris, quâcunque ligatus eris.

Ita tandem Roma tot corraſit opes, tot cumulavit divitias, tantam auri argentiq; coacervavit maſſam, ut verè Orbis dici poſſit, vel potius divitiarum verum centrum, quo omnes mun-

mundi opes ad ſuum quaſi naturalem locum trahuntur. Ut *Propert. Eleg.* 3. non ſine ratione dixerit.

Proloquar? atque utinam patriæ ſim verus aruſpex:
Frangitur ipſa ſuis Roma ſuperba bonis.

Cujus enim ſtatus, cujus ordinis, cujus tandem conditionis homines ſint, Romam veluti ad *Columnas Tutelares* recurrant, neceſſe eſt; Nam ut *Senec. Conſol. ad Hel. cap.* 6. *citat. ap. Lancelott. d. Perug. in tr. d. mund. conſt.* Aſpice, *inquit*, hanc frequentiam, cui vix urbis tecta ſufficiunt, maximâ pars illius turbæ patriâ caret, ac rurſus à ſuâ patriâ deſideratur; ex municipiis, & coloniis ſuis, ex toto deniq; orbe terrarum confluxerunt multi, alios adducit ambitio alios neceſſitas officii publici, alios impoſita legatio, alios fictæ religionis veneratio, alios Sanctorum putrida oſſa & lacerata veſtimenta, alios luxuria, opulentum & oportunum vitiis locum quærens; alios ſtudiorum liberalium cupiditas, alios ſpectacula. Quoſdam traxit amicitia, quoſdam induſtria, lata oſtendendæ virtutis nactæ materia: quidam venalem formam attulerunt, corpuſque venale, quidam venalem eloquentiam. Nullum non hominum genus concurrit in urbem, & virtutibus & vitiis pretia ponentem. *Hæc ille.* Nemo verò illorum advolat, quin pecuniis benè munitus ſit, Etenim:

Roma miracoloſa, Roma bella
Felice Ssanza, à chi hà danari aſſai.

Inquit

Inquit *Caporale Poëta Italus.* Nemo namque Romam intrat, vel intra mœnia ejus pedem fermè ponit, quin pecuniis benè munitus ſit, quilibet in acceſſu turgentes & tumentes auro, argentoque loculos ac crumenas habet & affert, in receſſu verò penitus evacuatas deplorat, Roma tamen ſemper aperto quaſi ore in plures inhiat, ut ſi Tiberis auro inundaret ac abundaret, Romæ tamen nec dum ſufficeret, ut verè de eadem dicatur illud *Horat. lib. Ser.*

Tantalus labris ſitiens fugientia captat
Flumina: quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur, congeſtis undique ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.

Et ex *Ovid. lib. 1. Faſtor.*

At Poſtquam fortuna loci caput extulit hujus:
Et tetigit ſummo vertice Roma Deos.
Creverunt, & opes, & opum furioſa libido:
Et cum poſſideant plurima, plura petunt.
Quærere ut abſumant, abſumpta requirere certant
Atque ipſa vitiis ſunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab unda,
Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Nunquam enim improbæ ſpei, quod datur, ſatis eſt, eò majora Romani illi Simones cupiunt, quo majora venerunt; multoque illis comitatior eſt avaritia, in magnarum opum, congeſtu collocata; ut flammæ etenim major vis eſt, imo & acrior, quo ex majore incen-

dio

-o emicuit; æquè illorum avaritia, non pa-
-tur quenquam, in eâ bonorum menſura
-onquieſcere, quæ quondam impudens ejus
-otum fuit. Sic Itaque hic avaritia flamma,
-ammam trahit, nec ex inextinguibili incen-
-o orta, finem habet. Nam.

Si quantas rapidis flatibus incitus
Pontus verſat arenas,
Aut quot ſtelliferis edita noctibus
Cælo Sydera fulgent:
Tantas fundat opes, nec retrahat manum,
Plena copia cornu;
Romanum miſeras haud ideo genus,
Ceſſat flere querelas.
Quamvis vota libens excipiat Deus
Multi prodigus auri,
Et claris avidos ornet honoribus,
Nil jam parta videntur.
Sed quæſita vorans ſæva rapacitas
Altos pandit hiatus.
Quæ jam præcipitem fræna cupidinem
Certo fine retentent,
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis ardeſcit habendi?
Nunquam dives agit, qui trepidus gemens
Seſe credit egentem. Boët lib. 2. Metr. 2.

Quâ ratione vaſa vacua Romæ contemnun-
-r, & plena magis implentur; ligna in ſylvas,
aquæ in maria deferuntur; ardenti terræ a-
-a ſubtrahitur, & flumina quæ non indi-
-ent, irrigantur. Imperiti & omnino inuti-
-s, melioribus beneficiis & officiis præfici-
-ntur, divitiæ accumulantur divitibus & non
; qui reſpiciat pauperem & mendicum. *Petr.*
Dami-

Damian. in Serm. Hæc ſcilicet eſt Pontificum illa paterna diſpenſatio, ut qui, quod, eorum ærario offerant, habent, ad ſublimiores dignitatum apices ac majora officia evehantur. Quare Fabianus Papa Unicus, & Sixtus II. quò ampliorem haberent ſegetem, Eccleſiæ Catholicæ membris ſcripſerunt: Quiſquis veſtrum pulſatus fuerit, liberè hanc ſanctam ſedem appellet, & ad eam tanquam ad caput refugium habeat. *Lancelott. d. Peruſ. in tr. d. Mund. Conſt. part. 2. fol. 479.* Et Severinus Papa unicus, quaſi ad matrem, appellandum eſſe ad primam ſedem quæ non poteſt oblíviſci ſui filii. *Lancelott loc. citat.* Hinc Romam tanquam ad communem, omnis ambitionis, nequitiæ, ſimoniæ, fraudis, omniumque ſcelerum ſentinam fugiunt ac properant, quorum mens vitiis illis eſt polluta & gravata. Ac ut cum S. *Bernhard. lib. 3. d. amb.* loquar; Annon, inquit, limina Apoſtolorum, plus jam ambitio quam devotio terit? annon vocibus ejus veſtrum tota die reſultat palatium? annon quæſtibus ejus tota legum canonumque diſciplina inſudat? annon ſpoliis ejus, omnis Italica inhiat inexplebili aviditate rapacitas? &c. *Hæc ille.* Et ſi quos maleficia ac crimina perpetrata veluti furta, adulteria, fornicationes, inceſtus, homicidia, &c. terrent, patronos, ſi aurum tinnit, Romæ inveniunt, liberantur, ac Pontificali bullâ ſtipati redeunt. Ut hic meritò *Plaut. Aul. Act. 5. ſcen. 1.* dixerit:

Noſtra

Noſtra ætas non multum fidei gerit,
Tabulæ notantur adſunt teſtes duodecim
Tempus locumque ſcribit Actuarius
Tamen invenitur Rhetor, qui factum neget.

Quia inquit *Alvar. Pelag. lib. 2. cap. 12.* uſæ in Curiâ Romanâ emuntur, pro deli- is nummi dantur, lites protrahuntur ac im- ortales exiſtunt. *Et paulo poſt*: Quomodo im religioſæ aures Pontificum, audire ſuſti- ent diſputationes Advocatorum, & pugnas rborum, quæ magis ad ſubverſionem, quam l inventionem proficiunt veritatis? Hi ſunt i docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, quuntur grandia, totus eorum ſermo ſu- rbia, & vana gloria eſt; differti adverſus ſtitiam, eruditi pro falſitate, pro mendacio pientes ſunt; ut faciant mala. candorem pientiæ ſibi adſcribunt, à luce ſupernæ cogi- tionis excluſi; eloquentes ut veritatem im- ignent, &c. *Vid. plur. ap. Alver. Pelag. lib. 2. p. 35. 37. 38. 39. 40. & 41. Hinc Dante Poët. al. ſonett. 16.*

Le leggi ſon! ma chi pon mano ad eſſe?
Nullo &c.

Propterea, Romanam illam in legibus fi- endis & refigendis verſutiam ac calliditatem o tempore ſatis deploravit, *Cyprianus* di- ens. Inciſæ licet ſint leges duodecim tabulis, publicè ære præfixo jura præſcripta ſint, in- r leges ipſas delinquitur, inter jura pecca- ir, innocentia nec illic ubi defenditur, re- rvatur, ſævit invicem diſcordantium rabies,

& no-

& inter togas pace ruptâ forum litibus mugit inſanũ, haſta illic, & gladius, & carnifex prẹſto eſt, ungula effodiens, equuleus extendens, ignis exurens, ad hominis corpus ſupplicia plura quam membra ſunt. Quis inter hæc verò ſubveniet? Patronus? ſed prævaricatur ac decipit, Judex, ſed ſententiam vendit. Qui ſedet crimina vindicaturus, admittit, & ut reus innocens pereat, fit nocens judex. Flagrant ubique delicta, & paſſim multiformi genere peccandi, per improbas mentes nocens virus operatur; Hic teſtamentum ſubjicit; ille falſum capitali fraude conſcribit: hic arcentur hæreditatibus liberi; illic bonis donantur alieni. Inimicus inſimulat, calumniator impugnat, teſtis infamat, utrobique graſſatur in mendacium criminum proſtitutæ vocis venalis audacia, cum interim nocentes vivant ac innocentes pereant. Nullus legum metus eſt, de quæſtore, de Judice pavor nullus: quod poteſt redimi non timetur: eſſe jam inter nocentes innoxii crimen eſt, malos quiſquis non imitatur, offendit. Conſenſêre eorum jura peccatis, & cœpit licitum eſſe quod publicum eſt. Quis illic rerum pudor, quæ eſſe poſſit integritas, ubi qui damnant improbos, deſunt, ſoli tibi qui damnentur, occurrunt. *Hæc ille.* In tam magnâ quippe civitate, inquit de Româ *Saluſtius*, multa & varia ingenia ſunt, quot autem in eâdem modo ſunt, qui exiguo, pretio facile ſe ipſos & univerſam Rempub. atque omne divinum humanumque jus proderent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

nt ſi nummorum copia oblata fuerit; ii ſunt
nim quos in acerrimo ſuppliciorum circulo
laro concluſit:

Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Impoſuit, fixit leges pretio atque refixit

In hoc igitur genere hominum, ſeu potius
luarum, omnis ſeveritas ac injuſtitia pia,
ſericordia hominis inhumana eſt. Tales ita-
e apud Romanos ſunt judiciarii proceſſus, ut
icquid velis, præſentibus nummis obtineas,
culpæ vel crimini cuipiam innodatus fueris,
riæ pecunias offer, liberaberis, ita:

Pleni ſevitiâ, lucrique cupidine fervent.
Non Tarteſſiacis illos ſatiares arenis
Tempeſtas pretioſa Taginon ſtagna rubentis
Aurea Pactoli, totumque exhauſerint Hemum,
Ardebunt majore ſiti.

Tædet pluribus illas Romanorum in accu-
ulandis ac corradendis pecuniis aſtutias frau-
s, ac in auro colligendo, inextinguibilem
m perſequi, illi enim ſunt qui in viſcera
ri ac argenti penetrant, multoſque eviſce-
nt, ut pretiociſſimos lapides ac gemmas ha-
ant, quibus digitos & veſtimenta ornent.
ot enim manus atteruntur ut illis niteat ar-
ulus, Si ulli eſſent inferi auro ac divitiis a-
ndantes, dudum profecto illos, Romano-
m avaritiæ ac luxuriæ cuniculi refodiſſent.
enim, res Romanæ ſpirant, ut auro o-
nia per agantur. & auro Roma oppleatur.
Ordi-

Ordinationes enim in Eccleſia, *inquit*, *Alvar. Pelagius lib. d. planct. Eccleſ.* communiter auro emuntur & auro venduntur. Aurum habet Eccleſia, ac aurum conſervat, aut conſanguineis dat; auro ſacramenta emuntur. Datur aurum Clericis, ſed ipſi de eo fecerunt ſibi Baal, id eſt idolum avarè conſervando, vel malè expendendo. Verè hodiè quilibet quaſi prælatus, coopertus eſt auro & argento, nitent digiti ac indumenta pretioſiſſimis lapidibus, & ſpiritus non eſt in viſceribus ejus: quia Idolum eſt Paſtor hodiè. Idem *Alvar. Pelag. lib. 2. c. 9.* Aurum ſitiunt hodiè Pontifices & Prælati, aurum bibunt, ut conſervent carni & ſanguini erogent, non egenis. Utinam pro minori malo uterentur ſuperfluis, & neceſſaria darent inopibus, uterentur pretioſis & darent pauperibus vilia. Sed iſtius noſtri ævi communiter non paſtores, ſed plebis venatores cum Eſau &c. Non piſcatores ſed deprædatores. *Et lib. 2. cap. 28.* Non ſunt hodiè Clerici propter Deum ut ei ſerviant, ſicut ſonat verbi ſignificatio Clerus enim à κλῆρος, quod ſors eſt, quaſi in ſortem Dei electus, ſed propter beneficia, maxime vero nobiles, qui larga habent patrimonia, emunt pauperibus debita. *Et lib. 2. c. 48.* Cum tantam deprædati ſint auri copiam, aliam quærunt gloriam in dapibus & utenſilibus exquiſitis, thalonibus, tholis, tapetibus, cortinis, poculis aureis, Chryſtallinis, & mut-

mutatoriis, ne dum decem cum Naaman & Syrio, ſed viginti aut plerumque amplius annulis aureis & gemmatis, lectis eburneis & tapetibus pictis ornatis, ex Ægypto ſtratæ ſunt eorum cameræ, aſperſa ſunt eorum cubilia myrrhâ, & aloë & cynamomo, ut non videantur cameræ, & diverticula Dei Servorum, ſed triclinia Regum, & Imperatorum, qualia Apoſtoli, quorum vices illi obtinent, nunquam habuerunt nec viderunt, cum illi præ fame ſpicas alieni agri colligerent & comederent.

Ita aurati ſunt boni illi Pontifices & Prælati, auroque impleti ac onuſti, ad huc tamen indigentes, & ad Exemplum Imperatoris Caligulæ contrectandæ pecuniæ incenſi, ut ſæpè ſuper immenſos aureorum acervos patentiſſimo diffuſos loco, nudis pedibus ambulent, & toto corpore aliquandiu volutentur, animi inde recreationem non minimam haurientes. *Svet. in Calig. Plin. lib 4. d. reb. Sal. cap. 20.* Ita avaritia animum omneſque illorum artus occupavit, ut virtuti nullus penitus Romæ ſit locus. Claudam verbis *Caporal. Poes Ital. de Roma ſcribentis:*

S' intendo dal medeſimo Corriere.
Che Madama VIRTVDE *è mal diſpoſta,*
E non ſi laſcia in publico vedere,
Che queſto avaro tempo molto gli oſta:
Ma ch' ella in futuro ſi conſola
E tace e ſpera, e ſi trattene à poſta.
Ma queſta ſua ſperanza s' ha per ſola,

Peroche

Peroche Monſignor di MALE in PEGGIO,
Nuntio in quel regno, no ne fà parola,
Si dice! che perduto hanno il maneggio
De le ſegretaria, la lettere belle.
El' avaritia l' ha tratte, di ſeggio,
A cui ſuaſo han le inimiche ſtelle
Che' Secretario, può far anche 'l cuoco
Come attiſsima beſtia di più ſelle.

Hoc ſcilicet ſuâ avaritiâ agunt nequiſſimi illi Pontifices, quod officiorum venditione juſtitiæ everſione, Criminum, omniumque ſcelerum defenſione, reorum & malefectorum patrocinio &c. apertum omnis licentiæ ac nequitiæ forum præſtent, homines variorum ordinum, eorumque bona ad ſeſe alliciant ac trahant; quo medio imperiorum ac Rerumpublicarum reditus diminuntur, vel ſi qui ſuperſunt Romam feruntur, civibus Reſpublicæ evacuantur, ipſi, bonis ſuis omnibus privantur, & tandem penitus eviſcerantur.

Ex quibus omnibus conſectarium eſt, ac incommodum maximum!, ſcilicet ruina templorum, neglectus cultus divini, quando argentum quod hiſce impendendum eſſet, Romam tranſmittitur, aut quando Romanæ Curiæ Præſides, opimiores prædas poſſident, vel delicati ac ſaginati illi ſacrificuli & prælati, meliora occupant, & divinas ceremonias per vicarios ſuos adminiſtrant; vel peregrini Româ ad loca extera mituntur quorum lingua nulli penitus nota præter *da pecuniam.* Hinc etenim Eccleſia non minimum, patitur da-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

amnum; ſed nec minus ipſa Reſpub. in quâ ſt Eccleſia, ſentit in commodum, partim x ſubditorum diminutione, cum patriam relinquere coguntur, & vel ob lites, vel alia negotia Romam pergunt, partim & bonorum c pecuniarum effuſione quæ Rempub. aliàs ummopere juvarent eique prodeſſent.

Atque hæc ſunt incommoda, quæ Reſpublica, ex illa Clericorum exemptione, pati cogitur, cum ſcilicet ita, beneficiorum collatio, aut Eccleſiaſtica Juriſdictio, vel controverſiarum quarumcunque definitio, externæ poteſtati concedatur. Quamvis nec minus Eccleſia exinde etiam lædatur: præter ea etenim quæ antea dicta ſunt, orietur Eccleſiarum ſumma confuſio, dum ſingulis ſua Juriſdictio non ſervaretur. Si ſua unicuique Epiſcopo Juriſdictio non ſervatur, ait *Gregor. lib. 9. Ep. 32.* quid aliud agitur, niſi per nos, per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo, confundatur? *c. pervenit. 11. q. 1. c. ſi quis. Extr. d. for. comp. Arg. c. nullus. Extr. eod. Arniz. tr. d. Incomm. ex. Cler.* Nemo igitur extra propriam jurisdictionem judicare præſumat. *c. peregrina. c. leges. c. non liceat ſeqq. & 3. q. 7.* Nec in alterius Epiſcopi diœceſi ſine ejus conſenſu pontificialia exerceat. *c. non liceat. §. d. Epiſcopis. Diſt. 92.* niſi velit ab officio deponi. *c. ſi qui. cum capp. ſeqq. diſt. 92.* Nec etiam alterius diœceſis Clericos recipiat vel ordinet *c. d. aliena. c. ſi quis. & ſeqq. per tot. Diſt. 71. c. placuit, & ſeqq. per tot. 2. q. 7.*

CAP.

CAP. X.

De incommodis, quæ tam Ecclesia, quam Reſpub. patitur, quod Papa ſibi ſoli authoritatem ac poteſtatem vendicat Concilia convocandi, & quod Concilia eraverint, maximè verò Pontificum, ac errare poſſint.

PRomiſimus in ſuperioribus circa finem cap. IIX. nos de Conciliorum erroribus fore acturos, atque maximâ ex parte, ex ipſo jure Canonico oſtenſuros, Concilia vehementer & graviter erraſſe, ac præcipuè ea, in quibus Pontifices, ſibi poteſtatem eadem convocandi in iiſque præſidendi, ac omnia pro ſuâ libidine, ad abſolutum ſibi dominium ædificandum, ſtatuendi & concludendi, falſò ac contra omne jus, aſſumpſerunt ac vendicarunt. Nam ut in principio cap. IIX. diximus: Concilia eo convocari fine, ut falſa dogmata & hæreſes, quæ vel ob corruptos mores, vel quorundam perverſa ingenia, in Eccleſiam Dei irrepſerant, quæve religionem quopiam modo alias turbarent, exſtirparentur ac penitus tollerentur. Religione quippe turbatâ, nihil penitus tutum, cum ejus tanta ſit vis, ut ipſa viſcera mortalium & animos facilimè penetret; ita

uod metu Deorum & religionis, omnia pe-
è dixerim continantur, quâ ſublatâ, vel
ontemptâ univerſa tam in Eccleſia, quam in
Repub. turbata ac penitus everſa erint.

Eſt enim religio frænum & coërctio in ani-
nis ab omni rebellione, & inſolenti motu,
iquidem qui Deum vindicem timet, nec eti-
im in occulto malus eſſe vult. Univerſum e-
enim hoc Deorum providentiâ regitur, inquit
Galen. lib. 9. d. Placit. vel ut *Cicer. ait lib. 2. d.
l.* Dominos eſſe omnium rerum, ac mo-
deratores Deos, eaque quæ geruntur, geri
eorum judicio ac numine, eoſdemque opti-
mè de genere hominum mereri, & qualis
quiſque ſit, quid agat, quid in ſe admittat,
quâ mente, quâ pietate religiones colat in-
tueri, piorumque & impiorum habere actio-
nem. His enim rebus imbutæ mentes, non
abhorrebunt, ab utili & vera ſententiâ.

Quid prodeſt, *inquit Senec. Epiſt. 83.* ab
homine aliquid eſſe ſecretum? nihil Deo
clauſum eſt. Intereſt animis noſtris, & me-
diis cogitationibus intervenit. Et Thales qui
ſapientiſſimus inter ſeptem fuit, homines,
dixit, debere exiſtimare, Deos omnia cer-
nere, Deorum omnia eſſe plena: fore enim
omnes caſtiores. *Cic. lib. 2. d. ll. Plat. lib. 10.
d. ll.* Religione igitur, metuque Deorum,
nihil ſublimius. *Ambroſ. ad Valent. Imp. lib. 1.
cap. 1.* Religio ſanè maximum, *dicente Catone,*
majoribus noſtris telum, ex quo plures pace
ſuſceptæ quam bello gentes fuerunt devictæ.

Ut

ut *ait Appius lib. 6. in fin.* Ita ut metu Deorum ablato, nihil reliquum videatur. Fœdera quippe publica, pro pace colenda, belli ſocietate ineunda, pro communi religione defendenda, induciis ſanctè ad definitum tempus ſervandis, &c. Imo & aliæ conventiones ac pacta, ſancta & inviolata non erunt niſi metu Deorum & religionis. Ubi in leges & verba Principum jurabimus? *ait Symachus lib. 10. Ep. 54.* qua religione mens falſa terrebitur, ne in teſtimoniis mentiarur? patebit ergo ſedes profana periuriis. Nemo quoque ſibi putabit turpe quod aliis fructuoſum. *Vellej. Paterc. lib. 2. in pr.* Summa itaque fœderum Romanis religio erat, *Flor. lib. 2. cap. 6.* Sub quâ ipſum quoque jusjurandum continetur, cum non tantum in ſacrificando, ſed & in juramento ſervando conſiſtat. Ut *dicit Iſocrat. in Orat. in Hipp.* Quapropter juramentum ſæpè religio vocatur, Nam quod Paulus, *l. non multo. 24. ff. d. jurejur. ſiv. vol. ſiv. neceſſ. ſiv. jud.* Patri dicit prodeſſe religionem filii, id Hermoginianus interpretatur, *l. ult. ff. d. except.* per jusjurandum. Ulpianus ita explicat *l. videamus. 4. §. deferre. 1. ff. d. in litem jurand.* Deferre autem jusjurandum, *inquit*, judicem oportet, cæterum ſi alius detulerit jusjurandum, vel delato juratum ſit: *nulla erit religio nec ullum jusjurandum.* Et ita conſtitutionibus expreſſum eſt Imperatoris noſtri & Divi patris ejus. Sæpè etiam alibi religio pro jurejurando ponitur, *l. ſi quis jusjurandum*

11. Cod.

11. Cod. d. reb. cred. & jurejur. Synopſ. Baſilic. eod. cap. 50. l. fin. Cod. d. fideicomm. Borcholt. in tit. d. jurejur. c. 1. n. 10. c. ſi vero. extr. d. jurejur. Adeo ut certiſſimum ſit, jusjurandum non aliter valere quam metu religionis. *Arnizæ tract. d. pot. Mai. in relig.* M. Attilius Regulus, aliâ vi quam jurisjurandi religione coactus, ad hoſtem non rediit, neque enim:

Neſciebat, quæ ſibi barbarus
Tortor pararet. Horat. lib. 3. ad 5.

Non ignorabat ſe ad crudeliſſimum hoſtem & exquiſita ſupplicia ferri ac proficiſci, jusjurandum tamen ſervandum putabat. *Cic. lib. 3. d. offic. ad fin. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. Plin. d. Vir. Illuſtr. Horat. 3. Od. 5. Syl. Italic. lib. 6.* Nec aliud Megapolitanos movit, ut in voluntario exilio, vitam trahere maluerint, dimiſſis domibus, ſepulchris, templis, fortunis, omnibus denique rebus neceſſariis, quam diſcedendo ab Achæis, aliquid violatæ ſociis fidei ſignum præ ſe ferrent. *Polyb. lib. 2.* Nemo promiſſa, nemo fœdera, nemo conventiones quaſcunque curabit ut ſanctæ ac inviolabiles maneant, niſi religionis metus & juramenti præſtiti firmitas ſubſit, quamobrem priſci Deum primùm teſtem vocabant, ut apud *Virgil. 2. Æneid:*

Vos æterni ignes & non violabile veſtrum
Teſtor numen, ait, vos aræ, enſeſque nefandi
Quos fugi, vittaque Deum, quas hoſtia geſſi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Vel etiam ut Gripus præſcribit Lænoni apud Plautum in *Ruden. Act. 5. ſcen. 2.*

Venus Cyrenenſis, teſtem te teſtor mihi,

In juramento quoque militum, Athenienſium: *Teſtes ſunto Dii, Agraulus, Enyalius, Mars & Jupiter. ap. Jul. Poll.* Gothi Sueoneſque ad bellum gerendum ituri, per ſuum Deum Othinum, illis ODHEN firmiter jurarunt, ſe contra hoſtes pugnaces, ducibusque ſuis fideles fore. Othinus enim armorum Gothicorum præſes judicabatur, quod inſignis Poëta non ignorabat, cum diceret:

Grandivumque Patrem Geticis qui præſidet armis.

Ut clare teſtatur *Joh. Magn. Hiſt. Goth. Sveon. lib. 1. cap. 9. Vid. Dion. Græc. Ablab. Jornand.* Nec illi ſolum, Sed & Byzantini aliæque gentes Numen illud adorabant, quippe cum tanto opinionis fulgore cunctis terrarum partibus inniteretur, ut illud non aliter, quam datum mundo lumen omnes gentes amplecterentur, nec ullus orbis locus extaret qui Numinis ejus potentiæ non pareret, inquit *Sax. Gram. Hiſt Dan. lib. 3. Joh. Mag. Goth. Hiſt. Goth. lib. 1. cap. 9.* Sed quid per Deum eſt jurare, niſi quod Deus ſit teſtis? ait *Auguſt. Serm. 28. Bald. in c. 1. §. item ſacramenta. col. 2. d. pac. jur. firm. Covarr. part. 1. relect. in pr. n. 1. ad c. quamvis pact. d. pact. in 6. Azo in ſum. de reb. credit & jurejur. C. n. 1. & ibi Martin. Abb. in verb. adhibita religione.* Quare eun-

eundem vindicem rogamus, ſi fefellerimus, *Plaut. in Rud. act. 5. ſcen. 2.* Ita Trajanus, ſuam domum, ſuum caput, ſi ſcientur fefelliſſet, Deorum iræ conſecravit, *Plin. in Paneg.* Scipio quoque conjurans milites de non deſeranda Italia: Si ſciens fallo tum me Iupiter Opt. Max. domum familiam remque meam peſſimo leto afficias. *Liv. lib. 22.* Perſonatus quoque Amphitruo.

Id ego ſi fallo tum te ſumme Iupiter
Quæſo, Amphitruoni ut ſemper iratus ſies.
Plaut. in Amph Act. 3. ſc. 2.

Illa enim jurejurandi vis, ut quamvis etiam per fictitios ſuos Deos, quos tamen omni ſcientes fuiſſe, rati erant gentiles, juramentum præſtitiſſent, ab eodem tamen nec in ſummis periculis ipſaque mote moveri poterant, qualia exempla paſſim occurrunt, velut de Cinna, *Plutarch. in Syll.* De Tullo Romanorum Rege. *Liv. lib. 1.* Hannibale. *Liv. lib. 21.* Aſdrubale. *Liv. lib. 30. in fin.* Et aliis. *vid. Polyb. lib. 4, Sig. lib. 1. d. jur. Ital. cap. 1. Gell. lib. . cap. 21.* Cic. lib. 7. *Epiſt. 12. Apul. d. Deo Socrat. Arniz. d. pot. Maj. in relig. &c.* Nam qui jurejurando fallit alium, non tam hunc quam Deum injuriâ afficit, hunc ſe metuere, illum verò contemnere oſtendens. *Plutarch. in Lyſand.* Iusjurandum quippe eſt illa religio, de qua, *Flor. lib. 2. cap. 6.* quæ còntinet ſummam fœderum omniumque conventionum, eſt metus vindictæ divinæ, Illa namque religio, eſt

 ful-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

fulcrum & fundamentum, cui firmiter moles regnorum ac rerumpub. inſiſtunt. *Plutarch. in Theſ.* Quo fulcro commoto ipſa impéria nutare, ac ruinam minari, ſubtracto verò penitus concidere incipiunt. *Sturm. ſerm. 2. d. bell. Turcic.* Sine quo Reſpub. nec magis conſtitui, aut conſtitutæ ſervari poſſunt, quam urbes ſine ſolo, ut enim hoc baſis eſt urbium, ita religio fundamentum rerumpub. *Cic. lib. 2. d. nat. Deor. Plutarch. in Theſ.* Etenim cum religio aufertur, nullus fœderibus vigor, Principibus conſtantia, ſubditis fides. *Foliet. tract. d. Magn. Imp. Turcic. c. d. relig.* Jam verò cum Reſpub. non ſit in religione, ſed religio in Repub. *Opt. Afr. Milevit. lib. 3. contr. Parmenian.* Cujus ſupremum caput eſt Princeps. *Novell. 6. in pr. Arg. c. quando. c. principes. 23. q. 5. c. nimium. 23. q. 4. c. ab Imperatoribus. 23. q. 3. Hos. Epiſc. Cordub. ad Conſtant. Imp. &c.* Igitur religionis etiam, cuſtos eſſe debet. *c. boni principis. Diſt. 96. c. Maximinianus. c. noſtri. 23. q. 3.* Graviter propterea contra utilitatem publicam peccant, àc Reipub. mutationem ac ruinam deſiderant, qui religionis curam Majeſtati politicæ auferre ſtudent. Cui enim Iuriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa eſſe intelliguntur, ſine quibus Iuriſdictio explicari non potuit. *l. Iuriſdictio. 2. ff. d. Iuridict. l. mandatam. 5. in fin. ff. d. offic. ejus cui mand. eſt Iuriſd. & ibi Iaſon. & Doct. l. veteres. 4. in pr. ff. d. Itin. actuque priv. ibique Gloſſ. & Dd. l. item. 3. §. qui habet. 3. ff. d. ſervit. præd. ruſtic. l. 1. §. 1. ff. ſi uſusfruct. pet.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Gail. 2. Obſ. 68. n. 4. *Arniz. d. pot. majeſt. in re-*
g. Ille quippe omnia habet quæ cauſam con-
cernunt, ſine quibus cauſa expediri non poteſt.
c. præterea. extr. d. offic. & poteſt. Iud. deleg. c.
prudentiam. c. ſuſpicionis. extr. eod. c. cum dile-
cta. extr. d. reſcrip. c. penult. extr. d. fil. preſb.
Conceſſo enim principali conceditur acceſſo-
rium. *c. ſi monachus. 16. q. 1. c. quo Iure. Diſt.*
8. c. cauſa. extr. d. in Integr. reſtit. Qui nam-
que magiſtratum gerit ejus etiam Iuriſdictio
improbari vel minui non debet. *l. quidam. 57.*
ff. d. re Iudicat. l. cum ſcimus. 3. Cod. ubi & ap.
quem cognit. Propterea, cui ſumma Reipub. cu-
ra commiſſa eſt, & ea quoque mandata & com-
miſſa eſſe oportet, ſine quibus ſalus Reipub.
nec eſſe nec procurari poteſt, inter quæ, ſi quic-
quam aliud, ſibi primum locum vendicat Reli-
gio. *Arniz cit. loc.* Atqui hoc nomine Conci-
lia congregantur, & hactenus congregata e-
rant, u religio à falſis dogmatibus defendere-
tur, & hæreſes, ne Rempub. ac Eccleſiam tur-
barent, tollerentur. *Euſeb. d. vit. Conſt. lib.*
3. capit. 5, 6. & 20. Socrat. Hiſt. Eccleſ. lib.
1. cap. 5. 8. 19. & 23. Theod. Hiſt. Eccleſ. lib.
1. capp. 7, 8. 11. Sozom. lib. 1. cap. 16. & lib.
2. cap. 15. & lib. 7. cap. 7, 8. & 9. Evagr.
lib. 1. cap. 4. Et clarè ex omnibus Conciliis
habitis patet. Principis autem erat dedendere
religionem, ut ex dictis patet, cum ipſius fidei
ac pacis ſit cuſtos, *Nicol. Cuſan. d. Concord.*
Catholic. lib. 3. cap. 13. Eſai. 49. Pſal. 24. v.
7. & 9. Unde qui ejus etiam Iuriſdictionem

in conciliis convocandis impedit, ipſi curam ac protectionem religionis aufert, eoque in ipſam Majeſtatem civilem vehementiſſimè peccat. *Arg. l. 1. & l. lex. 3. ff. ad L. Iul. Maj.* Cum ſine illâ ejus Iuriſdictio explicari non poſſit. *d. l. Iurisdictio. 2. ff. d. Iurisdict. dict. l. veteres. 4. in pr. ff. d. Itin. act. privat. Ibique Gloſſ. & Dd.*

Cum autem Pontifices ſibi authoritatem vendicant, etiam ſine conſenſu Majeſtatis Politicæ concilia convocandi, in iisque præſidendi, & quod eorum arridet palato ſtatuendi, nemo dubitat, quin cauſam maximam tumultibus, ac ſedititionibus dent, Majeſtatem civilem ejuſque poteſtatem ac Iuriſdictionem conculcent, ac velut iniquiſſimi tyranni, ipſum jus Regium violent. Quâ ratione aperta janua & iter, ad quævis nequiſſima & ſceleratiſſima perpetranda patet ac conceditur; quicquid enim pro ſuo abſoluto dominatu ædificando, ampliando, ſtabiliendo, conducere vident, in conciliis ſuis ſtatuunt, Imperatores ipſos, ſi vel minimum contra ipſos fremunt, deponunt, excommunicant, ſubditoſque adverſus ſuos Principes, ſibi à natura & Deo datos, ad ſeditionem ac rebellionem excitant & armant, ac ab omni juramenti religione abſolvunt, liberoſque ptonunciant, atque ita ſub religionis prætextu ipſam religionem ac jusjurandum, certiſſima Rerumpub. fæderum, ac conventionum fundamenta, peſſum dant ac funditus evertunt. Ita Paſchalis II, Henricum IV.

in Concilio Moguntino. *Friſing. lib. 7. cap. 10. Crantz. Sax. lib. 5. cap. 19. & lib. 5. cap. 33. Metrop. Avent. lib. 5. Annal. Boj.* Idem Paſchalis II. Henric. V. in Lateranenſi, *Helmold. cap. 41. Vrſpergenſ. Erford. in Chron. Caſſinenſ. lib. 4. cap. 47. Friſing. lib. 7. cap. 14. Wilhelm Malmesburienſ. lib. 6. cap. 40. Platin in vit. Paſch. 11.* Et Gregorius. IX. Fridericum II. in concilio alio Lateranenſi: *Plat. in ejus vit.* ac alii alios, ut infra plenius oſtendemus in ſuis conciliis excommunicarunt, ipſorumque ſubditos, ab omni fide ac juramento, Magiſtratui ſuo præſtito abſoluerunt. Eâdem quoque ratione innocentius IV. & Patres concilii Lugdunenſis poteſtatem deponendi Imperatorem Fridericum II. & quoſcunque alios Magiſtratus judignè atque arroganter ſibi adſcribunt, & poteſtatē ſolvendi ſubditos à juramento fidelitatis iniquè ſibi vendicant, ſequuti fortaſſis exemplum Innocentii III. qui in concilio generali Lateranenſi de hæreticorum fautoribus idem decreverat. *c. excommunicamus. extr. d. hæretic. §. moneantur. c. ad abolendam. c. vergenti. extr. eod.* Quæ quæſo unquam major tyrannis quam proprium ſuum magiſtratum, è majeſtatis ſuæ ſolio excommunicationibus deturbare, ac ſubditos contra eandem ad ſanguinolentam rebellionem invitare? nec etiam antea à crudelitate ſuâ, tyrranni illi perfidiſſimi ac perditiſſimi, ad perpetuas in Rebuſpub. ſeditiones ac motus excitandos ceſſarunt, quam velut ſitibundi quidam ſanguinarii, eaſdem

 jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

jam vel penitus contritas, vel fermè everſas cernerent, quò tandem meliorem vel illas poſtea invadendi, vel ſaltem de illis liberalius diſponendi occaſionem haberent. Sed & alia etiam quæcunque placuerunt, in conciliis ſuis rata fecerunt ac ſtatuerunt, unde ipſa regna & Imperia ſummum maximumque incommodum vel potius exitium hactenus ſunt paſſa.

Ex quo Conciliorum agro cum tantum ad ſe fructum redire viderent, non mirum eſt quod fictis ſuis canonibus, poteſtatem illam concilia convocandi ad ſe ſolos trahere hactenus laborarint, ideoq; illis regulæ ſemper certiſſimę: Solius Papæ Romani eſſe convocare Concilia. *c. regula. c. huic ſoli. c. nec licuit. c. multis denuo. & capp. ſeqq. Diſt. 17. c. ideo. 2. q. 6.* Concilium quoque ſine authoritate Papæ convocatum ipſo jure eſſe nullum. *c. ſacroſancta. c. qua traditione. & ſeqq. Diſt. 22. c. unam ſanctam. Extr. d. Maj. & obed.* Aſt turpe eſt jus in quo quis quotidiè verſatur, ignorare *l. 2. §. Servius. 43. ff. d. Orig. Iur.* Meminiſſe igitur oportebat, Epiſcopos eſſe presbyteros non dominos, nec debent in clero dominari. *c. iſte. c. non oportet. c. Epiſcopus. & ſeq. Diſt. 95.* Epiſcopi etiam ſanctiores non ſunt quod aliis præficiantur. *c. illud inferendum. 8. q. 1.* Nec debet plus pro Epiſcopo præſumi quod Epiſcopalem habeat dignitatem. *c. non loca. c. multi. Diſt. 40. c. queritur. 2. q. 7. c. ego ſolus. Diſt. 9.* Quia non conſiderandum quod Epiſcopus dicat, ſed quid dicatur ab ipſo. *c. ſecundum. Diſt. 19.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

9. *Arg. c. quæritur. 2.q.7.* Cum ſanctitas
erſonæ hic nihil proſit. *c. ſiquis præpoſtera.*
Diſt. 50. c. teneamus. 1. q. 1. c. placuit. 6. q.
.c, ult. 3. q. 9. Nec Romanus Epiſcopus eſt
ominus Epiſcoporum ſed unus ex illis. *Bern-*
ard. in Epiſt. ad Engen. lib. 4. Sed cum pote-
tatem ſibi tribuunt Romani illi alaſtores, con-
ilia convocandi, in alios Epiſcopos & preſ-
yteros ſibi minimè ſubjectos, dominantur,
um tamen dominium nullum habeant. *d. c.*
llud inferendum. 8.q.1. Cum par in parem vel
minor in majorem imperium non habeat. *l.*
lle à quo. 13. §. tempeſtivum. 4. ff. ad SC. Tre-
ell. Epiſcopi verò ſunt dignitate & juriſdictio-
ne pares. Arg. *c. Conſtantinopolitanæ. c. renovan-*
es. c. de Conſtantinopolitana. in fin. Diſt. 22. c. ſe-
undum. Diſt. 19. Arg. c. beati. 2. q. 7. At Roma-
nus Epiſcopus etiam eſt Epiſcopus. *d. c. Conſtan-*
inopolitanæ. Diſt. 22. c. definimus. eod. quare &
eliquis par erit, nec in ipſos imperium habebit.
l. c. de Conſtantinopolitana. in fin. Diſt. 22. arg. d.
. ille à quo. 13. §. tempeſtivum. 4. ff. ad SC. Trebell.
Quapropter ſuprema Majeſtas requiritur, qui
am Eccleſiaſticis quam Politicis præſidere jure
meritoque poteſt, modo in ea quæ Eccleſiam
propriè ſpectant, ſeſe non ingerat. *Vid. Zepp. l. 3.*
.13. d. Pol. Eccl. Althuſ. pol. cap. 28. n. 49. Hanc
tamen materiam hic pluribus perſequi nolu-
mus, cum de eâdem pluribus ſupra egerimus.

Et ut ad propoſitum redeamus, cum omnis
Pontificum & Canoniſtarum ſpes in Conciliis
ſit poſita, nos hic, breviter ſaltem è jure cano-

nico oſtendemus, ipſa Concilia revera erraſſe, ac præcipuè illa, quæ poteſtate Principis munita non fuêre, quò, fundamenta, quibus ipſi Pontifices & Canoniſtæ principaliter ad regnum ſuum ſtabiliendum nituntur, pateant. Certè credendum non eſt, illud à Spiritu Sancto proveniſſe, quando *Synodus Romana* ſub Gregorio VII. Habita, ſine diſtinctione omnes, qui excommunicatis fidelitatis ſacramento conſtricti ſunt, Apoſtolicâ authoritate à juramento abſolvit, & ne eis fidelitatem præſtent, omnibus modis prohibet. *c. nos ſanctorum. 15. q. 6.* Cujus conſtitutionem poſtea imitabatur *Concilium* generale *Lateranenſe* ſub Innocentio III. habitum. *c. excommunicamus. §. monentur. extr. d. hæret.* Cum tamen Gregorius VII. in *Synodo Rom.* ſibi ipſi ſit contrarius. *c. quoniam. 11. q. 3.* Porrò à Spiritu Sancto promanaſſe exiſtimandum non eſt, quando Patres *Concilii Neocæſarienſis*, ſecundas nuptias improbarunt, ſtatuentes ne Preſbyter, convivio ſecundarum nuptiarum intereſſet, maximè cum præcipiatur ſecundis nuptiis pænitentiam tribuere. *text. in c. de his qui frequenter. 31. q. 1.* Cui canoni contrarius eſt, *c. Deus Maſculum. eod.* In ſimilem errorem labitur *Concilium Martini Papæ Braccharenſe, c. 80.* in quo conſtitutum fuit, ut pænitentiam agat ſiquis multis nuptiis fuerit copulatus. *c. ſi quis fuerit. 32. q. 7.* Hoc eſt, ſiquis poſt mortem unius aliam duxerit, ut explicat. *Gloſſ. in d. c. ſi quis. 31. q. 1.* Quam verò inflixerint eis pœnam, qui

qui ad ſecunda matrimonii vota tranſirent, eluceſcit ex canone *Synodi Ancyranæ*, *cap. 18.* ubi bigamus & quæ virginitatem pollicitam prævaricata eſt, quoad pœnam comparantur. *c. quotquot. 27. q. 1. c. nuper. extr. d. bigam.* Ex *Concilio Toletano* IV. *cap. 8.* Diſponitur de virginibus & viduis, quæ poſt religionis habitum aſſumptum nubunt, his verbis: De viduis & puellis quæ habitum religionis in domibus propriis, tam à parentibus, quam per ſe mutaverunt, ſi poſteà contra inſtituta patrum, vel præcepta canonum, conjugia crediderint copulanda, tamdiu utræque habeantur à communione ſuſpenſæ, quouſque quod illicitè perpetraverunt, emendent; quod ſi emendare neglexerint, à communione & omnium Chriſtianorum convivio perpetuò ſint ſequeſtratæ *c. de viduis. 27. q. 1.* Imo omnis puella quæ virginitatem devotam polluit, à communione repellitur. *Ex Concil. Mart. Papæ. c. viduas. 27, q. 1. ex concil. Triburienſ. cap. 6. c. impudicas. c. virginem. c. virgines. dict. c. 27. q. 1.* Ergo eadem pœna cenſetur impoſita bigamo. *Arg. c. quotquot. 27. q. 1.* Et non modo comparativè hic error intelligitur, verum etiam expreſsè definitur in *c. 1. Concilii Laodiceni*, quod à Leone IV. in *c. de libellis. Diſt. 20.* approbatum eſt. Eademque pœna fuit exaſperata ab Alexandro III. & Urbano III. qui vetuerunt repetitas nuptias benedici, adeo ut officio beneficioque ſuſpenderint eum, qui contra feciſſet. *c. capella-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

num. c. vir autem. Extr. d. ſecund. nupt.

Poſſet hoc quodammodo tolerari ſi ſtatuiſſent, non eſſe neceſſe ſecundas benedici, eò quòd conjunx ſuperinductus, à ſuperinducente benedictionem participet, haud ſecus quam infidelis per fidelem ſanctificatur. *1. Cor. 7. verſ. 14.* Quod autem ſeverè hoc fieri prohibent, atque pænam ſecus facientibus comminantur, ſcilicet excommunicationis, id nullâ penitus nititur ratione, cum canones hic planè contrarium rurſus ſtatuant. *Auguſt.* enim, *lib. 2. contr. adverſ. leg. cap. 11.* dicit: Deus maſculum & fæminam, propagandi generis cauſa, nuptiali caſtitate conjunxit: & ſecundas nuptias quæ in utroque teſtamento permittuntur, licitas eſſe monſtravit. *c. Deus maſculum. 31. q. 1.* Imo *Nicana Synodus* ſine diſtinctione omnibus permittit, cum uxoribus ſuis propagandæ ſpeciei causâ dormire, etiam ipſis Preſbyteris, Epiſcopis, & diaconis, unde non dubium quin idem ad ſecunda vota tranſeuntibus ſine excommunicationis pæna concedat. *c. Nicæna. Diſt. 21.* Quippe, cum hic eadem nuptiarum remaneant præmia, partus videlicet fæminarum. *c. pudor eſt. 32. q. 2.* Prohibitio igitur illa odio ſecundarum nuptiarum à Conciliis illis fit; quapropter etiam à *Johanne d. Garronib.* magni nominis JCto inter pænas ſecundarum nuptiarum benedictionis illa ſuſpenſio refertur, in *tract. d. ſecund. nupt. pæn. 32. n. 65. Covarr. d. matr. part. 2. cap. 8. §. 11. n. 2. Menoch. arb. Iud. quæſt. cas. 4. 17. n. 1. &*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

1. & ſeqq. Videtur errori huic cauſam dediſſe Euſtathius, veluti colligitur ex notis ad *c. ſi laicus. Diſt. 31.* Imo, hoc ipſo patres eorundem Conciliorum, in excommunicationem ipſi incurrunt. Si quis enim vituperat nuptias, & dormientem cum viro ſuo fidelem ac religioſam deteſtatur, aut culpabilem æſtimat, velut quæ regnum Dei intriore non poſſit, anathema ſit. *c. ſi quis. Diſt. 31. & c. quicunque. eod.*

Illud tamen horrendum auditu eſt, jus canonicum in tantam erumpere audaciam, ut ipſum Apoſtolum Paulum, ſecundas nuptias permittentē perſtringere ac erroris inſimulare non erubeſcat, cum ait: Nam ſecundam quidem accipere ſecundum præceptum Apoſtoli eſt, ſecundum autem veritatis rationem, verè fornicatio eſt. *c. hac ratione. 31. q. 1.* & mox ſubjungit: ſed cum permittente Deo, publicè & licenter committitur, fit *honeſte fornicatio.* Quæ quæſo contradictio? ſtuprum licitum, fornicatio honeſta. Illa tamen tranſeant, magis autem admiratione dignum eſt, quod proprios errores non videant omniſcientes illi Pontifices, cum mox *eadem quæſt. 1. c. aperiant. & c. ſi dormient.* non modo ſecundæ, verum etiam tertiæ, quartæ, & indiſtinctè ulteriors nuptiæ permittuntur, his verbis: Aperiant quæſo aures obtrectatores mei, & videant me ſecundas & tertias nuptias conceſſiſſe in Domino. Qui ſecundas & tertias non damnavi, primū potui damnare matrimonium? non damno bigamos, imò nec trigamos, & ſi dici poteſt octogamos. Ego etiam nunc li-

berâ voce proclamo, non damnari in Eccleſia bigamiam, imo nec trigamiam, & ita licere quinto & ſexto, & ultrà, quomodo & ſecundo marito nubere. *dict. c. aperiant. 31. q. 1.* Adeo ut in Epiſcopo requiratur, ne damnet ſecundas nuptias. *c. qui Epiſcopus. Diſt. 23.* Et veluti hactenus dicta concilia turpiſſimè impegerunt, eò quod bigamum pepulerunt à communione fidelium, ita non minus turpiter erravit concilium *Toletanum I. cap. 17.* eò quòd è communione non repellendum cenſuit eum, qui pro uxore concubinam habet. Si quis non habet uxorem, *ait concilium*, & pro uxore concubinam habet à communione non repellatur, tamen ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ſit conjunctione contentus. *c. is qui non. Diſt. 34.* qui canon poſtea confirmatus eſt *c. Chriſtiano. Diſt. ead.* & *c. ſolet. 32. q. 2.* Nec mirum quod concubinatum concedat Concilium, cum aliàs meretricibus canones faveant, cum meretrix nulla ſit, antequam admiſerit plures, quam viginti tria millia hominum. *Gloſſ. in c. vidua. Diſt. 35.* Unde liquet Pontifices ac Pontificios magis concubinatui & meretricum quæſtui favere, quam ſecundis nuptiis legitimè contractis.

Nec etiam à Sp. Sancto promanavit, quod *Concilium Braccharenſe* ſtatuit, cujus hæc ſunt verba: De filia Epiſcopi vel preſbyteri ſive diaconi, ſive devota fuerit, & maritum duxerit, ſi eam pater vel mater in affectum receperint, à communione habentur alieni: pater in conci-

cilio

cilio cauſas ſe noverit præſtiturum. Mulier verò non admittatur ad communionem, niſi marito defuncto egerit pænitentiam, ſi autem vivente eo deceſſerit & pœnituerit, & petierit communionem, in ultimo vitæ fine deficiens eam accipiat. *c. de filia. 27. q. 1.* Simili errori implicatum eſt, quod in *Concilio Martini Pap.* conſtitutum legimus, ut ſi quæ vidua Epiſcopi vel preſbyteri, aut Diaconi, maritum acceperit, nullus clericus, nulla religioſa perſona, cum ea convivium ſumat, nunquam communicet, morienti tamen ei ſacramenta ſubveniant. *c. ſi qua. Diſt. 28.* Riſu quoque dignum eſt, quod *Leodicenſe Concilium* ſtatuit, *cap. 52.* Non oportet in quadrageſima, aut nuptias vel quælibet natalitia celebrare. *c. non oportet. 32. q. 4.* Idem iiſdem verbis in *Concilio Braccharenſi cap. 48.* rurſus confirmatur. *c. non licet. 33. q. 4.* Facilima quoque eſt conjugii diſſolutio *Concilii Ilerdenſis 3.* in hæc verba: Non oportet à ſeptuageſima, uſque in octavas Paſchæ, & tribus hebdomadibus, ante feſtivitatem ſancti Johannis Baptiſtæ, & ab adventu Domini, uſque poſt Epiphaniam, nuptias celebrare. Quod ſi factæ fuerint ſeparentur. *c. non oportet. 33. q. 4.* Affinis error eſt, quam *Concilium Agathenſe, & Synodus Univerſalis VI. cap. 12.* probavit, ut ſcilicet conjugia cum hæreticis inita diſſolvantur. *c. non oportet. 28. q. 1.* Cum tamen Apoſtolus id nullibi præcipiat, ſed infidelem per fidelem ſanctificari teſtetur, Vetatque Chriſtus, exceptâ cauſâ fornica-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

nicationis uxor à viro dimitti non debeat, & ideo quicunq; ſuper culpam criminis ſupradicti, uxorem ſuam quacunque occaſione demiſerit, quia quos Deus conjunxit ipſe ſeparare diſpoſuit, tam diu ab Eccleſiaſtiâ communione privatus, & à cætu omnium Chriſtanorum maneat alienus, quamdiu ſocietatem relictæ conjugis ſincerè amplectatur ac foveat, *c. preceptum. 35. q. 5. junct. c. ad limina. 30. q. 1. c. uxor. 30. q. 7. & c. Apoſtolus. eod.* In eâdem ſynodo ſexta univerſali, *cap. 2.* etiam receptus eſt error Cypriani, perperam opinantis, hereticâ pravitate infectos eſſe rebaptizandos. Quod ſi quis authoritatem Synodi hujus ſugillare, vel cum nonnullis repudiare velit, in primis ad *c. habeo librum. & c. quoniam. Diſt. 16.* reſpondeat. Ubi aſſeritur quod Synodus VI. divinitus fuerat inſpirata, & quod de myſterio fidei, planiſſimè in eâ diſputatum ſit, quodquè quarto anno pòſt ſub Juſtiniano Conſtantini filio, ejus canones ad emendationem Eccleſiæ ſint promulgati. Eandem quoque Synodum Hadrianus Pont. ſanctam appellat, cumque omnibus ſuis canonibus recipit ac confirmat. *c. ſextam. Diſt. 16. & c. ſectam. Diſt. 13. d. conſecrat.* Adeo ut unicuiq; canones hos legent mirum ſit, Canoniſtas ipſosque Pontificios, adeo perfrictæ eſſe frontis, ut aſtruere & affirmare non arubeſcant, ſynodum ſextam Pontificis autoritate non fuiſſe munitam nec ab eodem approbatam.

Nec ab ipſa Spiritus S. inſtigatione promanaſſe

naſſe judicandum erit, quod *Neocæſarienſe Concilium* ſtatuit: Si cujus uxorem adulterium commiſiſſe, cum eſſet laicus, evidenter fuerit comprobatum, hic ad miniſterium Eccleſiaſticum admitti non poteſt. *c. ſi cujus. Diſt. 34.* Item ex *Concilio Martini papæ. 4.* Si laici uxor in adulterio fuerit deprehenſa, hic talis ad miniſterium Eccleſiaſticum nullo modo adducatur. *c. ſi laici. dict. Diſt. 34.* Maritus hic in pœnam incurrit, ob nullum penitus delictum, cum peccata ſuos auctores tenere deberent. *l. ſancimus. 22. Cod. d. pæn. c. non turbatur. 24. q. 1. c. qui puero. Diſt. 1. d. pænit.* peccata quippe aliena nemini præjudicant. *c. ſi quis. 23. q. 4.* eſt ſatius etiam impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare. *l. abſentem. 6. ff. d. pæn.* & quivis ex proprio admiſſo ſorti ſubjicitur. *l. crimen. 26. ff. d. pæn. l. 14. Cod. eod.* Conſimilis error invenitur in *Concil. eod. Martini Papæ cap. 22.* Ubi clericatus ei denegatur qui viduam duxerit. *c. ſi quis. Diſt. 5.* Ac veluti hi pro nullo omnino delicto puniuntur, ita rurſus in *Moguntinenſi Concilio cap. 10.* duplex pæna pro nulla etiam culpa irrogatur iis, qui filias ſpirituales duxerint. Si quis filiolam (*ſpiritualem ſcilicet*) aut commatrem ſuam in conjugium duxerit, ſeparandos eſſe judicamus, & gravi pænitentiâ plectendos, *c. de eo quod. 30. q. 1.* Quod cum Nicolao Pontifici iniquum videretur, ad Salonitanum Epiſcopum reſcripſit, ut non ſeparetur à viro quæ filiaſtrum ſuum de ſacro fonte levarit. *c. noſſe.*

30.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

30. q. 1. Quamvis huic rurſus canoni, *concilium Wermerianum* è diametro repugnet, *c. ſiquis filiaſtrum. 30. q. 1.*

Erroribus etiam non carent quæ in *conciliis Eliberitano & Triburienſi* definita occurrunt. In illo enim decretum fuit, ut fæmina quæ adulterum maritum reliquit, alteri nubat. *c. fidelis. 32. q. 7.* Hoc verò, aliam quæſivit viam, ut vir cujus uxor in illicitos privigni complexus procubuerat, alteram ducere poſſit. *c. ſi quis cum noverca. 32. dict. q. 7.* In Eliberitano igitur, contra juris communis regulas innocens rurſus punitur, quod fieri non debet. *l. abſentem. 5. ff. d. pœn. Arg. c. non turbatur. 24. q. 1.* Quamvis ſanior Triburienſis ſit ſententia. *Weſ. in parat. ff. de divort. & repud. n. fin.*

Et quamvis in Scripturâ ſacra, *Levit. 18. & 20.* ac Jure civili *l. nemini liceat. 17. Cod. d. nupt. §. inter eas. 2. cum §§. ſeqq. Inſt. d. Nupt.* Aliiſque juris articulis, ſatis ſit definitum, quoto conſanguinitatis gradu matrimonium contrahi oporteat, Pontifices tamen his non contenti, ſuorum conciliorum authoritatem rurſus interponunt, ſed ridiculè ſatis & inconſtanter. Nam *Wormatienſi Concilio* placuit, nullum generationis numerum definiri poſſe, indiſtinctè ſtatuens, ut nulli de ſuâ cognatione liceat uxorem ducere, uſque dum generatio recordatur, cognoſcitur, aut memoriâ tenetur. *c. in copulatione. 35. q. 2. & 3.* Gregorius verò Papa in *Meldenſi Concilio* concluſit, ut nemo de affinitate conſanguinitatis, per gra-

gradus cognationis uſque ad ſeptimam generationem, uxorem duceret *c. per affinitatem. 35. q. 2. & 3.* Quod ſequitur Nicolaus Papa II. in *c. de conſanguinitate. dict. 34. q. ead. Lugdunenſe concilium* idem approbat ac manifeſtè concludit, nulli licere ex propinquitate ſui ſanguinis, uſque ad ſeptimum gradum uxorem ducere. *c. nulli. eod. Cabilonenſe concilium* mitius factum, gradum remiſit, ac ut nullus in quarta, quinta, vel ſexta generatione, conjugio copularetur, præcepit. *c. contradicimus 35. q. 2. & 3.* Placuit enim, ut ſicut ex ætatibus mundi generatio, & hominis ſtatus finitur, ita propinquitas generis, tot gradibus terminaretur. *c. conſanguinitas. 35. q. 4.* Sed præter conciliorum horum mirum diſſenſum, quis eorundem craſſos errores non videt? ſaltem ſi ad verbum Dei, & juris civilis normam revocentur.

Interim nec minor Conciliorum de conjugio ſacerdotum diſſenſus eſt, errores quoq; fæcundiores ſuper hâc re reperiuntur. Nam *Synodus* apud *Melphiam*, eos qui poſt ſubdiaconatum uxoribus vacare volunt, ab omni ſacro ordine removet, officioque & beneficio Eccleſiæ carere decernit. *c. eoſqui poſt. Diſt. 32. Concilium Carthaginenſe. c. 3.* ſtatuit Epiſcopos, preſbyteros, diaconos, ſecundum priora ſtatuta etiam ab uxoribus abſtinere debere, quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico removeantur officio. *c. placuit. d. diſt. 32. c. cum in præterito. c. cum d. quorundam. Diſt. 84. c. cum decorem. extr. d. cleric. conjug. Arelatenſe II. cap. 2.* prohibuit

buit aliquem aſſumi ad ſacerdotium, in conjugii vinculo conſtitutum. *c. aſſumi. Diſt. 28.* *Neocæſarienſe c. 1.* Preſbyterum ſi uxorem duxerit, ab ordine ſuo mox deponi debere præcipit. *c. preſbyter. d. Diſt. 28.* Scilicet egregii quatuor Synodorum errores. Nam præterquam quod immediatè Pauli locum ad *Hebr. cap, 3. v. 4.* impugnant, alia rurſus concilia contrarium ſtatuentia, vel erroris inſumulant, vel inſimulantur. *Gangrenſe* etenim *Concilium. cap. 4.* hæc reſcribit: Si quis ſecernat ſe à Preſbytero qui uxorem duxit, tanquam non oporteat, illo liturgiam peragente, de oblatione percipere, anathema ſit. *c. ſi quis diſcernit. Diſt. 28.* approbatur idem in *Concilio Trullano* VI. *cap. 26. c. preſbyterum. Diſt. ead.* In illis igitur Conciliis permiſſum eſt conjugio ſociatum, & preſbyterum eſſe & liturgiam peragere poſſe; Hoc ipſum quoque approbat, *Concilium* Oecumenicum *Nicenum* ex conſilio Paphnutii, *c.* N*icæna. Diſt. 31.* Quod repetit ac denuò confirmat Synodus VI. *cap. 13. lib. 8. cap. 19.* Quo etiam referri poteſt quod in *Hiſtoria trip. lib. 9. cap. 38.* legitur, in Oriente plurimos Epiſcopos ex uxore legitimâ filios habuiſſe. Quod ſatis innuit Uabanus Papa II cum Bartholomeo Turonenſ. Archiep. in hæc verba ſcribit: Cum ergo ex ſacerdotibus nati in ſummos Pontifices ſupra quinque leguntur eſſe promoti, non ſunt intelligendi de fornicatione, ſed de legitimis conjugiis nati. *c. cænomanenſem. §. cum ergo. Diſt. 56.* Nemo enim

nim dicere audet Pontifices filios illegitimos
ſe, unde ex ſacerdotibus nati, legitimi erant.
uapropter Pelagius Papa, Syracuſanæ urbis
ntiſtiti, legitimo matrimonio junctam ha-
re uxorem, & nihilominus Epiſcopum eſſe
rmiſit. *c. Syracuſana. Diſt. 28.* quâ ratione
œnomanenſis Epiſcopus, filius ſacerdotis
le dicitur. *c. Cænomanenſem. Diſt. 56.* Cla-
ſſimum quoque eſt quamplurimos Pontifices,
relbyterorum ac Epiſcoporum filios fuiſſe na-
rales ac legitimos. Ita Bonifacius Papa, filius
it Jucundi presbyteri. Felix Papa, filius Fe-
cis Preſbyteri de titulo Faſciolæ. Theodo-
us Papa filius Theodori Epiſcopi de civita-
Hieroſolyma. Silverius Papa filius Silverii
piſcopi Romæ. Deuſdedit Papa, filius Ste-
hani ſubdiaconi. Felix etiam III. natione
omanus, ex patre Felice Preſbytero fuit. Item
Gelaſius, natione Afer, ex Epiſcopo Valerio
atus eſt. Et Agapitus natione Romanus, ex
atre Gordiano Preſbytero originem duxit.
Hæc omnia ita ordine recenſentur in. *c. Oſius
Papa. d. diſt. 56.* ubi mox ſubjungitur: Com-
lures etiam alii inveniuntur qui de Sacerdoti-
us nati, Apoſtolicæ ſedi præfuerunt. Et ne cui-
iam de canone hoc dubium ſit, additur, §.
n nullo. in med. Neminem debere de canone
hoc mirari, quod ex Damaſo Papa ſit deſcri-
ptus, cum ipſe vixerit ante iſtos qui hic enume-
rantur, liber enim qui Pontificalis dicitur, ubi
hæc ſcripta ſuis locis leguntur, à Damaſo cæ-
ptus eſt ſcribi, ideoque licet ab aliis multa dein-
de ſuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

de ſint addita, retinuit tamen primi auctoris nomen. Reſpondet propterea in eandum rem Urbanus Papa II. Presbyterorum filios, à ſacris altaris miniſteriis non eſſe arcendos cum morum honeſtas ipſos commendabiles fecerit, quâ ratione non ſolum ſacerdotes ſed & ſummi ſacerdotes fieri poſſunt. *c. Presbyterorum. junct. §. Sed hoc intelligendum. d. Diſt. 56.* Hiſtoria quoque Eccleſiaſtica, ad oculum quaſi oſtendit, Tertullianum, Policarpum, Baſilium, Nazianzenum, aliosque Epiſcopos ac Eccleſiæ Doctores uxores habuiſſe legitimas. Hæc omnia cum videret Stephanus Papa, refugium quærere voluit, ac dictos canones de Orientali Eccleſiâ intelligi dixit, quæ in hâc parte cum Romanâ convenire non videtur. *c. aliter. Diſt 31.* Interpretationem tamen hanc impedit, *d. c. de Syracuſana. Diſt. 28. d. c. presbyterorum. d. c. Oſius. Diſt. 56.* Quod etiam *dd. cc.* non de ſolis ſubdiaconis ſint intelligendi, ſed etiam de diaconis, presbyteris, ac Epiſcopis clarè monſtrat *d. c. Oſius. & d. c. Cœnomanenſem. Diſt. ead.* Ac ipſum jus canonicum paſſim apertiſſimè hoc oſtendit per ſubdiaconos, diaconos, presbyteros ac Eiſcopos intelligi non poſſe, at dicti canones de his loquuntur: neque eſt quod prætendant Canoniſtæ, allegata loca eſſe explicanda de conjugio quod ſacerdotium præceſſit, ſatis enim expoſitionem hanc impedit Gratianus in *d. c. Cœnomanenſem. §. cum ergo. Diſt. 56.* His verbis: Cum ergo ex ſacerdotibus nati, in ſummos

Pon-

ntifices ſupra leguntur eſſe promoti, ſunt
elligendi ex legitimis conjugiis nati, quæ
erdotibus ante prohibitionem ubique licita
nt, & in Orientali Eccleſia, uſque hodie eis
re probatur. Ius canonicum propterea pres-
eris anathema dicit, ſi ſub obtentâ religio-
uxores contemnant. *c. ſi quis. Diſt. 28.*
oſſa quoque fatetur in *c. cum in. Diſt. 84.*
od olim ante Syricium ſacerdotes contrahe-
nuptias non prohibebantur.

Cum igitur Pontifices, clericorum conju-
deteſtantur ac prohibent, illos alia præſta-
, non video, quam ſeipſos in apertiſſimos
nichæorum errores immergere, eoſque ſuis
ionibus extruere ac defendere, contra quos
nen diſputant, *tot. Diſt. 30. vid. princ. Diſt.*
. Propterea cum antiquitus tam in latina
am Græca Eccleſia, presbyteris conjugia
rint licita, cur non & hodiè? Fuit ne Cartha-
nenſis, Arelatenſis & apud Melphiam cele-
atæ Synodi tanta authoritas, ut potuerit non
am Gangrenſi, ſed univerſalibus iſtis Nicæ-
& Synodo ſextæ derogare? Vel uſque adeò
valeſcere potuit Papæ Romani autoritas, ut
ntra divinam legem, quæ nec in veteri nec
novo fædere, nubendi poteſtatem Presbyte-
ademit, hanc conſvetudinem introduceret?
el potuit humanam mentem tantus torpor
vadere, ut non intelligeret perſpicua Apo-
li verba, *1. Timoth. 4. verſ. 1, 2, 3.* Ubi
ticinatur, in noviſſimis temporibus, diſceſſu-
s nonnullos à fide, attentos ſpiritibus erroris

& do-

& doctrinis dæmoniorum, prohibentium nubere ac abſtinere à cibis. Cum tamen honorabile ſit inter quoſvis conjugium & cubile impollutum. *Hebr.13.v.4.* Nec præterire poſſum errorem in *Concilio Toletano 1.* commiſſum, cum ait: Devotam peccantem non recipiendam in Eccleſia cenſemus, niſi peccare deſierit: Et ſi deſinens pænitentiam egerit, aptam annis decem, recipiat communionem. Prius autem quam in Eccleſia recipiatur ad orationem, ad nullius convivium Chriſtianæ mulieris accedat: quod ſi admiſſa fuerit, etiam hæc quæ eam receperit, habeatur abſtenta. Corruptorem etiam par pæna conſtringat. Quæ autem maritum acceperit non admittetur ad pœnitentiam; niſi adhuc ipſo vivente marito (quo ſcilicet abſtinere debet) caſtè vivere cæperit, aut poſtquam ipſe deceſſerit. *c. devotam. 27. q. 1.*

Presbytero verò fornicanti, vel aliud crimen quod depoſitionem meretur, committenti, multò rigidior ac admodum ridiculus pænitendi modus præſcribitur in *Concilio Hybernenſi*, his verbis: Si in vitio non perduraverit, ſed ſuâ ſponte confeſſus adierit, vi reſurgat, decem annis in hunc modum pæniteat. Tribus quidem menſibus, privato loco à cæteris remotus, pane & aquâ à veſperâ in veſperam utatur tantum, diebus autem dominicis, & præcipuis feſtis modico vino, & piſciculis atque leguminibus recreetur ſine carne & ſanguine, ovis & caſeo, ſacco indutus humi adhereat, die ac nocte jugiter miſericordiam Dei omnipotentis implo-

ploret: finitis tribus menſibus continuis exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo ſcandalum patiatur. Nec enim debet ſacerdos publicè pænitere ſicut Laicus. Poſtea aliquantiſper reſumptis viribus, unum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis Dominicis & præcipuis feſtis, in quibus vino & ſagimine, ovis & caſeo uti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis & ſanguinis Domini ne indureſcat, particeps fiat, pſalmos cum fratribus in choro ultimus canat, ad cornu altaris non accedat. Deinde verò uſque ad expletionem ſeptimi anni, omni quidem tempore exceptis paſchalibus, tres legitimas ferias in unaquaque hebdomade, in pane & aqua jejunet: ſecundam tamen feriam, unum Pſalterium canendo aut unum denarium pauperibus dando, redimere poterit. Finitis autem ſeptem annis, deinde uſq; ad finem decimi anni, ſextam feriam, nulla interveniente redemtione, obſervet in pane & aqua. *c. presb. Diſt. 82.* Alium pœnitentiæ modum præſcripſit Cæleſtinus, ac annorum duodecim in ſacerdote induxit numerum, in Epiſcopo verò quindecim annos pænitentiæ debitos, ſervari voluit. *c. ſi quis ſacerdos. c. non debet Epiſcopus. c. 30. q. 3.* Riſu quoque dignum eſt, quod in *Concilio Aurelianenſi*, concluſum reperio, ſcilicet quod Monachus Orarium in monaſterio vel Zonas habere neutiquam debeat. *c. Monacho. 27. q. 1.* Cum tamen Orarium nihil aliud ſit, quam ſtola ſacerdotis. *c. unum Orarium. Diſt. 25.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Ridiculum etiam eſt, quod *Concilium Vrbicum* II. ſtatuit, quod, in quo altari Epiſcopus miſſam cantavit, eodem die presbyter aliam celebrare non præſumat. *c. in altari. Diſt. 2. d. conſecrat.* Si verò Epiſcopus aliàs non celebravit, in eodem altari centum miſſæ quotidiè fieri poſſunt. *Arg. c. nocte. Diſt. 1. d. conſecr. c. ſolent. §. in jejuniis. Diſt. 1. d. conſecr.* Ejusdem ſortis eſſe judico, quod *Concilium Rhemenſe cap. 2.* ſtatuit, multis verbis deſcriptum, *c. pervenit. Diſt. 2. d. conſecr.*

Ineptit quoque *Concilium Charthaginenſe* IV. ſtatuens, ut qui die Dominico ſtudioſè jejunat non credatur eſſe Catholicus. *c. ſacerdos. 26. q. 7.* quam ſententiam *Gangrenſe concilium* exaſperat, adeò, ut anathema dicat, qui Dominico die jejunaverit. *c. ſi quis tamquam. Diſt. 30. Concilium Agathenſe* vult, quod laici qui natali domini feſto Paſchatis & pentecoſtes non communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur *c. ſeculares. Diſt. 2. d. Conſecr.* quaſi magis dies dominicus ingluviei quam veneris vel mercurii dies, eſſet ſacratus, certique dies communicationi, non verò communicantis præparationi, ut dignè ſacrum illud opus aggredi ac piè inſtituere poſſet, dicti haberentur. Quamvis Manichæorum jejunium & mores nec hic recipiam, nec laudem, de quo loquitur alias, *c. ſi quis Presbyter. Diſt. 30.*

Errat quoque *Matiſconenſe Concilium 1. cap. 17.* concludens, quod ſi quis convictus fuerit

alios

alios ad falſa teſtimonia vel perjuria attraxiſſe, vel quâcunque corruptione ſolicitaſſe, uſque ad exitum vitæ non communicet. *c. ſi quis convictus. 22. q. 5.* Non abſimilis error in *Concilio Eliberitano* commiſſus legitur. *Ibi*: Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proſcriptus vel interfectus, placuit non niſi in fine vitæ accipere communionem. Si levior cauſa fuerit, poterit intra quinquennium accipere communionem. Si Catecumenus poſt quinquennii tempora admittatur ad communionem. *c. delator. 5. q. 6.*

Sæpè etiam pœnam ſatis acerbam pro culpa vel nulla, vel valdè levi inflictam legimus, in *Carthaginenſi* IV. conſtitutum eſt, ut clericus per creaturas jurans objurgetur, ſi perſtiterit in vitio excommunicetur, ſi verò inter epulas cantet, dictæ ſententiæ, hoc eſt, excommunicationis ſeveritate coërceatur, *c. clericum. 22. q. 1.* Ubi obiter notari vellem, quod mitius puniatur qui jurat quam qui cantat, ille enim objurgatur tantùm, hic verò excommunicatur. Ineptit quoque idem Concilium, quando ſtatuit, ut clericus quantumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo victum quærat. *c. clericus. Diſt. 91.* Ubi etiam alius error additur, quando concilium exiſtimat eum ab officio deponendum eſſe, qui non emendo aliquid, in nundinis vel in foro deambulat. Quod ſi hodiè canon hic ſtrictè obſervaretur, credibile eſt, admodum exiguum cle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ricorum numerum futurum eſſe.

Ad hanc errorum categoriam etiam ſpectat, quod Gregorius II. in *Concilio Romano* decrevit. Siquis ex Clericis relaxaverit comam ſit anathema. *c. ſi quis ex clericis. Diſt. 23.* Cum quo conſentit *Concilium Carthaginenſe* pręcipiens ut Clericus neq; comam nutriat neq; barbam. *c. clericus. extr. d. vit. & honeſt. cleric.* Cum tamen lex divina vetat, ne caput in rotundum tondeatur, vel barba radatur. *Lev. 19. v. 27. & c. 21. v. 5.* Ita ad leves quaslibet cauſas excommunicationem ſuam extendunt. Unde *Concilium Lateranenſe c. 16.* Statuit: Ut qui clericum ſeu ſacrificulum quemcunque, etiam Pſalmiſtam, leviter ſaltem, ex quacunq; cauſâ verberaverit excommunicetur. *c. ſiquis ſuadente. 17. q. 4.* cui conſentiunt. *c. Cleros. Diſt. 21. cap. quisquis. dict. 17. q. 4. c. quisquis. 24. q. 3.* Limitat autem hoc *Concilium Triburienſe:* Ut ſi Presbyteri in itinere ſpoliantur vel vulnerantur vel occiduntur nulla ſtola aut orario induti, ſimplici emendatione ſolvantur: ſi autem cum ſtolâ, triplici. *c. ut Presbyteri. 17. q. 4.* ubi obiter notetur, ipſam ſtolam ſeu Orarium, non vero doctrinæ ac vitæ puritatem clericum facere. *Concilium Toletanum 1. cap. 11.* vult, eum qui Clericum aut quemcunque alium pauperem exſpoliaverit excommunicatum haberi. *c. ſi quis de. 14. q. 3.* *Concilium Arauſicum* Eccleſiarum Dei violatores, auctoritate Dei & judicio S. Spiritus à gremio ſanctæ Matris Eccleſiæ & à conſortio, totius Chriſtianitatis eliminat, *c. canonica, 11. q. 3.* Qui autem ſint

Eccle-

Eccleſiarum violatores, explicant tria Concilia alia, *Carthaginenſe IV. cap. 95. Vaſtenſe 1. cap. 4. & Agathenſe, cap. 4.* ſcilicet, qui oblationes defunctorum, aut negant Eccleſiis, aut difficulter reddunt, vel tradere demorantur, vel qui parentum oblationes aut res donatas aut teſtamento relictas retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donaverint Eccleſiis vel monaſteriis crediderint auferendum, hi omnes Eccleſiarum ſunt violatores, & excommunicationi ſubjacent. *c. qui oblationes. c. ſequent. c. Clerici c. ſeculares. 13. q. 2.* cum quibus conſentiunt. *c. omnes Eccleſiæ. 17. q. 4. c. frater. eod. c. ſi quis de. 24. q. 3.* Vetuit etiam, *Concilium Africanum*, ut qui cum excommunicatis communicarent, anathemati ſubjacerent. *c. placuit. 11. q. 3.* Et hæc omnia ita intelligi volunt canones, ut ſive excommunicatio ſit juſta ſive injuſta, illi tamen parendum erit. *c. ſi Epiſcopus. c. ſi juſtus. & cap. ſeq. c. ſententia. 11. q. 3.* Formam autem & modum excommunicationis ſatis riduculum præſcribit *Concilium Rotomagenſe*: Debent duodecim ſacerdotes Epiſcopum circumſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in concluſione anathematis, vel excommunicationis projicere debent in terram & conculcare pedibus, &c. *c. debeant. 11. q. 3.* Egregia ſanè excommunicandi forma! Atque ita pro leviſſimis delictis & aliquando nullis excommunicationis pœnam imponunt concilia illa, cum tamen eadem hâc in parte manifeſtè errare mox rurſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſus alia reclament Concilia, definit *Meldenſe concilium, cap. 56.* anathema, quod ſit æternæ mortis damnatio, nec debet imponi niſi pro mortali crimine. *c. nemo Epiſcoporum. 11 q. 3.* *Concilium* etiam *Avernenſe* ſtatuit, quod nullus Sacerdotum, pro parvis & levibus cauſis, quenquam à communione ſuſpendat. *c. nullus. 11. q. 3.* Atqui quæ in ſuperioribus ex Conciliis, Romano, Triburienſi, Toletano, Lateranenſi, Arauſico, &c. enumerata erant, inter peccata mortalia numerari haud poterant, cum eſſent delicta ſaltem levia vel penitus nulla, quare excommunicationis pœnam mereri non poterant. Unde nemo dubitat quin concilia illa peſſimè erraverint.

Libenter equidem concedo, imo ultro fateor, excommunicandi poteſtatem, aliasque coercitiones, Eccleſiæ eſſe conceſſas. Sed aliis tempus præfigere, intra quod non poſſunt ad communionẽ redire, aliis ſpem reconciliationis omnem præcidere, aliis ex cauſa minimè ſufficienti imo etiam injuſtâ vel fermè nulla excommunicationis pœnam imponere, alios temerè ab officio dejicere, nec Chriſti, nec Apoſtolorum aut primitivæ Eccleſiæ exemplo convenire exiſtimo. Eccleſia quippe nulli claudit gremium redeunti. *c. ſuper eo. extr. d. hæret. in 6. l. ult. Cod. d. ſumm. Trinit. & fid. Cathol.* Nec Deus vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur ac vivat. *Ezech. 33. verſ. 11. & cap. 18. verſ. 32. 2. Reg. 14. v. 14.* Nec ipſum jus canonicum pœnitentiam agenti ad Eccleſiam reditum denegat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

negat. *c. agnovimus. 26. q. 6. c. contumaces. c. Johannes. & cap. ſeq. Diſt. 50. c. convenientibus. 1. q. 7.*

Nec iſta canonum illorum authoribus ſufficiunt, quod in vivos ſuis excommunicatiõnum fulminibus debacchari pro lubitu poſſint, ſed quod multò gravius & abſurdius eſt, etiam in mortuos anathematum ſuorum aculeos convertunt. Ita enim in *Concilio* V. legitur: Si vera eſſent quæ ab eis objecta ſunt Cæciliano, & nobis poſſent aliquando monſtrari, ipſum jam mortuum anathematizaremus. *Et infra:* Si ad tempora Theophili ſanctæ memoriæ aliquis recurrerit, etiam Origenem inveniet poſt mortem anathematizatum. Quod etiam nunc in iſto fecit veſtra ſanctitas, & Vigilius religioſiſſimus Papa antiquioris Romæ. *Et infra*: Sancta ſynodus dixit, ſufficiunt quidem quæ dicta & prolata ſunt, Eccleſiaſticam traditionem demonſtrare, quod oportet hæreticos etiam poſt mortem anathematizari. &c. *c. ſanè profertur. §. 2. verſ. quæ modò. §. 5. §. 6. verſ. ſi ad. & §. 7. per tot. 24. q. 2. Concilium Triburienſe*, ſtatuit de clericis qui in bello vel rixa moriuntur, ut excommunicentur, his verbis: Quicunque clericus aut in bello, aut in rixa, aut in gentilium ludis mortuus fuerit, neque in oblatione neque in oratione pro eo poſtuletur, ſed in manus incidat judicis. *c. quicunque Clericus. 23. q. 8.* Hæretici etiam omnes poſt mortem anathemate feriendi, omneſque illi qui hæreticos inſtituunt hære-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

des. ex 1 actione Synod. V. *d. c. ſanè profertur. §. 3. 24. q. 2.* Ex *Concilio Africano* quoque refertur in *c. ſi quis Epiſcopus. extr. d. hæret.* Epiſcopum vitâ jam defunctum excommunicari, ejusque nomen inter Dei ſacerdotes aboleri, ſi heredes inſtituerit extraneos à conſanguinitate ſuâ vel hereticos conſanguineos: quem errorem Synodus Carthaginenſis approbavit, ut clarè teſtatur *Gloſſ. ad c. ſi quis Epiſcopus*, imitata procul dubio hac in parte Regem Erebi Plutonem, qui inter dæmones etiam omnibus umbris iraſcitur; vel ipſas hyænas quæ mortuos inſectari atque arrodere ſolent.

Nemo eſt, qui hic errores maximos ac inſaniam cum impietate conjunctam non videat ac deprehendat, cum hæc Concilia, ipſis ſacrificulis concedant, in ipſos etiam mortuos anathematum ſuorum venena ut exſpuant, cum in eoſdem excommunicatio nulla cadere poſſit, ſatis enim ſuâ morte ſunt excommunicati, ſi impiè vixerant, & in impietate ſua ad vitæ exitum perſeveraverant, arbor quippe quæ bonos fructus non fert exciditur & in ignem conjicitur. *Matth. 3. verſ. 10. & cap. 7. v. 19. Marc. 1. verſ. 8. Luc. 3. v. 9.* Porro excommunicatio eſt extra communionem Eccleſiæ viſibilis ſeparatio. *c. nihil. c. canonica. 11. q. 3. c. viduas 27. q. 1. c. tam ſacerdotes. 24. q. 3.* ſive intelligatur de minori ſive majori. *c. ad menſam. §. evidenter. 11. q. 3. c. Engeltrudam. 3. q. 4. c. præſenti 5. q. 2.* Mortui verò,

verò, in Eccleſia viſibili non ſunt, niſi etiam mortui quâ mortui, ſimul etiam ſint vivi & adhuc in his terris ſuperſtites, abſurdum. Igitur abſurdum imo plus quam erroneum quoque erit eoſdem excommunicare. Crimina etiam ratione ipſius hominis morte extinguuntur. *l. ult. Cod. ſi reus vel accuſ. mort. fuer. l. publica 3. ff. d. publ. jud. c. quorundam. Diſt. 23. & c. 1. 23. q. 2.* Ideoque reo defuncto, judex ulterius progredi non debet. *l. defuncto. 6. ff. d. publ. Iudic. l. publica. 3. ff. eod. l. pupillum. 111. §. fin. ff. d. R. I. Arg. l. 2. Cod. ſi reus vel accuſ. mort. l. ult. Cod. ad L. Iul. Maj. Arg. l. aut privatim. ff. ad SC. Turpil. l. libellorum 3. §. ſi accuſator. 4. ff. d. accuſat.* Pœnæ enim conſtituuntur in emendationem hominum: emendari autem, quem mors ſubduxit, nequit. *l. publica. 3. ff. d. publ. judic. l. ſi. pœna. 20. l. crimen 26. ff. d. pœn. l. ult. ff. ad L. jul. Majeſt. l. 1. in fin. ff. d. requir. vel abſ. damnat. l. ſi is qui. 3. l. defunctis. 5. l. ult. Cod. ſi reus vel accuſ. mort. fuer.* Ergò etiam poſt mortem nulla excommunicatio, nulla vitæ emendatio, locum habebit.

Et quamvis Gloſſ. & Summator *dict. can. ſi quis Epiſcopus. extr. d. hæret.* errorem excuſare & aliter quam verba patiuntur interpretari velint, quod ſcilicet, in dicto canone præſumatur Epiſcopum hæreſin aluiſſe, dum hæreticum inſtituit hæredem; ſed cum ejusmodi palpones errrorem delinire deſiderant, hoc ſaltem agunt, quod errores erroribus cumu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

lent. non oportebat enim, propter lubricam facti ſuſpicionem crudeliter in mortuum debacchari, eumque indigno anathematis fulmine verberare, inſuper nomen ejus ex ordine ſacerdotum Dei delere; Expreſſè huic fœdiſſimo errori contradicit Innocentius III. vetans propter ſolam ſuſpicionem, quamuis vehementem, hæreſeos aliquem condemnari, *c. literas veſtras. extr. d. præſumpt.*

Tædet pluribus illum errorum catologum ex Conciliis natum pertexere, interim cum Pontificii ac canoniſtæ, totius cauſæ fundamentum, in conciliis & Eccleſiæ Romanæ traditionibus, (ita enim loquitur *c. ſanè profertur* §. *2.* & *3. 24. q. 2.*) quæ ex conciliis pendent, poſitum habeant, cogor, brevibus tamen, alios errores, ſed magis impios, craſſos, ac plenè ſuperſtitioſos, ex canonum ſerie deducere ac monſtrare. Eſt igitur illud turpi cum errore conjunctum, quod *Concilium Carthaginenſe* IV. decrevit, Clericum pœnitentem, quamvis ſit bonus, non eſſe ordinandum, aut ſi per ignorantiam Epiſcopi ordines acceperit eſſe à Clero deponendum, *c. ex pœnitentibus. Diſt.* 50. Hoc ipſum exaſperat *Concilium Carthaginenſe* V. cum ſtatuit, nulli clericorum pœnitentiam agere concedendum eſſe. *c. illud quoque. Diſt. 50.* Qui canones cum planè impii ac abſurdi ſint, illis ſe opponit *Concilium Agathenſe* II. *cap. 3.* his verbis: Contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiſerit ab Epiſcopis corrigantur, & ſi qui prioris gradus

gradus elati ſuperbiâ, communionem fortaſſe contempſerint, aut Eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur, ita ut cum eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula, gradum ſuum dignitatemque recipiant. *c. contumaces. Diſt. 50. junct. c. & purgabit. eod.* Approbat hoc ipſum *Concilium Martini Papæ cap. 27.* quod proponitur, *c. ſi quis Preſbyter. d. Diſt. 50. junct. c. Johannes. & c. ponderet. eod. Synodus Nicena II.* ſeu univerſalis VII. Novatianos & ſchiſmaticos ad Eccleſiæ communionem non tantum accepit, ſed priſtinis ordinibus reſtituit. *c. ſi qui voluerint. 1. q. 7. junct. c. Daibertum. c. per illicitam. eod. c. didici. §. cognovi. eod. & cap. convenientibus. §. item Taraſius. eod.* Idem etiam *Synodus Carthaginenſis* III. *cap. 39.* apertè fatetur ac ſtatuit. *c. ſcenicis. Diſt. 11. d. conſecr.* Nec errore caret quod *Concilium Ilerdenſe cap. 1.* conſtituit, ut clerici qui in obſidionis neceſſitate poſiti fuerint, hoſtilem ſanguinem fuderint, duobus annis tam officio, quam communione corporis Domini priventur, ita ut his duobus annis, vigiliis, jejuniis, orationibus, ac eleemoſynis pro viribus, quas Dominus donaverit, expientur: & ita demum officio vel communioni reddantur: eâ tamen ratione, ne ulterius ad officia potiora promoveantur. *c. de clericis. 30. Diſt. 50. Iunct. c. hi qui altario. 15. q. 8.* Hic clerici qui ſanguinem fuderint hoſtilem etiam in extremâ neceſſitate duobus annis

communione corporis Domini privantur, quamvis mox veram agant pœnitentiam, error futilis: Eccleſia nulli claudit gremium redeunti. *c. ſuper eo extr. d. hæret. in 6.* Ipſumque jus Canonicum pœnitenti reditum, ſemper & quocunque tempore offert. *c. agnovimus 26. q. 5.* Porro quid fieret ſi à communione excluſus nec Eccleſiæ reconciliatus intra definitum biennium è vivis diſcederet: verendum certè foret, ne ſanguis pereuntis eſſet redundaturus in caput ipſius qui ad communionem peccatorem non admiſit; aliud nos docuit Chriſtus qui latronem in agone mortis pænitentem ſuâ gratiâ amplexus eſt. *Luc. 23. v. 42. 43.* Nec rationem video quamobrem ad officia potiora poſt pænitentiam actam promoveri non poſſint, aliud rurſus docuit *Concil. Nicen. 11. dict. c. convenientibus. 1. q. 7.*

Qua ratione quibus etiam fundamentis defendi poſſit, quod in *Concilio Africano* concluſum eſt, planè non video, ut ſcilicet altaria evertantur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum ſeu Sanctorum conditæ probantur. *c. placuit ut altaria c. Eccleſiam. Diſt. 1. d. Conſecr. junct. c. non oportet. eod.* Tanquam putrida oſſa ſanctitatem loco adderent. Erroneum quoque eſt quod *Concilium Epaunenſe* ſeu *Hypponenſe* approbat, quod altaria ſi non lapidea fuerint, Chriſmatis unctione non conſecrentur. *c. altaria Diſt. 1. de Conſecrat.* Inſanos ſacrificulos! Jam ſanctitatem ſuam in lapidibus collocant, tanquam altaria

aria, ſi quid ſecum ferrent, ex auro, lignis, vel aliâ materiâ facta, ipſorum miſſis non ſufficerent, cum tamen altaria in veteri Teſtamento, de lignis Sittim eſſent fabricata. *Exod.* *38. v. 1.* Et terrea reperiebantur, *Exod. 20.* *v. 24. & cap. 27. v. 8.* & aurea, *3. Reg. 7.* prohibet quoque ipſum jus canonicum talia fabricari altaria, *c. gloria. 12. q. 2.* Imo etiam praxis Pontificiorum hodierna *dict. c. altaria.* reclamat, cum altare in baſilica S. Johannis Lateranenſis Romæ ligneum ſit. Non procul à riſu abſum, cum ſuperſtitioſa illa lego quæ ſtatuta ſunt, 1. in *Concilio Aurelianenſi. c. 3.* his verbis: Eccleſiam in qua paganus ſeu hereticus ſepultus non liceat conſecrare, neq; miſſas in eâ celebrare ſed jactari foras & mundari oportet *c. Eccleſiam Diſt. 1. d. Conſecr.* 2. In *Concilio Agrippinenſi 6.* Idem confirmans his verbis: Eccleſiam in quâ mortuorum cadavera infidelium ſepeliuntur, ſanctificare non licet: ſed ſi apta videtur ad conſecrandum, inde evulſis corporibus, & raſis parietibus, vel tignis ejus loci, reædificetur: ſed ſi hæc conſecrata, ante fuerit, miſſas in eâ celebrare licet: ſi tamen fideles fuerint, qui in eâ ſepulti ſunt. *c. Eccleſiam. dict. Diſt. 1. d. Conſecr.* Præter ridicula illa quod parietes vel tigna Eccleſiæ in quâ paganus ſepultus eſt, mundari, ſeu ut canon loquitur, radi debeant, tanquam paganiſmus vel ſchiſma etiam tignis ac parietibus adhæreret, quod aliàs fortè ſacrificuli miſſam inquinaret, res ſanè riſu digniſſima, ad peſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſimam carnificinam patres illi boni, ſe convertunt, ut in cadavera & oſſa ſævire, ſeu in ipſorum mortuorum cineres ac manes crudeliſſimè graſſari, eoſdem è ſuo loco, quem nec natura negavit, evellere, ac inde ejicere audeant. Ejuſdem fermè ſortis eſt, quod *Concilium Vrbicum* II. concluſit, ſcilicet quod in altari in quo Epiſcopus miſſam cantavit, presbyter eodem die aliam celebrare non præſumat, *c. in altari. Diſt. 11. d. Conſecr.* de quo alibi, occaſione datâ. Porrò ignoro quo colore emaculabitur error *Concilii Viennenſis* univerſalis, in quo certæ indulgentiæ ſunt iis conceſſæ, qui in feſto corporis Chriſti, vel poſt octavam Pentecoſtes, in miſſarum ſolennibus & horis canonicis ſe devotos præbuerint, qui matutinis feſti interfuerint, eis centum dierum peccata relaxantur: qui verò Miſſæ, totidem; qui verò in primis iſtius feſti veſperis interfuerint, ſimiliter centum: Qui in ſecundis, totidem. Illis verò qui primæ, tertiæ, ſextæ & nonæ ac completorii officiis interfuerint, pro qualibet horarum ipſarum quadraginta: Illis autem qui per octavas illius feſti matutinalibus, veſpertinis, Miſſæ, ac prædictarum horarum officiis interfuerint, centum dies ſingulis octavarum ipſarum diebus, *additâ clauſulâ*, de omnipotentis Dei miſericordiâ ac beatorum Apoſtolorum ejus, Petri & Pauli authoritate confiſi, de injunctis ſibi pænitentiis relaxamus. *c. unic. circ. fin. d. reliqu. & venerat. Sanct. Clement. III.* Nihil hic

c addo, quilibet ſanus novit Petrum vel Pau-
m ſimilium indulgentiarum mentionem nuſ-
ıam feciſſe, nec literarum ſaltem apicem
ıquam de iiſdem ſcripſiſſe, ſed ſolus Cle-
ıens V. cum in dicto *Concilio Viennenſi*
ræſidebat, erat & Petrus & Paulus ſed adul-
rinus.

Hic me ſiſterem nec plura de abſurdis illis
: erroribus plenis Pontificum conciliis mo-
erem niſi pennam revocarent impiæ illæ ac
ıperſtitioſæ delinquentium pœnæ ac nefandi
rrores inter quos primum ſibi locum vendicat
Concilio Triburienſi cap. 10. profectus, his
erbis: Nobilis homo, vel ingenuus, ſi
ı ſynodo accuſetur & negaverit, ſi eum con-
iterit fidelem eſſe, cum duodecim ingenuis
: expurget: ſi antea deprehenſus fuerit in
ırto, aut perjurio, aut falſo teſtimonio, ad
ıramentum non admittatur, ſed (ſicut qui
ıgenuus non eſt,) ferventi aquâ, vel can-
lenti ferro ſe expurget. *c. nobilis. 2. q. 4.* Huic
rrori ac ſuperſtitioni conſenſum ſuum tribuit
Concilium Moguntium ſub Rabano, *cap. 24.*
ujus hæc ſunt verba: Qui Presbyterum
occiderit, duodecim annorum ei pœnitentia
ecundum canones imponatur: aut ſi negave-
it, ſi liber eſt, cum ſeptuaginta duobus juret,
i autem ſervus, ſuper duodecim vomeres fer-
entes ſe expurget. Convictus verò noxæ,
ıſque ad ultimum vitæ tempus, militiæ cin-
ulo careat, & abſque ſpe conjugii maneat.
., qui preſbyterum, 17. q. 4. Inter horum
Conci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Conciliorum errores primus eſt, quod, homicidium de quo conſtat expiatur pœnitentiâ duodecim annorum. II. Plures temerè jurare jubentur ſive in cauſa homicidii ſive ſimplicis accuſationis. III. Servus ſe expurgare jubetur per vomeres ardentes, deprehenſus verò in furto aut perjurio ferventi aquâ vel candenti ferro expurgandus erit. Hæc ſingula tam divinis quam humanis legibus directò reluctari quilibet videt. Propterea cum hæ res nimium extra veræ rationis limites exorbitare viderentur, ejuſmodi probationes ac tentamina, ut frivola ac ſuperſtitioſa, divinamque majeſtatem tentantia ceſſare juſſit, Gregorius III. his verbis: Vulgarem denique ac nullâ canonicâ ſanctione fultam legem, ferventis ſcilicet ſeu frigidæ aquæ, ignitique ferri contactum, aut cujuslibet popularis inventionis (quia fabricante hæc ſunt omnino ficta invidia,) nec ipſum exhibere, nec aliquo modo te volumus poſtulare, imò Apoſtolicâ authoritate prohibemus firmiſſimè.. *c. Mennam. § purgationem 2. q. 4. Arg. c. quanto. c. qua de cauſa & ſeqq. eod. junct. tot. tit. d. Purgat. vulgar.* Aliud etiam medium excogitavit *Concilium Triburienſe, cum in hæc verba ſcribit:* Qui Subdiaconum occiderit CCC ſolidos componat, qui Diaconum CCCC. qui presbyterum DC. qui epiſcopum, DCCCC. qui Monachum, CCCC. *c. qui ſubdiaconum. 17. q. 4. c. preſbyteri. extr. d. pœn.* Nam ubi antea, *dict. c. qui preſbyterum. 17. q. 4.* tot anno-

rum

um pœnitentia ei injungebatur, qui bresby-terum occideret, vel ſi factum negaſſet ac ho-mo liber eſſet cum ſeptuaginta duobus juraret, in ſervus ſuper duodecim vomeres ferventes ſe expurgaret; hic verò in *dict. c. ſubdiaconum* DC. ſolidorum ſolutione liber eſt. Et ne ali-qua detur exceptio quo minus homicida ſolutâ pecuniâ liber ſit, idem *Concilium Triburienſe. c. 5.* generaliter definit his verbis: Omnes presbyteri interfectores compoſitione Epiſco-pi ad cujus parochiam pertinent, ſolvan-tur: Ita videlicet ut medietatem Werigeldi ejus epiſcopus utilitatibus Eccleſiæ, cui præ-eſt, tribuat & alteram medietatem in elemo-ſynam illius juſtè diſpertiat, quia nullus nobis ejus hæres proximior videtur. *c. omnes presby-teri. dict. c. 17. q. 4. junct. c. presbyteri. extr. de pœn. Arg. c. accuſatio 2. q. 7.* ſed:

Auditum admiſſi riſum teneatis amici,
Quis cœlum terris non miſceat, & mare cœlo.

Scilicet hæc ſunt infallibilia iſta Conciliorum ſtatuta, & ſcriptis Prophetarum ac Apoſto-lorum certiora, quæ veritatem redolent om-nibus numeris abſolutiſſimam. ô impuden-tiam audaciam! ô Conciliorum mangones! ubi veſtrum judicium, rationis uſus, pietas? Præterim ad alia pergam.

In pœna homicidii craſſè erravit *Concilium Ancyranum, cap. 22. §. eos verò. 7.* ſtatuens, ut qui non voluntate ſed caſu homicidium fe-cerit, ſecundum regulam priorem ſepten-nium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

nium, ſecundum verò regulam poſteriorem per quinquennium communioni non ſocietur. *c. eos vero. Diſt. 50.* Eundem errorem ſequitur *Concilium Eliberitanum. c. 5. 9.* volens, ut ſi qua fœmina zeli furore accenſa, flagellis verberaverit ancillam ſuam, ita ut intra tertium diem animam cruciatu effundat, eò quod incertum ſit, voluntate an caſu occiderit: ſi voluntate, poſt ſeptem annos: ſi caſu, poſt quinque annorum tempora (actâ legitimâ pænitentiâ) ad communionem placuit admitti, &c. *c. ſi qua fœmina. Diſt. 30. junct. c. ſi eccleſia. & c. qui peccat. in fin. 23. q. 4.* Ridicula eſt homicidii pæna, quam Patres *Concilii Maticenſis* excogitarunt, *ibi cap. 6.* Si quis homicidium fecerit, ſi Epiſcopus eſt, XV. annos pæniteat & deponatur, cunctos quoque dies vitę ſuæ peregrinando finiat. Presbyter XII. annis pæniteat, tres ex his in pane & aqua: & deponatur Superioris ſententiâ. Diaconus X annis pæniteat, tres in pane & aquâ & ad gradum cujuslibet ſacerdotii accedere non præſumat. *c. ſi quis. dict. Diſt. 50.* Nihil hic addo errores manifeſti ſunt.

De numero teſtium, quot ſcilicet ſufficiant, ut Clericus alicujus criminis convincatur, mirè variat *Synodus Moguntina*, tempore Arnulphi Imperat. celebrata. *Ibi*: Præſul non damnabitur niſi cum LXX. teſtibus: (nec præſul ſummus à quopiam judicabitur, quia ſcriptum eſt non eſt diſcipulus, ſupra magiſtrum) Preſbyter autem Cardinalis, niſi XLIIII. teſti-

ſtibus non damnabitur; Diaconus verò Car-nalis Urbis Romæ, niſi XXVII. teſtibus on condemnabitur. Subdiaconus, Acolytus, xorciſta, Lector, Oſtiarius, niſi ſeptem te-bus convictus fuerit, non condemnabitur. *c. æſul. 2. q. 5.* Huic rurſus contrariatur *Con-l. Braccharenſe. 11. cap. 6. ibi:* Placuit, ut ſi ris aliquem clericorum in accuſatione forni-tionis impetit, ſecundum præceptum Pauli poſtoli duo vel tria teſtimonia requirantur ab o *c. placuit. 2. q. 5. junct. c. licet univer-. extr. d. teſt. & atteſtat. c. veniens. extr. d.* Quapropter ſubjungitur in notis ad *dict. præſul.* Etiam in concilio Romano ita ſanci-m eſſe, contra expreſſam legem tam divinam, iam humanam, quæ tribus vel duobus teſti-is contenta eſt, eoſque ſufficere ad Pontifi-m Romanũ & Imperatorem convincendum atuit, *Gloſſ. in d. c. præſul. 2. q. 5.* Quam opi-onem communem eſſe probat *Marſ. ſing. 47. ſing. 443. Trita. & ſing. 528. Dix. Caſtil. nſ. 7. viſis prius. n. 2. & ſeq. verb. cæterum. bb. Conſ. 16. Ad claram Col. pen. in fin. verb. d nuncquid. lib. 1. Alexand. Conſ. 188. in pr. . 7. & Conſ. 186. viſo proceſſu. in pr. lib. 7. ol. à Val. Conſ. 81. n. 12. & ſeq. lib. 2. Bereus c. at ſi clerici n. 8. d. Iudic. Viv. lib. 1. opin. n. 2. q. 2. Soarez. lit. T. n. 221. Clar. 5. ſent. §. n. q. 66. verſ. ſed quæro. Tuſc Pract. Concl. m. 8. concl. 278. n. 1. 2.* Porrò quærit Gloſſa *d. c. præſul. 2. q. 5.* an etiam ſummus Ponti-x Romanus ſine duplicatione & multitudine

teſtium

teſtium condemnari poſſit? Reſpondet interim, ipſum ſine pluralitate teſtium condemnandum eſſe, imo duos teſtes ſufficere, & i hoc deterioris eſt conditionis (verba ſunt Gloſſæ) quia ipſe ſine comparatione aliorum creatus eſt major, & ideo ſine ſpe veniæ condemnandus eſt ut Diabolus. *Arg. c. principium. Diſt. 11. d. pœnitent.* Me quod ſpectat hic Gloſſæ opinionem libenter approbo, ejusque verba poſtrema vera eſſe cenſeo.

Hic lubens finirem, ſed rurſus occurrunt alia enormia Conciliorum decreta, *Concilium Romanum* ſeu *Lateranenſe* ſub Innocentio III celebratum, Euchariſtiæ cuſtodiam & tranſſubſtantiationem introducit. *c. Statuimus extr. d. cuſtod. Euchariſt. & c. 1. extr. d. ſumm. trin. & fid. Cathol. Concilium Gerundenſe* & *Moguntinum 1.* Voluit ut duo tantum tempora nimirum Paſcha & Pentecoſte baptizandis ſint anniverſaria, & nulla alia obſerventur. *c. duo tempora Diſt. 4. d. Conſecr. c. de catechumenis. eod. & quibuſd. ſeqq.*

Nec de quorundam librorum authoritate conveniunt Concilia, ſiquidem *Synodus Carthaginenſis* ſex iſtos libros, Judith, Tobiæ, Sapientiæ, Eccleſiaſticum, Baruch, & Machabæorum, inter authenticos numerat: *Synodus* verò *Laodicena*, eos ad apocryphos refert, & tamen utraque Synodus eſt approbata tum à Leone IV. *cap. 1. Diſt. 20.* tum à Synodo ſexta, *c. quoniam. Diſt. 16.*

Denique nec in imaginum cultu Concilia

con-

convenire video. Synodus enim ſub Conſtantino Copronimo congregata, imaginum cultum damnavit, Nicæna II. recepit, Francofurtenſis rurſus abrogavit, cum tamen utraque Synodus, tam Nicena quam Francofurtenſis, ſub eodem Pontifice Adriano ſcilicet I. temporibus Caroli Magni celebrata *Plat in vit. Adrian. II.* Rurſus eundem imaginum cultum remanere ac vigorem ſuum priſtinum obtinere voluit, *Concilium* Generale *Lugdunenſe*, ſub Gregorio X. P. M. coactum, his verbis: Cæterum deteſtabilem abuſum horrendæ indevotionis illorum, qui Crucis, B. Mariæ virginis, aliorumque Sanctorum imagines, ſeu ſtatuas irreverenti auſu tractantes, eas in aggravationem ceſſationis hujuſmodi proſternunt in terram, & urticis ſpiniſque ſupponunt, penitus reprobantes aliquid tale fieri de cætero diſtrictius prohibemus. Statuentes ut in eos qui contra fecerint, ultrix procedat dura ſententia: quæ delinquentes ſic puniat graviter, quod alios à ſimilium præſumptione compeſcat. *c. ſi canonici. §. cæterum. de offic. ordinar. in 6.* Idem quoque ſtatuit *Synodus* generalis *VII. Act. 6. c. venerabiles. c. ſextam ſanctam. Diſt. 3. d. Conſecrat. & c. perlatum. eod.*

Iterum de electione Epiſcoporum variant ac ſibi invicem contradicunt Concilia. Nam in *Concilio* univerſali *Nicæno. II.* Concluſum eſt, ut omnis electio Epiſcopi vel Preſbyteri vel diaconi à Principibus facta maneat irrita. *c. omnis electio. Diſt. 63. Concilium* verò *Toletanum* XII.

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

contrarium probavit, placuitque omnibus Pontificibus Hiſpaniæ atque Galliæ, ut licitum ſit Toletano Pontifici, præſules Eccleſiarum ordinare, quoſcunque Regalis poteſtas elegerit. *c. cum longè. dict. Diſt. 63.* Eodemque modo Gregorius I. in ordinatione Pontificis deſiderat voluntatem Principis. *c. quà igitur. dict. Diſt. 63.* Et non Principis tantùm, verum etiam populi conſenſum requirit, *c. quanto Apoſtolica. Iunct. c. plebs Diotrenſis & ſeqq. eod.*

Denique haud minori caret errore, quod ipſi etiam Pontifices ſuorum prædeceſſorum quandoque conciliorum acta reprobarint, & ut falſiſſima ac erroribus pleniſſima, oppoſitis rurſus aliis Conciliis, revocârint, repudiârint ac nihili fecerint. Ita Stephanus VI. quem etiam Stephanum VII. nonnulli nominant, in concilio Romano reſcidit omnia acta Formoſi prædeceſſoris, in quem inſuper adeò crudeliter ac barbarico more deſæviit, ut ex ſepulchro erutum in profluentem dejecerit. Rurſus Johannes X. Romanus, in Concilio Ravennenſi, Formoſi decreta reſtituit, ejus acta recepit, Stephani VI. ſtatuta damnavit ac combuſſit. Etiam contra Adriani III. inſtitutum, legem hanc renovat, ne deinceps Pontifices niſi præſentibus Regis Legatis aut vicariis conſecrarentur. Leo VIII. Johannis XIII. acta veluti nulla ac irrita pronuciat, eundem excommunicat; Johannes viciſſim Leonem deponit, ejus decreta abrogat, Synodum in quâ ordinatus erat, proſtibulum vocat;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

; rurſus, Leo VIII. poſt Johannem mor-
m & Benedictum expulſum, ad pontifica-
n evectus omnia per Johannem facta convo-
o concilio irrita ac erronea declaravit. Jdem
am poſtea factum inter Pontifices ſequentes
exandrum III. & Victorem: Gregorium
& Benedictum, quorum ille Aquilejæ, hic
erracone concilium congregavit & alter alte-
is acta reſcidit ac improbavit. Johannes XXIV.
omæ Synodum convocavit, in quâ decreta
is multa publicare juſſit, quæ omnia Con-
antię ac aliis in locis, oppoſitis rurſus aliis con-
liis, à Benedicto & Gregorio refutantur ac
nprobantur. Quod antea etiam accidit inter
lexandrum V. & Benedictum ac Gregorium
Concilio Piſano, &c. Iulius II. Concilium
ateranenſe, Concilio Cardinalium Piſano
ppoſuit, Leo quoque X. idem præſtitit. *plur.*
id. c. tum ex literis. extr. d. reſtit. in integr. c. ad
nditorem. & c. fin. extr. d. verb. ſignif. in
xtravag. Iohann. XXII. Junct. iis quæ ſcribit
raſm. in annot. ad 1. Cor. 7.

Hæ Conciliorum ἀντιλογίαι, tantæ ſunt, ut
bſque fœdiſſimo alterutrius partis errore
unquam cujuſpiam ingenio vel labore con-
iliari poſſint. Imò & ego defetiſcor penè,
n enormiſſimis illis Conciliorum erroribus
ecenſendis; nec etiam dubito, quin uni-
uique conſtet, concilia non ſemper eſſe
nfallibilia, nec certò & ubique habere gra-
iam S. Sancti aſſiſtentem, ſed quandoque
oſſe impingere ac errare, adeo ut admiratio-
ne di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ne dignum ſit Pontifices ac eorum cultores eò impudentiæ prolapſos eſſe, ut aſſeverare non erubeſcant, concilia in nullo unquam articulo Christianę religionis ac doctrinę erraſſe; leviter tamen excuſari poſſent, cum totius rei fundamentum ac normam in conciliorum ac Eccleſię Romanæ traditionibus collocent, probèque intelligant, toties ipſosmet beatiſſimos ac ſanctiſſimos patres Pontifices Romanos erroris ac craſſi mendacii inſimulari, quoties Concilia ab ipſis approbata erroris arguuntur. Dixi eoſdem leviter excuſari poſſe, cum conciliorum erroneorum decreta defendunt; nam regnum ſuum firmum ac ſtabile cupiunt, nec caput erroneum ac mendax, hoc eſt Pontificem deviantem ſeſe habere ſibi perſuadere poſſunt, interim quâ ratione coram cordatis hominibus, ſuâ conſcientiâ, ac Deo excuſari poſſint, ipſi videant.

Nec eſt quod canoniſtæ, ac gratiæ Pontificum paraſiti hic excipiant, pleraque à nobis recenſita Concilia fuiſſe particularia ideoque tantæ æſtimationis ac valoris non eſſe, propterea ut particularia etiam errare poſſe, cum illa Eccleſiam Catholicam non repræſentent ipſa verò concilia vel univerſalia, vel ab ipſo Pontifice Romano approbata, nunquam erraſſe vel deviare potuiſſe. Interim ipſa etiam Concilia univerſalia Eccleſiam catholicam (ut illi dicunt) repręſentantia, graviter in quibuſdam erraſſe in ſuperioribus oſtendimus. Particularia verò quod ſpectat concilia, quamvis talia ſint,

nt, eorum tamen autoritas minimè aſpernen-
a erit, cum inter canones ſint recepta, & ab
ſis Pontificibus non modo ſæpius approbata,
erum denuò à Gregorio XIII. in principio
Decretorum (his verbis: Iubemus igitur, ut
uæ emendata, & repoſita ſunt, omnia quam
iligentiſſimè retineantur, ita ut nihil mute-
ur, addatur, aut imminuatur) recognita ac
onfirmata. Et cum hæc ſibi fingunt effugia,
: ipſos revera irretitos ac captos reddunt, &
Carybdin vitantes, in apertiſſimam ſcyllam ſeſe
ræcipitant. Nam quoties particularia Conci-
a ſuggillant, toties ſuos Pontifices erraſſe fa-
entur, à quibus hæc inter canones ſunt relata
c comprobata, atque ita eâdem reſponſione
bi ipſis contrariantur ac proprios canones
pertè evertunt, *c. non nos. Diſt. 40. c. alio-
um. 9. q. 3. c. ſi Papa. d. Diſt. 40. c. diſpoſuit.
xtr. d. conceſſ. preb. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*
Cum Papæ ſtatutum debet reputari tanquam
b ore Dei vel beati Petri eſſet prolatum. *c.
oncilio. Diſt. 19.* Nec Pontifices ſuos ſaltem
rroris inſimulant, verum etiam meri mendacii
rguunt Gregorium XIII. Pont. Max. qui non
nodo univerſalium, verum etiam particula-
ium conciliorum decreta quotquot jure cano-
ico continentur, ab omni errore eximit, cum
n præfatione quam juri canonico *die 1. Iul. An-
no 1480.* ac poſtea *2. Iunii 1582.* præmiſit, aper-
è gloriatur, ſe revidendi, corrigendi ac expur-
gandi demandaſſe curam eorum quæ Catholi-
cæ veritati contraria fuerant, ipſumque decre-

tum abſque Gloſſis jam totum emendatum & correctum exiſtere.

Nec eſt quod Canoniſtæ aliam ſe ſubducendi viam quærant, ſcilicet pleraque hactenus à nobis enumerata concilia fuiſſe illegitima, eo quod Pontifex vel iis non interfuerit vel legatum non miſerit. Nullum enim concilium ratum eſſe contendunt, quod Pontificis authoritate non fulciatur. *c. regula. c. nec licuit. c. multis. & ſeqq. Diſt. 17.* Aſt vana illa ſunt; nemo enim niſi ſtolidus ſibi perſuadebit, putridi cujuſdam monachi præſentiam, tantam concilio firmitatem ac veritatem conciliare poſſe, tanquam Spiritus ſanctus, apud pios proboſque patres ad concilium vocatos, nihil operaretur, nec ipſis ſuâ gratiâ adeſſet, niſi mediatè per Pontificem ejuſque legatos dona ſua ibi diſtribueret, ipſoſque in omni veritate ambulare doceret, cum tamen Chriſtus promiſerit Spiritum S. omnibus verâ fide eum petentibus, *Act. 2. v. 4. Luc. 12. v. 11. 12.* Et ubi duo vel tres in nomine ejus eſſent congregati, ibi ſe in medio illorum eſſe velle, pollicitus ſit, *Matth. 18. v. 20.* Quodque duo in nomine Chriſti peterent, illud ipſis mox à patre daretur, *dict. c. 18. v. 19.* Quibus in locis Chriſtus ſuis fidelibus Spiritum Sanctum ſine præſentiâ & præſidio Pontificis Romani promittit.

Deinde ſi conciliis tanta autoritas ac certitudo ex illius accederet præſentiâ, concilia ante Pontificatum habita, Spiritus S. gratiâ caruerunt, quod neutiquam dici poteſt. Vel, ſi fortè

ejus præſentia, tantæ eſt virtutis, ut mox
ncilio aſſiſtentem Spiritus ſancti gratiam ac-
irat, procul omni dubio Concilium Iudæo-
n, quo Chriſtus ſalvator noſter, indigno a-
bisſimæ mortis ſupplicio fuit ſubjectus,
atth.26.v.66. & *cap.27.v.1.12.26.Marc.*
.v.1.Luc.22. v.66. &c. circumfuſam ac
nitus aſſiſtentem non habuit S.S.gratiam pro
er ſummi ſacerdotis in eodem præſentiam,
atth.26. v.3. Abſurda ac planè impia illa
nt, ergo nec minus abſurdum erit dicere,
ntificem Romanum tantam concilio autori-
tem ac infallibilem certitudinem ſuâ vel ſui
gati præſentiâ conciliare poſſe. Præterea, ſi
nnis autoritas ac conciliorum veritas,à Ponti-
is Rom.præſentiâ dependeret,tantis ſumpti-
s ac moleſtiis diverſos è diverſis mundi parti-
s homines doctos convocare, qui concilio
tereſſent, ac de variis dubiiſque quæſtionibus
igionis ſtatum concernentibus,deliberarent,
quid certi in hac vel illâ controverſia ſtatue-
nt, opus non eſſet, cum omnia ex ore Pon-
icis Romani determinari poſſent.

Denique, ſi omnia concilia in quibus Papa
omanus præſens non eſt, ſunt illegitima, ac
opter ejuſdem abſentiam Spiritus ſancti gra-
a deſtituuntur, quid dicendum, ſi durante
oncilio Pontifex hominis conditionem expe-
atur, diemque ſuum obierit, anne mox con-
ium antea ab ipſo coactum, jam ſede vacan-
, Spiritu Sancto privabitur? Vel ſi plures
erint Papæ vel antipapæ, quod multoties

factum fuiſſe hiſtoriæ teſtantur, à quonam igitur tum gratiam Spiritus ſancti præſtolabitur concilium? Quid judicandum ſi Papa fuerit fæmina? qualem Johannem VIII. fuiſſe, annales referunt. Quid ſi ſcortator? qualem Paulum II. Sixtum IV. Pium IV. Quid ſi inceſtuoſus? qualem Alexandrum VI. Paulum III. Quid ſi adulter? qualem Damaſum I, Johannem VI. Landum unicum. Benedict. V. Greg. VII. Johann. XXIV. Paul. III. Quid ſi Sodomiticus? qualem Iulium III. Vel, ſi magicus? qualem Sylveſtrum II. Joh. XIX. Joh. XX. Bened. IX. Gregor. VI. & VII. Paul. II. Quid ſi Planetarii ac arioli? qualem Greg. VII. Johann. XXII. Paul. III. Marcell. II. Vel ſi hæreticus? qualem Zepherinum, Marcellinum, Tiberium, Anaſtaſium, alioſque fuiſſe ajunt ac probant annales & Hiſtorici. *Vid. Plat. in vit. dd. Pont.* Quid ſi incarnatus diabolus? quo nomine Conſtantienſe concilium appellat Joh. XXIII. Si inquam tales fuerant Pontifices ac conciliorum Præſides, quid de eorum certitudine, autoritate ac infallibili veritate dicendum erit, quilibet facilimè videt. Anne igitur concilia cum præſentiâ horum Pontificum eſſent munita, errare neutiquam poterant? *c. multis. d. c. non licuit. & ſeqq. Diſt. 17.* Certo certius equidem mihi perſuaſum habeo, tales præſides ſanctitatem ac S. S. gratiam ipſis Synodis minimè conciliaſſe. Mihi igitur certiſſimum eſt atque erit, immotumque manebit, concilia,

ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſive univerſalia, ſive particularia ſpectes, aliquid contra expreſſum Dei verbum ejuſque mentem ſtatuentia, ac ex fictis, quibuſdam traditionibus vel ementitis quorundam raſorum canonibus, novos aliquos fidei vel doctrinæ Chriſtianæ articulos fingentia, vel ſtatum quendam hierarchicum, contra omnem veritatem ad unius Romani Alaſtoris abſolutum imperium ædificandum introducentia; non loqui ex Spiritu ſancto, ac propterea revera erraſſe, ac errare potuiſſe, ſive Pontificis illius Romani autoritate ſtipata fuerant, ſive eâdem penitus caruerunt.

CAP. XI.

De Papæ occupatâ Tyrannide in Republicâ.

NEc ſufficere potuit Romano Pontifici, ut ementitis quibuſdam titulis, ac fictis canonibus, ſibi in Eccleſia primatum vendicaret, quo pro lubitu, quæ ſacra concernerent ſolus moderaretur ac dirigeret; ſed nefario quiopiam auſu, ac deteſtabili prorſus audaciâ, etiam ſacra Principum violavit, ac in ipſorum jura, vi, dolo, fraude, hypocriſi, injuſtis uſurpationibus, ac machinationibus involavit; dominium ac jus in Reges & principes, contra expreſſam Dei legem, ac poteſtatem eos de ſolio ſuo etiam ob leviſſimam fictamque cauſam deturbandi ſibi conſtituit ac reſervavit, quodque ſolus præſtare non potuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

diu per ſuos emiſſarios ac cynædos effecit, ut quod ejus immenſæ deeſſet ſuperbiæ, illi figmentis ſuis ſupplere hactenus conati ſint, atque ita Choragum ſuum, Deum in terris conſtituunt, ac alterum Athlantem, qui cœlum humeris ſuſtinere creditur, eſſe volunt, & in præcipuis mundi negotiis auctorem fieri deſiderant, ut:

Oraclo vocis mundi moderetur habenas,
Sic merito in terris dicitur eſſe Deus.

Imo ex inſanâ mentis libidine, tanto verborum apparatu, ac horrendis mendaciis abominandam Papæ potentiam comminantur, ut Imperatores, Reges & Principes non ſolum contemnant, verum etiam quod ſcythicâ barbarie immanius, eoſdem pro famulis, vaſallis, lictoribus ac executoribus Pontificis Romani habeant; quod ut facilius obtineant, ſuos canones illi rei fidem ac certitudinem addere poſſe autumant, atque ex iiſdem ut ex Jovis cerebro, quælibet etiam exactiſſima, quibus hoc probent, ſibi pollicentur. Nam de neceſſitate ſalutis eſt credere, Papæ Romano omnem ſubeſſe creaturam. *c. unam ſanctam. §. fin. extr. comm. d. Maj. & obed.* Cujus ſedis dignitas toto orbe eſt facta venerabilis. *c. aliorum. 9. q. 3.* Qui omnia jura in ſcrinio pectoris ſui recondita habet. *c. licet Romanus. extr. d. conſtit. in 6.* Cui terreni Imperii jura ſunt conceſſa. *c. unic. extr. Joh. XXII. Ne ſed. vacant. aliq. Arg. c. hac conſtitutione. extr. d.* Offic.

Offic. deleg. in 6. c. in apibus. 7. q. 1. Cum totius mundi obtineat Principatum. *Gloſſ. c. unic. extr. d. ſtat. Regul. in 6. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. proëm Bonif. VIII. in lib. 6. decr. c. 1. & 2. diſt. 21. c. damnamus. extr. d. ſumm. Trinit. & fid. Cathol. c. unic. extr. eod. in 6.* Quo nullus in terris major. *c. licet. extr. d. elect. & elect. pot.* Non enim homo eſt. *c. quos Deus. 33. q. 2. & ibi Gloſſ. c. fundamenta. extr. d. elect. & elect. pot. in 6. & ibi Gloſſ. verb. nec ulli ſubeſſet homini. c. quanto. extr. d. tranſ. Epiſc.* Nec ut homo terrena hæc, ſed ut verus Deus adminiſtrat. *c. ad Apoſtolica. §. nos itaque. extr. d. Sent. & re jud. c. inter corporalia. extr. d. tranſl. Epiſc.* Ac propterea ſuper gentes & regna eſt conſtitutus. *c. 1. extr. d. Conſ. c. alius. 15. q. 6.* Omnique humanæ creaturæ imperat. *c. unam ſanctam. extr. comm. d. maj. & obed.* Poteſt transferre imperia de gente in gentem. *Clement. paſtoralis. d. re judic.* Regna omnia & imperia confert ac transfert. *c. ad Apoſtolica. extr. d. ſent. & re judic. in 6. c. alius. 15. q. 6.* Gentes & regna evellit ac deſtruit, ædificat & plantat. *c. ſolita benignitatis. §. potuiſſes. extr. d. maj. & obed.* Idque ſecundum poteſtatis ſuæ plenitudinem. *c. 2. extr. d. re judic. c. duo ſunt. Diſt. 96.* Quâ, de jure ſupra jus diſpenſare poteſt. *c. propoſuit. extr. d. conceſſ. præb. c. lector. Diſt. 34. c. de multis in fin. extr. d. præb. c. ut conſtitueretur. Diſt. 50.* Idque propter Reipub. utilitatem. *Arg. c. diſpenſationes. e. tali conjugio.*

c. exigunt. 1. q. 7. Vel ſaltem burſæ Romanæ repletionem, ut loquitur. *Gloſſ. ad c. unic. extr. comm. d. dol. & contum. Arg. c. monet. 24. q. 1.* Illi propterea omnes Reges & Principes terræ cæterique homines ſubſunt. *c. omnes. extr. d. maj. & obed. c. 1. extr. comm. d. conſuet.* Ipſique Imperatores & Reges ſua ſubmittent capita. *c. novit. §. non igitur. extr. d. jud. d. c. alius. 15. q. 6.* Cum omnem quam poſſident poteſtatem ab eo habeant. *d. c. novit. extr. d. judic.* Itaque vacante imperio aliiſque regnis, ipſi jus adminiſtrationis ac inſpectionis iſtius vel illorum competit & illi hiſque in Imperio ac regnis ſuccedit. *c. licet ex ſuſcepto & ibi Panorm ac Dd. extr. d. for. comp. Clement. Paſtoralis. §. fin. & ibi Dd. d. ſentent. & re judic. in 6. c. 1. extr. comm. d. conſuet.* Et vacante imperio ipſe competens Judex eſt. *c. ex tenore. c. licet. extr. d. for. comp.* Ac ad illum ejuſdem juriſdictio, regimen & diſpoſitio devolvitur. *c. unic. extr. Joh.* XXII. *Ne ſed. vacant.* Itaque etiam pro lubitu Imperatorem alioſque Reges deponere poteſt. *c. ad abolendam. extr. d. hæret. c. ad Apoſtolicæ. extr. d. re judic. in 6. c. alius. 15. q. 6. Thom. Camp. in diſc. d. Monarch. Hiſp. c. 5. Azor. Inſt. moral. lib. 10. cap. 2. part. 2. c. venerabilem. extr. d. Elect. & elect. pot.* Eoſque compellit juſtitiam facere. *c. adminiſtratores. 23. q. 5.* Et jus canonicum obſervare. *c. 2. extr. d. for. comp. c. licet. extr. d jurejur. c. decernimus. extr. d. Sent. excomm.* Solus enim ille eſt judex

dex omnium, quamvis ad ipſum non appelletur. *c. conqueſtus. 9. q. 3.* Cujus mandatum eſt adimplendum quamvis ſit impoſſibile. *c. in memoriam. Diſt. 19.* Ille ſententiam quæ per ſe valida non eſt, ſua confirmatione validam reddit. *c. hæc quippe. 3. q. 9.* Illegitimos legitimare poteſt. *c. per venerabilem. extr. qui fil. ſunt legit.* Ac famæ infamatos reſtituit. *c. Euphemium. §. hinc colligitur. 2. q. 3.* Nemini tamen de ejus judicio diſputare licet. *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.* Inter quem & veros mundi Monarchas nulla fermè eſt comparatio, nam quanto Sol ſuperat Lunam, tanto Papa ſuperat Imperatorem. *c. fundamenta. extr. d. elect. & elect. pot. in 6.* Et, quanta inter ſolem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia. *c. ſolitæ benignitatis. extr. d. maj & obed.* Igitur cum terra ſit ſepties major Luna, Sol autem ſepties major terra: reſtat certè ut pontificalis dignitas quadrageſies ſepties ſit major regali dignitate, ut addit, *Gloſſ. ad dict. c. ſolitæ benignitatis. §. præterea in fin. X. d. maj. & obed.* Nec aurum tam eſt prætioſius plumbo, quam regia poteſtate eſt altior dignitas ſacerdotalis. *c. duo ſunt. §. talibus igitur. Diſt. 96.* Sublimitas quippe Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari: Si Regum fulgori compares, & Principum diademati, longè erit inferius, quam ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares. *d. c. duo ſunt. §. talibus eod.*

Hæc & alia fermè innumera ipſi canones

ci attribuunt; nec minora ſunt, quæ Pontifici cum adulatores, canoniſtæ, eidem adſcribunt, ſaltem quędam illorum adſcribam, omnia enim nec integra volumina caperent. In Papa igitur omnes ſunt dignitates ideo eſt Imperator, Rex, Dux, Marchio, &c. *Bald. Conſ. 328. Quæritur ſi Rex in fin. n. 11. v. unde verum eſt. lib. 1.* Habet regnum Orbis & Urbis. *Ægid. Bellam. conſ. 48. n. 57. in fin. & n. 38.* Eſt Princeps principum, Dominus dominantium, & Deus in terris. *Bald. conſ. 388. Si princeps. lib. 4. Joh. d. Sylv. in tract. d. benef. in 3. part. q. 8. n. 26. in 15. vol. fol. 6.* Qui, nec Deus eſt, nec homo, ſed medium inter utrumque. *Michaël Vulcur. d. regim. mund. fol. 273. n. 69.* Primus eſt ſuper omnes mortales. *Zabarell. conſ. 137. n. 7.* Papa eſt major omnibus Imperatoribus, Regibus, & aliis dominantibus, & ipſe judicat omnes, & deponit, exigentibus demeritis, & à nemine judicatur, & quod per lucem ſunt ſpiritualia, per tenebras temporalia, & ſicut ſol eſt majus luminare quam luna, ſic deſignatur Papa per ſolem, per lunam Imperator & Reges, *Oldend. Conſ. 69. verb. conſuevit dubitari. ex c. ſolitæ d. maj. & obed. v. præterea.* Omnis juriſdictio temporalis ejus eſt, & in omnem terram eandem exercet, & contrarium dicere eſt ſacrilegium. *Bald. Conſil. 218. petita venia. col. 2. circ. med. lib. 2.* Et hæreticus eſt qui dicit contrarium. *Roland. à Vall. Conſ. 88. n. 7. & ſeq. lib. 1.* Itaque etiam Imperator ſubeſt Papæ, quia eſt fidelis Eccle-

ſiæ

iæ Romanæ, & ei jurat fidelitatem, nec po-
eſt aliter confirmari vel coronari. *Bald. Conſ.*
353. præſupponendum eſt in pr. lib. 1. Ubi,
quod Papa major eſt, & non habet parem
etiam reſpectu temporalium, & in terris Ec-
clefiæ, jurat Papæ nullam exercere debere ju-
riſdictionem. *Clem. Rom. d. jurejur.* Quia
Papa omnem habet juriſdictionem habitu, Im-
perator verò ſaltem nudo exercitio, *Alexand.*
conſ. 24. in fin. lib. 5. Igitur etiam poteſt pu-
nire Imperatorem circa temporalia. *Abb. in*
c. cauſam n. 6. extr. qui fil. ſunt legit. Et eun-
dem deponere. *Bald. Conſil. 333. Bald. in*
l. fin. Cod. d. ll. Peregr. de jur. Fiſc. lib. 1. t. 2.
n. 8. & ſeqq. Ipſiſque Electoribus mandare
ut novum eligant, à ſe coronandum. *Bald.*
Conſil. 328. in fin. n. 10. lib. 1. Imperatorem
quoque deponere poteſt. *Bald. in l. fin. Cod.*
d. leg. Zabar. Conſil. 154. in pr. Ægid. Bell.
in c. ſatagendum. n. 3. 25. q. 1. Quo depoſi-
to, ſeu etiam vacante imperio, plenam habet
juriſdictionem, tam quoad habitum, quam ju-
riſdictionem. *Card. Zabarell. d. Conſ. 154.*
Reſtaur. tr. d. Imperat. q. 90. Nec Imperator
ſolum, verum etiam omnes Reges & Princi-
pes ejus ſubſunt Imperio, *Fel. c. 1. n. 10. d. con-*
ſtit. Troil. Malvic. in Tract. d. Canoniz. Sanct.
in 2. dub. n. 8. 9. & ſeqq. Cum ejus ſint vaſalli
ac clientes. *Bald. in c. paſtoralis. d. reſcript.*
Cui fidelitatem omnino jurabunt. *c. unic. Imp.*
feud. amitt. lib. 2. feud. Papa poteſt transferre
regna & imperia. *Guielm. à Monferat. in tr. d.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſucceſſionib. in pr. n. 30. Ideo penes ipſum eſt auctoritas, unumquemque Principem Chriſtianum corrigendi, *Petrus d. Anch. in c. novit. extr. d. jud. n. 8.* Et deponendi: *Arnold. in repet. c. quoniam. X. d. hæret. in 6. q. 15. n. 33. & ſeqq.* ac de regno expellendi. *Incert. auct. tr. d. pot. ſec. cap. 68. fol. 208. Ant. d. Butr. in d. c. novit. X. d. jud. n. 20. Jul. Clar. in §. fin. q. 35. n. 6. & ſeq. verſ. ſucceſſivè quæro. plenè Franciſc. Ariaſ. d. bell. n. 201. & ſeqq.* Dubium quippe nullum eſt, quin Imperatorem Reges & Principes deponat, ac de ipſis eorumque imperiis pro lubitu diſponat, ita enim ſeparavit regnum Franciæ à Germania: Item Italiam ab Imperio, & omnia poteſt quæ Deus. *Arnold. in repetit. c. quoniam. X. de hæret. in 6. q. 15. n. 33. & ſeqq. Zabar. in Clem. ne Romani. §. irritum. n. 6. X. d. elect. Peregr. d. jur. fiſc. lib. 1. tit. 2. n. 8. & ſeqq.* Nec mirum; cum habeat omnem etiam regalem & imperialem poteſtatem in toto mundo. *Auguſt. d. Ancon. d. Eccleſ. pot. q. 1. art. 7.* Atque hæc omnia credere, de neceſſitate ſalutis eſt. *Felin. c. 1. n. 9. & 10. d. conſtit. verſ. & iſtus etiam adde, Abb. in d. c. novit. n. 13. & n. 15.* Plura & infinita ferè ejuſdem farinæ encomia, quæ vel ipſi Pontifices ſibi affingunt, vel eorum adulatores eis adſcribunt. *vid. ap. Card. Dominic. Tuſch. in ejus Concluſ. Pract. tom. 6. Concluſ. 41. 42. 43. & ſeqq. Concluſ. 64. 65. & ſeqq. Paurmeiſt. 2. d. juriſd. c. 3. n. 2. Azor. inſt. moral. lib. 4. cap. 19. 20. part. 2.* Ex qui-

[...]ibus apparet veriſſimum eſſe, Pontificum [...]ratiam plus valuiſſe apud multos quam ratio[...]em & pietatem. *Bodin. lib. 1. d. repub. c. ult. [...]ag. 259.*

Hæc igitur quamvis pauca ſint, documento [...]amen eſſe poſſunt, ad quodnam dignitatis ac [...]perbiæ culmen ſe trahi velit Romanus Pon[...]fex; tanta ejus impudentia eſt ut non ſolum [...]eges ac Principes de poteſtatis ſuæ ſolio de[...]cere audeat, verum etiam ipſos ſua mancipia, [...]aſallos, pedumque ſcabella dicere ac ſalutare [...]on erubeſcat. *Vid. Hot. in brut. fulm. pag. m. [...]7. 88. Ritersh. in Orat. d. Frid. Barb.* Hoc [...]cilicet eſt humilitatis veſtes in ſuperbiæ ac am[...]itionis ſtolam commutare, & tali confictæ [...]oteſtatis audaciâ miſerum populum demen[...]are, ac ab obedientia ſuperioribus debitâ me[...]itoque præſtandâ, avertere, proprias ſuper[...]titioſas traditiones confirmare, priſcique ſeculi [...]nores penitus evertere. Nec immerito *Jaſon* [...]lixit: Pontifices ſe profitentur ſervos ſervo[...]um verbotenus, reipsâ tamen volunt eſſe Do[...]mini dominantium & habere jus Regis regum. *[...]n. l. reſcripta. 7. Cod. d. precib. Imperat. offer.* Unde *Joh. Fab. in præf. inſtit.* Ergò Papa in [...]erbis ſe dicit ſervum ſervorum, de facto ta[...]men ſe adorari permittit. Quod veriſſimè ſi[...]mul ac venuſtiſſimè dixit *Cornel. Agripp.* O[...]mnium admirabilium admirationem hoc vincit, [...]quod noſtri ſacerdotes iiſdem mediis, ſe in [...]cœlum aſcendere poſſe putant, quibus olim Lucifer cœlo decidit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Verum Pontificum ac Canoniſtarum iſtis nugis ac figmentis facilimè reſponderi poteſt; quippe quæ in præjudicium Principum nihil probant, dum illa teſtimonia ſint domeſtica, quibus fides nulla eſt habenda. *l. nullus. 10. ff. d. teſt. l. Divus Trajanus. 24. ff. d. milit. teſtam. l. omnibus 10. Cod. d. teſt. l. etiam 3. & ibi Dd. Cod. d. teſt. l. 9. Inſtit. d. teſtam. l. 1. §. ad quæſtionem. 3. ff. d. quæſtion. Specul. in tit. d. teſt. §. 1. n. 11. Proſp. Farinac. d. teſtib. q. 55. n. 1. 3.* Nemo enim in propria cauſa teſtis eſt idoneus. *d. l. omnibus. 10. Cod. d. teſt. d. l. nullus. 10. ff. eod. l. ſi de re. 51. ff. d. recept. qui arbitr. recept.* Idque multò magis ſi teſtis poteſt prætendere honorem, commodum ſuum vel proprium intereſſe. *Sichard. in d. l. omnibus. n. 2. Cravett. conſ. 99. num. 2. 4. Anchor. lib. 3. q. 24.* Nec idonei teſtes ſunt quibus imperari poteſt, ut teſtes fiant. *l. idonei. 6. l. teſtes eos. 24. ff. d. teſt. c. idonei. 3. q. 4.* Vel qui in poteſtate ejus ſunt, cui teſtimonium offerunt. *d. l. 6. l. teſtes. 9. ff. d. teſtib. Revard. 2. var. 8.* Neque illis legibus credendum, quarum authores repelluntur. *c. non licet. c. teſtimonium. extr. de teſtib. & atteſt. c. neganda. 3. q. 11. c. non eſt. eod. c. qui ſine peccato. c. poſtulatus. 3. q. 7. c. præceptum. 32. q. 5. c. fraternitatis. extr. d. hæret.* Cum autem Pontifices ac Canoniſtæ tot tantaque in propriâ cauſâ fingunt teſtimonia, quantum fidei ipſis tribuendum quilibet videt. *plur. vid. ap. Cardin. Tuſch. d. teſtib. domeſt. Concl. 179. 180. & ſeqq.* Præcipuè

cum

cum nullam ſuæ teſtificationis reddant rationem, quo caſu illis minimè credendum. *l. ſolam. 4. ubi Bart. Bald. Iaſ. Sichard. Cod. d. teſtib.*

Nec eſt quod prætendant, Pontificem hanc poteſtatem nomine ac titulo vicarii Chriſti ſibi vendicare, cum ille vicariatus nullo divini juris nitatur fundamento, ſed puris pontificum traditionibus; nunquam etiam ſi vicarius eſſet, *ex c. licet. extr. d. tranſl. Epiſc. c. cum ad ſacroſancta. extr. Ioh. XXII. d. Sent. excom.* à ſuo principali Reges ac Principes deponendi, eos rurſus creandi, regna & imperia transferendi, mandatum aliquod habuit, ſine mandato autem, vicario non creditur. *l. prohibitum. 5. Cod. d. jur. fiſc. l. 1. Cod. d. mand. princip.* Sicut enim mandatarii poteſtas ex literis mandati dependet. *l. diligenter. 5. ff. mandat.* Ita etiam vicarii. *Bald. in l. aliquando. 5. ff. d. offic. proconſ.* Neque etiam vicarius mandato contraria allegare poteſt. *Arg. l. 1. & ibi Iaſ. Cod. d. Mand. Princip.* Vel etiam mandati formam, extendere. *Nic. Reuſ. Conſ. 6. n. 16.* At Chriſtus, cum intelligeret fore, ut Rex crearetur, ſeceſſit in montem. *Ioh. 6. v. 15.* Papa verò, qui ſe ejus vicarium eſſe aſſerit, conſecratur, ut ſacerdos, ac coronatur, ut Rex. *Auguſt. d. Ancon. d. pot. Eccl. q. 1. art. 7.* Chriſtus dixit regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, *Ioh. 18. v. 36.* Pontifex Rom. omnia mundi regna ſua eſſe aſſerit, ſeque illorum dominum conſtituit. *c. ad Apoſtolicos. extr. d. ſent.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſent. & re jud. in 6. c. alius. 15. q. 6. Chriſtus dixit: vulpes habent ſpeluncas, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, ubi reclinet caput. *Matth. 8. v 20.* Pontifex verò eſt dominus dominantium; Rex regum cui univerſus orbis miniſtrat. *Bald. Conſil. 388. Joh. d. Sylv. in tr. d. benef. in 3. part. q. 8. n. 26.* Cum itaque talem politicam poteſtatem, ubique averſatus ſit Chriſtus, nec illam unquam exercuit, non video quâ ratione, tam amplum dominium ſub nomine vicarii ſibi adſcribat Rom. Pont. Nemo enim plus juris ad eum transfert qui accipit, quam eſt apud eum, qui tradit. *l. traditio. 20. ff. d. acquir. rer. dom. l. ſi ſuperatus. 3. §. fin. ff. d. pign. & hypoth. l. alienatio. 67. ff. d. contrah. empt.* Nec plus juris in alium transferri poteſt, quam qui transfert habet. *l. nemo. 54. l. nemo. 120. ff. d. Reg. jur. c. nemo extr. d. R. I. in 6.* Jam verò apud Chriſtum talis poteſtatis exercitium non fuit, quod apertè fatetur. *Luc. 12. verſ. 14.* Sed potius Petro ac Apoſtolis inhibuit ſeculare dominium cum dixit: Reges gentium dominantur, vos autem non ſic. *Matth. 20. verſ. 25. Luc. 22. verſ. 25. c. Epiſcopum. Diſt. 45.* Et rurſus: ad Reges & Principes ducemini propter me. *Matth. 10. v. 17, 18.* Non verò dixit, Reges & præſides eritis, vel Reges & præſides ducent ad vos. *Marſil. Patav. in defenſ. pet. cap. 9.* Quare cum Chriſtus expreſsè docuerit ſuum regnum de hoc mundo non eſſe *d. cap. Joh. 18.* ac prohibuerit ne Apo-

ſtoli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

toli terrenis ſeſe immiſcerent, ſed ſeculare potius imperium averſarentur; nullo penitus jure Romanus Pontifex ſub nomine vicarii id ſibi vendicat, ſive immediatus ſit vicarius Chriſti, qualem ſe eſſe gloriatur. *c. pro humani. extr. d. homic. in 6. c. quanto. extr. d. tranſ. Epiſc.* ſive etiam Petri. *c. ad Apoſtolicæ. §. nos autem. extr. d. re jud. in 6. c. cum ad ſacroſanctæ. extr. d. tranſl. Epiſc.* Ipſum tamen vel Chriſti vel Apoſtolorum vicarium neutiquam dici poſſe, ſatis in ſuperioribus oſtendi. Concludam igitur hic, cum *Joach. Clut. in ſyll. rer. quot*: Si inter omnes omnium terrarum Reges & Principes, Pontifici Romano primam ſupremæ majeſtatis teſſeram, omnemque prærogativam ac terreſtre dominium ſartum relinqueremus, nihil aliud, omnium rectè ſentientium judicio foret, quam impudicæ cuidam lupæ triobulari in honeſtiſſimo matronarum gynæceo primum dare ſubſellium. Satis filio illi perditionis Eccleſiaſticum contra jus faſque involare primatum, quod Antichriſti præſentis indubitatum eſt indicium 2. *Theſſal.* 2. *v.* 3, 4, 5. *& ſeqq. Carol. Molin. d. monarch. Franc. Auguſt. d. civit. Dei. cap.* 19. Ceſſet igitur mundani regiminis ſummum apicem & ſceptrum ex manibus Regum extorquere. *Johann. Sarisb. d. nug. curial. lib. 6.* Quam impudentiam ac ſummam arrogantiam cum etiam hodierni Catholici videant ac notent, illos tantæ temeritatis diſpudet, ut dominium illud Pontificis terreſtre in dubium revocare

au-

audeant. *Vid. Ant. d. Roſell. tr. de pot. Pap. & Imp.* Quocirca etiam *Didac. Covarruv. in c. peccatum. part. 2. relect. t. 1. §. 8.* Pontificiam in temporalibus Juriſdictionem, in diſputationis gyrum revocare non fuit veritus, & cum ipſo infiniti alii. *Vid. Anton. Quirin. rel. rat. Reip. Venet. Vldrich. Velen. in ſuo tr. Ludovic. Servin. vind. Hinemar. Archiep. Rhemenſ. adman. d. pot. Reg. & Pontiſ. Eutrop. Presb. tr. d. jur. & privil. Imperat. Hinric. Chachem. de nullit. proceſſ. Joh. XXII. Rudolph. Prall. tr. d. pot. Pont. & Imp. Weſſel. Groning. tr. d. dign. & poteſt. Eccleſ. &c.*

CAP. XII.

Supremum in Republicâ dominium, Papæ, nullo fundamento competere, nec quopiam jure defendi poſſe monſtratur.

SEd ut ſupremum ſuum ſeculare dominium, quo etiam coronas ſceptraque Principum contremiſcere facerent, Pontifices Romani, ſtabilirent, magis convenientem rei illi colorem quæſiverunt, ut aptiori fuco oculos ſimplicioris ævi hominum fallerent, animoſque eorum dementarent, ac à fide & veneratione Principibus ac Magiſtratui politico debitâ, avocarent, ſuamque tyrannidem tutiori manu exercerent. Quod igitur hacte-

ctenus vel jure ſucceſſionis, vel vicariatus, l alio quocunque legitimo titulo, ac ad tam nplum dominium transferendum apto, & re approbato, habere neutiquam poterant, ulo donationis operoſis figmentis, longique mporis mendaciis ſe obtinere contendunt, l ejus rei fidem faciendam, Conſtantini ſagni Imperatoris donationem inſtrumento ıblico comprehenſam & recenſitam. *c. Conantinus. Diſt. 96.* allegant. Quo, Conſtantinus nperator coronam & omnem regiam dignitem in urbe Romana & in Italia, & in parbus Occidentalibus Apoſtolico conceſſit, ut quitur Gratianus in palea. *c. Conſtantinus, Diſt. 96.* Quod inſtrumentum cum plenè ſup. *ap. 5.* deſcripſerim, idem hic non addo. loc clypeo adverſus quoſcunque impetus ſe unitiſſimos eſſe gloriantur, tanti tamen pa a illa leviſſima non eſt, ut tam grave fidei ondus afferre queat; & cum palea ſit, ac pro alea in decretis inſeratur, nulla veritatis grana ıde colligere licet, quamvis ex eâdem palea, iſcator Romanus granaria ſua auro repleve t. *Everh. à Middelb. in top. loc. à veriſ. n. 16.* a enim Juris Carolini compilator conſtituonem illam titulo, PALEA, inſignire oluit, ut eò facilius lectori perſuaderet, antiuam eſſe conſtitutionem. Nam, vox illa eſt iræca, idem ſignificans quod *vetus, antiquus*, ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ, ſeu à πάλαι, *olim, quondam*, uod etiam approbat Clariſſ. JC. Cujacius *in xplicat. c. 1. extr. d. ſponſal. impub. Melancht.*

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

in Expl. Evang. pag. 382. Quæ fucata diligentia, compilatoris fraudem & dolum ſatis manifeſtè oſtendit. Non defuerunt viri docti, qui verbo, *palea*, conſtitutionis illius inanitatem notari docuerunt, ac ſi conſtitutio illa eſſet ſtraminea, & ut Johannes Cuſpinianus ait, nil niſi quiſquiliæ & peripſemata. Quæ interpretatio etſi à verbi proprietate parumper deflectat, donationis tamen illius vanitatem oſtendit.

Verum quamvis totum fermè regiminis ſui politici fundamentum in donatione hâc Pontifices ac Canoniſtæ collocent, illam tamen fictitiam, ementitam ac falſam eſſe multis rationibus evinci poteſt, quæ etſi multorum variæ ſint, eaſdem in faſciculum omnes colligam, ut tandem appareat quid de donatione hâc cenſendum ſit. 1. Dictum *c. Conſtantinus. Diſt. 96.* in vetuſtis Gratiani Codicibus non extat, ut refert. *Anton. Florent. Archiep. part. 1. Chron. tit. 8. c. 2. §. 8. fol. 225. Nicol. Cuſan. lib. 3. d. concord. Catholic. cap. 2. Laur. Vall. in declam. cont. dict. donat. Volaterr. lib. Anthrop. 23. fol. 243.* ac quamplurimi alii. Igitur poſtea à mendacibus quibuſdam monachis eſt excogitatum. Scribit enim Laurentius Valla in *dict. declam.* donationem illam nunquam fuiſſe factam, quod multis & evidentiſſimis argumentis apertè ſatis oſtendit, cujus declamationem in fine operis propter materiæ convenientiam ſubnectemus, ille quippe in medio papatu tempore Nicolai P. V. quam-

mvis etiam ſub Eugenio vixerit, circa an-
ı Domini 1420. publicâ & eruditiſſimâ
ione cum clare hoc teſtatus eſſet, in digno
tatus erat ſupplicio, fuit enim patritius
manus, & Canonicus Eccleſiæ D. Johan-
Lateranenſis, tandem in exilium ejectus.
terum Cardinalis Romanus Nicolaus d.
ſa ad *Concilium Baſilienſe lib. cit. d. conc.
th.* diſertè docet, de donatione temporalis
minii imperii occidentis à Conſtantino fa-
, in Pontificum libris nihil reperiri, ſed
cquid ejus dicitur vel ſcribitur, id ex ſancti
veſtri legenda, vel potius lugenda extractum
e. Horum calculo ſuum etiam addit Raphaël
laterr. *lib. cit.* ſcribens: de dono Conſtan-
i aut conceſſione, apud nullos extat autho-
, præterquam in libro decretorum, idque
antiquis Codicibus, autor eſt Antonius Præ-
Florentinus. Æneas Sylvius peculiarem con-
eandem donationem dialogum edidit, &
ſeros appellat legiſtas qui ſudant ac laborant
diſputando, *an valuerit id quod nullo unquam
mpore fuerat? Hier. Bald. Epiſcop. Gurzenſ.
. d. coronat. ad Carol. V. ſub. rubr. d. Chri-
ian. Impp. fol. 49. Laur. Ohm. d. Iur. Epiſc.
onclus. 7.* Ac quanquam Felinus arbitretur,
Æneę illi poſtea Pontifici facto, qui Pius II.
icebatur, in eâdem materiâ denuo ſcriben-
um fuiſſet, fortè aliter eum ſcripturum &
icturum fuiſſe; ad exemplum Theologi illius,
ui cum de illicitâ beneficiorum pluralitate
ripſiſſet, & ipſe plurima beneficia accepiſ-
ſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſet, mutatâ ſententiâ dixit, nunquam ſe materiam illam intellexiſſe antequam jam. *Felin. in c. ſolitæ benignitatis. extr. d. maj. & obed.* Tamen reſponderi poteſt, Sylvium in priori ſententia perſtitiſſe, cum eam mutaſſe non legatur. Suffragatur his, Hieronymus Carthalanus Canonicus JC. & Cubicularius Alexandri VI. Pontif. in practica Cancellariæ Apoſtolicæ, qui ſe omnes hiſtoricos, veteres patres, ipſos quoque Pontifices antiquos, omnia archiva & inſtrumenta circa acquiſitionem, terrarum jurium & cenſuum Pontificalium perluſtraſſe, nec quicquam in iis de donatione Conſtantini reperiiſſe, teſtatur. Porro, Otto III. in Conſtitutione quam anno Chriſti 998. fecit ac promulgavit, donationem illam Conſtantini, commentitiam ac longi temporis mendacio fictam eſſe publicè teſtatus eſt. *Goldaſt. tom. 1. Conſtit. Imper. pag. 226.* Accedit etiam his *Bartol. in procēm. ff. n. 14.* Multis non obſcurè contra hanc donationem diſputans, tandem concludit: *videte quia nos ſumus in terris Eccleſiæ, idcirco dico, quod illa donatio valet.* referente *Schneid. ad proëm. inſt.* Didacus Covaruvias, *lib. 4. variar. Reſolut. cap. 18. n. 8.* Qui, cum veritatem fateri vellet, auctoritatem tamen Eccleſiæ ſibi obſtare dicit, quò minus eam profiteri poſſit. Platina quoque in vita Pontificis Sylveſtri, ejuſque ſucceſſoris Marci 1. liberalitatem ac munificentiam Conſtantini Magni Imperatoris in Pontificem cum prolixè ſatis comme-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

raſſet; Imperium occidentale Sylveſtro
tum eſſe, ne verbo quidem uno attingit:
od ſanè velut teſtis domeſticus non fuiſſet
termiſſurus, niſi fabuloſum id compertum
buiſſet. Denique alii authores quotquot de
us geſtis Conſtantini ſcripſêre, hujus do-
ionis ne verbulo mentionem faciunt; non
ſebius, qui libros quinque integros de vitâ
nſtantini ſcripſit; non Socrates, non Theo-
retus, non Evagrius, nec Rufinus, nec Eu-
pius, nec Paulus Diaconus, nec Oroſius,
c Zonaras qui tamen integram fabulam de
ctâ Conſtantini leprâ refert; nec tandem
cephorus magni nominis & induſtriæ hi-
ricus; Qui omnes quamvis pleraque alia
is minuta tetigerint, in hoc tamen uno, quo
ndus non ſemel contremuit, Pythagoræ di-
puli ſunt facti. Veriſimile verò non eſt,
lle quempiam hiſtoricum, minuta quævis
rrare, & tamen majora ſilentio involvere,
od verò veriſimile non eſt, non etiam pro-
bile cenſetur. *leg. 13. ff. d. probat. & præſ.*
que ita donationem hanc hi ipſi auctores
l in antiquis Codd. non inveniri autumant,
l ſaltem rem totam in dubio relinquunt.
d. etiam Alciat. lib. 7. parerg. cap. 19. Cognoſ.
proëm. ff. n. 79. Hieron. Balb. in lib. d. coron.
d Carol. V. Petr. Aliacenſ. Zanett. in tr. d.
om. Imp. Balduin. d. ll. Conſtant. lib. 1. Cujac.
b. 1. Reſp. Pap. ad l. legatus. 20. ff. d. Offic.
raſul. Menoch. d. arbit. Iud. lib. 2. cent. 6.
aſq. illuſt. Controv. 1. c. 5. n. 27. Qui omnes

in

in aliis pontificiæ poteſtatis ſtrenui ſunt patroni. Apertè verò eandem donationem negant & impugnant alii, veluti *Gloſſ. in authent. quomodo oportet Epiſcop. & Cler. verb. conferens generi. Longovall. in repet. l. imperium. ff. d. Iuriſd. Felin. in c. ſolitæ X. d. maj. & obed. col. ult. Igneus in l. donationes. n. 22. Cod. d. donat. inter vir. & uxor.*

II. Capitulum illud, *Conſtantinus.* Multa figmenta ac abſurda in ſeſe continet, quæ inſtrumentorũ certitudini penitus ſuntcontraria. *Clement. 1. d. renunc. Zaſ. 2. conſil. 26. n. 43.* Abſurdum etenim eſt. *Primò*, Quod Conſtantinus Imperator, Sylveſtrum conſtituat caput Eccleſiæ, & principatum offerat, *ſuper quatuor præcipuas ſedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hieroſolymitanam, Conſtantinopolitanam, quam etiam ſuper omnes in univerſo orbe Eccleſias Dei.* Inſigne ac craſſum mendacicum! rurſus oportebat mendacem hic eſſe memorem, ſi enim beneficio ac liberalitate Conſtantini ad principatum illum eſt evectus, alibi multoties mentitus eſt, cum ſe caput Eccleſiæ à Chriſto conſtitutum eſſe aſſerit, ac plenis buccis clamitat, *c. nemo. c. cuncta per mundum. & c. ſeq. 9. q. 3.* ac Chriſti vicarium dicit. *c. licet. c. inter corporalia. extr. d. Tranſl. Epiſcop.* A Domino enim & non ab alio eſt conſtitutus. *c. ſacroſancta. §. hæc verò. Diſt. 22. c. rogamus. 24. q. 1. c. ad Apoſtolicæ. §. nos itaque. extr. d. Sent. & re jud. c. licet. extr. d. elect. & elect. pot.* Vel ſi antea à Chriſto principatum habuit ut dicti

ti canones falſò aſſerunt, cur jam ad Con-
ntini Imperatoris gratiam recurrit ? urgeo
quod antea urſi, ſcilicet dominium non ex
ribus cauſis ſed ſaltem unâ obvenire. *l. poſ-
t. 3. §. ex pluribus cauſis. 4. ff. d. acquir.
eſſ.* Nec enim res mea amplius mea fieri
eſt. *l. nemo. 82. ff. l. nemo. 87. ff. d. Verb.
l. l. & an eadem. 14. §. actiones. 2. ff. d.
ept. rei jud. vid. plur. ſup. fol. 76, 77.* Ne-
: etiam potuit Imperator ipſum caput Ec-
ſiæ conſtituere cum jus hoc penes nullum
ncipem ſecularem ſit. *c. judicatum. Diſt.
. c. convenior. 24. q. 8.* Imperator quippe
filius non verò Præſul vel caput Eccleſiæ.
i Imperator. Diſt. 96. quantumvis minimæ.
*ertum eſt & capp. ſeqq. Diſt. 10. c. quamvis
r. d. decim.* Multo minus Præſul ac caput
verſale erit omnium Eccleſiarum. *c. Valen-
ianus. Diſt. 93. c. tibi domine Diſt. 63.* Ergo
que Conſtantinus Imperator jus illud in Syl-
tri perſonam transferre potuit. *l. alienatio.
. ff. d. contrah. empt. l. nemo. 54. l. aliud.
o. ff. d. R. I. l. traditio. 10. ff. d. acquir. rer.
n.* Solus namque Chriſtus eſt caput & fun-
nentum Eccleſiæ ſuæ, præter quod non eſt
ud, *1. Cor. 3.* Qui Dominus eſt omnia fa-
ns. *Eſai. 44. verſ. 24.* Primus & noviſſimus.
ai. 44. v. 6. & 48. v. 12. Secundò, capitulum
ud Sylveſtro, ut Epiſcopo tribuit dignitatem
honorem Imperialem ; quod rurſus deſtruit
evellit. *c. cum ad verum Diſt. 96.* Nam mi-
ans Deo, non implicabit ſe negotiis ſeculari-
P bus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

bus. *c. Epiſcopus. Diſt. 88. c. quicunque. c. clerici. 23. q. 8. c. de his clericis. Diſt. 50. junct. c. hi qui altario. 15. q. 8. junct. l. placet. 17. l. repetita. 41. Cod. d. Epiſc. & Cleric.* Nec quiſquam ſibi facilè perſuadebit, Principem ita fuiſſe prodigalem, aut animo abjectum, ut ſe ipſum omni Imperiali dignitate ſpoliaret, ac in raſum quendam Monachum conferret, indignũ certè tanto Principe factum. *Tertiò*, æque abſurdum quod *c.* illo glorietur Pontifex Rom ſibi à Conſtantino datum fuiſſe palatium Lateranenſe, non enim hic meminit compilator ad ſacerdotem pertinere Eccleſiam, ad Imperatorem palatium. *c. convenior. 23. q. 8. c. duo 12. q. 1.* ſunt enim palatia loca uſibus Imperialis majeſtatis deſtinata ac velut conſecrata. *l. quicunque 17. Cod. d. oper. pub.* Solis etiam Principibus palatia habere competit, *Chaſſan in catalog. glor. mund. part. 5. conſid. 24. § 27.* Ridicula porrò ſunt quæ in palea ſubjunguntur, de diademate aureo, mitra, collari Imperatorio, purpurea chlamide, &c. quâ in parte Pontifex ſe non Petri ſed Luciferi vivum ſucceſſorem eſſe monſtrat. *vid. plur. apud Franciſc. Hottom. in fulmin. brut.* Neq; potuit Conſtantinus de Pontificis & clericorum diſponere veſtitu, cum laicus de perſonis Eccleſiaſticis ſtatutum facere non poſſit. *c. Eccleſia. extr. d. conſtitu. c. benè quidem diſt. 96. c. cum laicis. extr. d. reb. Eccl ſ. non alienand.* Quia juxta eos, nulla eſt juriſdictio Laici in clericos eorumq; bona. *c. & ſi cleric extr. d. Iudic. Arg. c. ſacroſancta. extr. d. elect. &*

elect.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

elect.pot.c.Meſſana.eod.c. contingit.extr.d.arbit. c.decernimus.extr.d.judic. Quamvis etiam ſtatutum favorabile ſit & utile. *Panormit. in d. c. Eccleſia. extr. d. conſtitut. in repet. n. 26. & ſeqq. Quartò*, non minus abſurda ac ridicula ſunt quæ de lepra & ſanguine humano ad ejus curationem collecto, ejuſque baptiſmate referuntur; Nullus quippe hiſtoricorum qui vitam Conſtantini accuratè deſcripſerant illius mentionem facit, præter Zonaram qui fabulam hanc ſuis inſerit; Euſebius quippe diligentiſſimè totam ejus hiſtoriam pertexit, nec puncto tamen illius morbi meminit. Platina quoque in Marco I. quanquam Conſtantinum à Sylveſtro baptizatum concedat, leprâ tamen eum laboraſſe non credit. Et quamvis reliqui ſcriptores Eccleſiaſtici ſilentio hoc præterire voluiſſent, Zoſimus tamen Chriſtianæ religionis inimicus illud ſilentii velis involvi non ſuiſſet paſſus, cum deditâ operâ omnia congeſſerit, quæ ad denigrandam Principis vitam invenire potuit. Baptiſta Mantuanus *lib. 1. d. patient. cap. 30. ex Plin. lib. 21. cap. 1.* docet, lepræ morbum tunc temporis in Italia extinctum fuiſſe, *& ſi extinctus fuit tempore Plinii*, ait, *qui vixit ſub Veſpaſiano, quomodo veriſimile eſt Conſtantinum eo laboraſſe, qui longo poſt tempore imperavit. Arniz. donat. Conſt. Hotom. loc. cit.* Baptiſmus verò abſurdo abſurdum addit, ac totam rem deſtruit, quia nec Romæ à Sylveſtro jam tunc ante quinquennium ferè mortuo nec ſub initium converſionis, ſed parum

ante mortem anno ſcilicet ætatis L X V. Nicomediæ aſtante & circumſtante magna Epiſcoporum multitudine & frequentiâ, quibus de delatione baptiſmi rationem reddidit, *quod* ſcilicet *in Jordane baptizari voluerit*, baptiſmatis undâ aſperſus fuit, veluti conſtans hiſtoricorum conſenſus teſtatur. *Euſeb. lib. 4. de vit. Conſtant. Magn. Theodoret. lib. 1. cap. 32. Socrat. lib. 1. cap. pen. Sozomen. lib. 2. cap. ult. Evagr. lib. 3. cap. 41. Ruffin. lib. 1. cap. 11.* Nec audiendus, *Niceph. lib. 7. cap. 33, 34, 35. & lib. 8. cap. 54.* Cum enim illum Romæ baptizatum ſcribit, mox ſubjungit, ſe Romanæ Eccleſiæ eâ in re auctoritatem ſequi: ille namque tot vivis ac oculatis teſtibus nihil derogare poteſt. Qui plura abſurda, ridicula, vana ac temeraria quibus totum illud donationis inſtrumentum ſcatet, videre deſiderat: *vid. Franciſc. Hotom. in fulm. brut. cap. 11. Laur. Vall. in declam. d. donat. Conſt. Mag. Arniz. eod.*

III. Falſitatem donationis illius detegit teſtimoniorum ac inſtrumentorum diverſitas, rerumque donatarum diſcrepantia, Melchiades Papa, in *c. futuram. 12. q. 1.* Urbem Romam ſaltem à Conſtantino ipſi Sylveſtro ac ſucceſſoribus ejus donatam aſſerit, his verbis: *Denique idem præfatus Princeps, donaria immenſa contulit, & fabricam templi primæ ſedis B. Petri Principis Apoſtolorum inſtituit, adeò ut* ſedem Imperialem *quam Romani Principes poſſederant, relinqueret, ac B. Petro ſucceſſoribuſque ſuis*

con-

oncederet *profuturam.* Aliis verbis donatio-
nem illam Nicolaus III. P. M. in *c. funda-
menta. extr. d. elect. & elect. pot. in 6.* factam
uiſſe dicit, hâc formulâ: *Ne autem ipſa mater
Eccleſia, in congregatione & paſtura fidelium,
emporalibus careret auxiliis, quin potius illis
adjuta, ſpiritualibus ſemper proficeret incremen-
tis: non abſque miraculo factum eſſe concipitur,
t occaſionaliter Conſtantini Monarchæ à Deo
roviſa, ſed curata baptiſmalibus fomentis infir-
mitas, quandam, quaſi adjiceret Eccleſiæ firmi-
tatem: qui quarto die ſui baptiſmatis, una cum
omnibus Satrapis, & univerſo Senatu, Optima-
tibus etiam, & cuncto populo, in perſona beati
Sylveſtri, ſibi* Romanam *concedendo* Urbem
*relinquens, ab eo, & ſucceſſoribus ejus per pra-
gmaticum conſtitutum diſponendam eſſe (decer-
nens in ipſâ urbe utriuſque poteſtatis monarchiam
Romanis Pontificibus) declararet: non juſtum
arbitrans, ut ubi ſacerdotii principatum, &
Chriſtianæ religionis caput, Imperator cœleſtis in-
ſtituit, illic Imperator terrenus habeat poteſta-
tem: quin magis ipſa Petri ſedes in Romano jam
proprio ſolio collocata, libertate plenâ in ſuis
agendis, per omnia potiretur: Nec ulli ſubeſſet
homini, quæ ore divino cunctis dignoſcitur eſſe
prælata.* Aliis rurſus verbis diverſoque ſenſu
donatio illa facta dicitur in Gratiani Paleâ,
c. Conſtantinus. Diſt. 96. Ibi in medio ferè:
*B. Sylveſtro patri noſtro, ſummo Pontifici & uni-
verſali urbis Romæ Papæ, & omnibus ejus ſuc-
ceſſoribus Pontificibus, qui uſque in finem mundi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

in ſede beati Petri erint ſeſſuri, de præſenti contradimus palatium *Imperii noſtri* Lateranenſe: *deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimulque phrygium, nec non & ſuperhumerale, videlicet lorum, quod Imperiale circumdare aſſolet collum, verum etiam & chlamidem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta, ſed & dignitatem Imperialem præſidentium Equitum, conferentes etiam & Imperialia ſceptra, ſimulque cuncta ſigna atque banda, & diverſa ornamenta Imperialia, & omnem proceſſionem Imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ.* Et infra: *Vnde ut Pontificalis apex non vileſcat, ſed magis, quam terreni Imperii dignitas, gloria ac potentia decoretur, ecce, tam* Palatium noſtrum, *ut prædictum eſt*, quam Romanam urbem, & omnes Italiæ, ſeu occidentalium regionum provincias, loca & civitates, *præfato beatiſſimo Pontifici noſtro Sylveſtro univerſali Papæ contradimus atque relinquimus: & ab eo ac ſucceſſoribus ejus, per hanc divalem noſtram ac pragmaticum conſtitutum decernimus diſponenda, atque juri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedimus permanſura.* Nam ubi antea in *d. c. futuram. 12. q. 1.* eſſet mentio ſaltem facta, *Sedis Imperialis*, & poſtea in *d. c. fundamenta. extr. d. elect.* nihil præter *Vrbem Romam*, datum fuiſſe diceretur, Gratianus hic liberalior factus, etiam *omnes Italiæ ſeu occidentalium regionum provincias, loca & civitates* Sylveſtro attribuit. *Anſelmus lib. 4. in rubr. cap. 32. Deus dedit lib. 4. cap. 1.*

Edicti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

[e]dicti ſummam talem proponunt: *Conſtanti-[n]us Imperator, Papa conceſſit coronam, & om-[n]em regiam dignitatem in urbe Romana & in [I]talia & in partibus occidentalibus.* Longè ve-[r]o aliter *Petrus Damianus in diſcept. ſynodal.* [D]onationem hanc deſcribit, cum ait: *Pala-[t]ium Lateranenſe, quod catenus aula regalis exti-[t]erat, perpetuo jure conceſſit: regnum Italiæ ju-[d]icandum tradidit.* Rurſus ab his longè diſcre-[p]antibus verbis diverſoque ſenſu illa eadem [d]onatio proponitur à *Leon. IX. in Epiſt. 1. ad Michaël.* aliter *Matth. Blaſtar.* ℨ*C. in ſynopſ. [j]ur. canonic. aliter Balſamon in Phot. nomocan. [t]. 8. cap. 1.* eandem factam dicunt. Horum [i]gitur alius ſedem Imperialem, alius Palatium [L]ateranenſe, alius Romanam urbem, alius [h]abitum & dignitatem regalem conceſſam ac [t]raditam ſcribit; viciſſim, alius totum Impe-[r]ium occidentale, alius Italiam tantum judi-[c]andam conceſſam aſſerit; cui autem horum omnium certò fides ſit habenda, planè non video, ejuſdem enim omnes ſunt fidei ac au-ctoritatis, interim cum certo certius non ap-pareat cui credendum, tutiſſimum erit neutri fidem haberi. *l. ſi fuerit. 10. in fin. pr. l. ſi quis. 27. ff. d. reb. dub. l. duo ſunt. 30. ff. d. teſtam. tut. l. quæ in 2. ff. d. his quæ pro non ſcript.* Apertius adhuc illam falſitatis arguunt Cano-niſtæ, cum Melchiadem Aphrum ſeu Miltiadem papam unic. *d. c. futuram. 12. q. 1.* teſtem hujus donationis Sylveſtro factæ citant, quem tamen ante Sylveſtrum Pontificem fuiſſe con-

 ſtat,

ſtat, & 17 diebus ante Sylveſtri ad pontificâtum electionem mortuum, quomodo autem mortuus teſtari poterit non video. Ipſe quoque Covarruv. donationis hujus defenſor aſſerit, ridicule ſatis Melchiadis ad hoc produci teſtimonium, *lib. 4. var. reſolut. cap. 16. n. 8. Helvic. in Theatr. hiſtoric. in vit. Pontif.* Aut itaque Sylveſtro non eſt facta donatio aut teſtari de eâ non potuit Melchiades jam mortuus & Sylveſtri anteceſſor, Canoniſtæ tamen donationem factam aſſerunt, falsò igitur Melchiadis teſtimonium adducitur. Porrò, Nicolai III, & Leon. IX. teſtimonia hic nihil penitus valent, nemo enim in propriâ cauſâ teſtis eſſe poteſt vel arbiter. *l. nullus. 10. ff. d. teſtib. l. 1. §. ad quæſtionem. 3. ff. d. quæſtion. l. ſi de re ſua. 31. ff. d. recept. l. nemo. 10. Cod. d. teſtib. l. unic. Cod. nequis in ſua cauſ. judic.* Reliqui autem authores tantæ authoritatis non ſunt, ut veritati hiſtoriarum ab authoribus illius ſeculi partim Ethnicis, partim Eccleſiaſticis & Epiſcopis ſcriptarum præjudicare aliquo modo queant, quia cum *Niceph. lib. 7. cap. 33. 34. & ſeqq.* ſequuti ſunt fidem Eccleſiæ, & cum *Bartol. proëm. inſt. n. 14.* in terris Eccleſiæ fuerant; Imo illi omnes ſibi invicem fidem derogant, cum pugnantia loquantur. Duæ namque orationes pugnantia continentes ſimul falſæ ſunt, inquit Julianus, *dict. l. ſi is qui ducenta. 13. §. utrum. 3. ff. d. reb. dub.*

IV. Donationem illam Conſtantini falſam

n, impoſſibilem ac fictitiam eſſe, probat no- donatio Ludovici Imperatoris. *c. ego Lu-vicus. Diſt. 63.* Nam ſi omnia regna occi-ntalia Pontifici Sylveſtro donaſſet Conſtan-ius, *d. c. Conſtantinus. Diſt. 96.* opus non at novâ liberalitate ipſius Pipini, vel C aroli agni, vel Ludovici. Quippe cum inutiliter n noſtram ratione dominii ſtipulemur. *l. ſi n meam. 31. l. exiſtimo. 98. ff. d. Verb. oblig. exiſtimo. 61. ff. d. contrah. Empt.* Inutile oque eſt legatum ſi nobis legatur res noſtra idem reſpectu. *§. ſed ſi rem. 10. inſt. d. at.* Res enim quæ jam mea eſt amplius mea ri non poteſt. *§. ſic itaque. 14. inſt. d. tion. l. & an eadem. 14. §. actiones. 2. ff. d. cept. rei judic.* Nec ex pluribus cauſis eadem ; poteſt noſtra eſſe. *l. non ut. 159. ff. d. R. I. poſſidet. 3. §. ex plurib. 4. ff. d. acquirend. ſſ.* Neque acquirere poſſum quod jam eum eſt. *l. cum res. 4. Cod. d. contrah. empt.* inquam etiam vel pignus vel depoſitum, vel carium, vel emptio, vel locatio rei ſuæ con-ere poteſt. *l. neque pignus. 45. ff. d. R. I. ſuæ rei. 16. ff. d. contrah. empt. l. ex ſextante. . ff. d. except. rei judic. l. qui rem ſuam. 15. depoſit. l. ſi rem alienam. 29. ff. d. pignorat. . l. in reb. 4. §. tam ſi. 3. ff. d. precar.* einde, modò *d. c. ego Ludovicus. Diſt. 63.* ninuit Pontifici jus occidentalium partium, m præter Romam & circumſitas proximè ovincias nihil includat, hoc ipſo donationi nſtantini plurima detrahens. Circumferun-

tur enim duo diverſa inſtrumenta, certiſſima vanitatis ac falſitatis donationis illius ſigna. Ut autem fraus Pontificia, Canoniſtarum fallaciæ ac figmenta clarius appareant, ambo illa inſtrumenta hic ſubjungam, quò, ex diligenti eorundem inter ſe collatione, quilibet apertè videat & notet hanc donationis fabulam, inſtrumentum Gratianum *d. c. ego Ludovicus. d. Diſt. 63.* his verbis conceptum eſt.

Ego Ludovicus Imperator Romanus Auguſtus ſtatuo, & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ, tibi Beato Petro Principi Apoſtolorum, & per te, Vicario tuo Domino Paſchali, ſummo Pontifici & univerſali Papæ, & ſucceſſoribus ejus in perpetuum, ſicut à prædeceſſoribus noſtris uſque nunc in veſtrâ poteſtate & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis Romanam civitatem, cum ducatu ſuo & ſuburbanis, atque viculis omnibus, & territoriis ejus montanis, & maritimis littoribus, & portubus ſeu cunctis civitatibus, caſtellis, oppidis, ac villis in Tuſciæ partibus. *Item quando divina vocatione, hujus ſacratiſſimæ ſedis Pontifex, de hoc ſeculo migraverit, nullus ex regno noſtro, aut Francus, aut Longobardus, de quâlibet gente homo, ſub noſtrâ poteſtate conſtitutus licentiam habeat, contra Romanos aut publicè aut privatim conveniendi, aut electionem faciendi, nullusque in civitatibus aut territoriis, ad Eccleſiæ Beati Petri Apoſtoli poteſtatem pertinentibus, aliquod malum propter*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

*: facere præſumat : ſed liceat Romanis cum
nni veneratione, & ſine quâlibet perturbatione
norificam ſuo Pontifici exhibere ſepulturam: &
n quem divinâ inſpiratione, & B. Petri in-
ceſſione omnes Romani uno conſilio, atque unâ
acordiâ ſine aliquâ promiſſione ad Pontificatus
dinem elegerint, ſine aliquâ ambiguitate at-
e contradictione more canonico conſecrare: &
m conſecratus fuerit, legati ad nos, vel ad
ſtros ſucceſſores Reges Francorum dirigantur,
i inter nos & illum amicitiam, charitatem &
cem concilient.* Hactenus Gratianus. Vola-
rranus autem, ſe ex vetuſto quodam libro
Vaticana bibliotheca aliud quoddam do-
ntionis illius inſtrumentum excerpſiſſe te-
atur, *libr. Georg. 3.* Cujus hæc eſt for-
mula:

*Ego Ludovicus Imperator concedo tibi Beato
etro Principi Apoſtolorum, & per te Vicario
o ſummo Pontifici, ſucceſſoribuſque ejus in per-
tuum, civitatem* Romanam *cum ſua juriſdi-
ione, omnibuſque circa terris, civitatibus, por-
ibus, ac maritimis locis Hetruriæ: in eâ deni-
ue, mediterraneam urbem veterem.* Balneo
egium, Viterbium, Saonam, Populomam,
oſellas, Peruſium, Mathuranum, Sutrium,
empe verſus Campaniam, Ananiam, Si-
niam, Ferentinum, Alanum, Patricum, Fru-
nonum, cum omnibus circa oppidis & vicis:
ec non exarchatum Ravennæ integrum, *ſicut
iæ recordationis Carolus pater & item Pipinus
vus noſter* (mirum hic de Conſtantino ejuſ-

que donatione ſilentium!) *Beato Petro dudum conceſſère, videlicet*; Ravennam, Bonicum, Æmiliam, Forum Populi, Forum Julii, Faventiam, Imolam, Romaniam, Ferrariam, Comadum, Adriam, Serviam. In Marchia; Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Oximum, Numanam, Eſium, Forum Sempronti, Feretrum, Urbinum, territorium Valnenſe, Callium, Luceolos, Eugubium. In Campania: Sorum, Aquinum, Arpinum, Thranum, Capuam, patrimonia quoque ad noſtram pertinentia ditionem: Beneventanum, Salernitanum, Calabriæ inferioris ac ſuperioris, ac Neapolitanum ducatum: Inſuper Spoletinum, Tuderotreculum, Horatiam, reliquaque ejus ditionis: Inſulas quoque inferi maris, Corſicam, Sardiniam, Siciliam, *quæ omnia pia memoriæ Pipinus avus, deinde Carolus Imperator genitor noſter, per Athenium & Mainardum Abbates, ad hoc ſpontè miſſos, Beato Petro ejuſque ſucceſſoribus ſcripto conceſſerunt, nos item probamus atque concedimus. Præterea ſummi Pontificis deligendi poteſtatem Romano conſilio eſſe volumus, modo ſine diſcordiâ fiat, ac poſt conſecrationem legati ad nos ſucceſſoreſque noſtros Reges Francorum conciliandæ charitatis & amicitiæ causâ mittantur; ſicut temporibus Domini Caroli atavi & Pipini avi, & poſtremò Caroli genitoris noſtri mos fuit. Hanc igitur voluntatem noſtram ſcripto ac jurejurando firmamus, & per Legatum S. R. E. Theodorum, Domino Paſchali miſimus, manuque propriâ me ſubſcripſi*,

, EGO LUDOVICUS. *Subſcripſêre* *oque tres filii ejus, Epiſcopi decem, Abbates* *o, Comites quindecim, Bibliothecarius,* *anſionarius, Oſtiariuſque unus, numerabatur* *nus ab incarnatione Domini*, DCCCXXXV. Ex quorum inſtrumentorum fidâ compara-one, cuilibet apertum eſt, quâ aſtutiâ, qui-s fraudibus, falſisque titulis, Pontifices, ad mmum in Italia aliiſque locis ſeculare domi-um conſequendum ſint uſi. Nam cum Gra-nus in ſuo donationis inſtrumento, in urbi-s, ac provinciis enumerandis, adeo parcus ſet, ut inſtrumento, ab ipſo concepto, nihil æter Romam (ut dixi,) & provincias pro-mè adjacentes haberent, Pontifices, in fin-ndis ſibi ipſis novis donationis tabulis, libe-liores facti, præter modo dicta, ingentem bium ac provinciarum numerum addiderunt. nterim cum nec hic appareat cui fides potius habenda, neutrum ut verum recipi debet. *l. duo ſunt.* 30. *ff. d. teſtam. tut. d. l. ſi quis.* 7. *l. ſi fuerit.* 10. *in fin. pr. ff. d. reb. dub.* Con-antinus quoque Imperator ad Severum Co-item Hiſpaniarum reſcripſit, quod ſcripturæ verſæ & fidem ſibi invicem derogantes ab terâ parte prolatæ, nihil firmitatis habere otuerunt. *l.* 2. *Cod. Theodoſ. d. fid. teſt. & in-rum. lib.* 11. *tit.* 38. *l. Scripturæ.* 14. *Cod. d. l. inſtrum.* Duæ namque orationes pugnan-a continentes, ſimul falſæ ſunt, inquit Julia-us. *l. ſi is qui ducenta.* 13. §. *utrum.* 3. *ff. d. b. dub.* Ubi etiam pugnantia inter ſe in te-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſtamento jubentur, neutrum ratum eſt. *l. ſi Titius. 16. ff. d. cond. Inſtitut. l. ubi pugnantia. 188. ff. d. reg. jur.* Et quamvis unum teſtamentum duobus codicibus confici poſſit. *l. unum. 24. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. ult. ff. d. his quæ in teſtament. del. l. Sempronius. 47. ff. d. leg. 2. l. 3. §. 11. ff. d. his quæ in teſt. del. §. ſed & unum. 13. inſt. d. teſt. ord.* attamen oportet eodem inter ſe re & verbis congruere, *l. 1. §. ſi quis. 5. ff. d. bonor. poſſ. ſecund. tabb.* nam ſi in alteris centum, in alteris centum quinquaginta aurei ſint legati, neutrum ullo modo debetur, *d. l. Sempronius. 47. ff. d. legat. 2. l. 1. §. ſed etſi. 6. d. bon. poſſ. ſec. tab.* Cum autem in poſteriori hoc exemplari Vaticano præter Romam ejuſque ſuburbana, *Neapolitanum regnum*, *Sicilia*, *Sardinia*, *Corſica*, &c. donata nominantur, novæ rurſus donationis tabulæ requirebantur, ut de donatoris animo aliquid certi conſtaret. *l. ſancimus. 34. §. ſi quis autem. 3. Cod. d. donat. l. quingenta. 12. ff. d. prob.* quod cum non fiat, ſuam vim amittit. *d. l. ſi Titius. 16. ff. d. condit. inſtit.*

Sed cum ipſi adhuc in dubio hæreant, anne ſecularem ſuam poteſtatem, diverſis illis inſtrumentis ſufficienter probaverint, ac ſatis ſe veros Italiæ temporales dominos eſſe teſtati fuerint, rurſus ad Mathildis comitiſſæ confugiunt donationem, Anno 1115 factam, cujus liberalitate, quaſdam Italiæ partes, ſeu S. *Petri*, ut vocant, patrimonium, ſibi ut ajunt, acqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

iſiverunt. Ita enim Blondus *lib. hiſtor. 4. ec. 2. Magnam res Italica, maximam Paſal. Pont. fecit jacturam in Mathildi comitiſſa, a ſenio confecta obiit. Eam Martinus, & ſum ſequuti ſcriptores multi tradunt, Hetruriæ rtem hinc à Peſſia agri Senenſis finium torrente, de à Sancto Quirico dicti agri & finium oppi-, ad inferum mare Tiberimque, quam* Patrionium S. Petri *appellant, Pontifici & Romaæ Eccleſiæ donaſſe.* Hoſtiarius, *qui omnibus, quæ ud Pontifices ejus temporis geſta ſunt interfuit, ad ſuperfluitatem multa ſcripſit, nullo in loco eminit.* Platina autem qui præter cæteros er Martini veſtigia inceſſit hæc profert verba: *oc autem tempore Mathildis Comitiſſa, admoum ſenio confecta moriens, Romanæ Eccleſiæ ex ſtamento reliquit quicquid à Peſſia amne, & ancto Quirico agri Senenſis, uſque ad Capuaum inter Appenninum & mare pertinet, addita erraria, quæ adhuc Romanæ Eccleſiæ vectigalis t. Plat. in vit. Paſch. 11. Vrſperg. in Chron.* ventinus in ſuis *annal. lib. 6.* Hæc addit: *Eneas Sylvius, qui eſt Pius II. Pont. Max. adit hancce Mathildam Romano Epiſcopo teamento legaſſe, id quod* patrimonium Petri *ominant, tumque vox cælitus audita, (uti ex ravissimis accepi Theologis) venenum melle lium, fœminam propinaſſe Chriſtianis.* Hæc ille. De quâ donatione ut certius omnibus conſtaet, Urbanus VIII. Pont. Max. ſtatuam eidem Iathildi gratitudinis loco in Baſilica S. Petri Romæ erexit, & facti ab eâdem teſtamenti in ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſubſcriptione mentionem fecit, quod & nos cum Romæ eſſemus, ſatis vidimus. Aſt, ſi omnes Italiæ ſeu occidentalium regionum provinciæ, loca & civitates ex liberalitate Conſtantini, aut tota Hetruria, &c. ex benignitate Ludovici Imp. ſub Pontificis dominium quocunque juſto titulo eſſet redacta, non potuit denuo Mathildes teſtamento legare vel alienare res, quæ in ejus non erant poteſtate. Interim cum Mathildis factum, aliquam præ ſe ferat veritatis ſpeciem, idem tam Imp. Conſtantini, quam Ludovici donationem, apertiſſimæ falſitatis ac mendacii arguit.

V. Diviſio quoque Imperii Conſtantini Imperatoris, donationem illam nunquam fuiſſe factam apertè ſuadet. Conſtantinus quippe, filiis ſuis tribus Imperium diviſit, ad quos ut ait Victor, urbis Romani dominatio redacta eſt, eâ lege ut referente *Euſeb. lib. 4. d. vita Conſtant. & Socrat. lib. 3. Eccl. hiſt. c. ult.* Conſtantinus partes occuparet occidentales; Conſtantius tractum orientalem ſibi ſervaret; Conſtans interjectarum eſſet Princeps conſtitutus regionum. Quid verò per interjectas intelligant regiones, *Zoſim. lib. hiſt. 2.* explicat, ſcilicet Italiam & Illyricum, non igitur urbem Romam omneſque Italiæ ſeu occidentalium regionum provincias Sylveſtro tradidit. Nam ex hiſtoriis notum eſt, ut benè etiam *Krantz. lib. 4. Metrop. cap. 11.* donationem illam nullam ſubſequutam fuiſſe traditionem, animadvertit & notat, cum Conſtantinus juriſdictio-

nem

…m urbis Romæ, nedum reliquarum provin-
…arum, nunquam abdicaverit, ſed poſtea inter
…eros diſtribuerit, quemadmodum inter par-
…; hæreditatis à filiis Conſtantini erciſcundæ
…cenſetur Italia & Roma ipſa, *à Zoſim. lib.*
…t. 2. Vict. in Conſtantin. Euſeb. l. 4. d. vit.
…nſt. cap. 49, 50, 51. Barnab. Briſſ. formul.
… 7. pag. 619. Covarruv. variar. reſolut. lib. 4.
…. 16. num. 8. Arniz. d. donat. Conſt. Joach.
…ut. in ſyll. rer. quot. th. 7. Si autem facta
…ſſet illa donatio, Conſtantinus inter ſuos
…redes regiones illas diſtribuere non potuiſ-
…, quia quæ à teſtatore donata ſunt, non
…plius cenſentur in ejus bonis fuiſſe *l. unum*
…familia. 67. in fin. ff. d. legat. 2. Neque
…tamento locus eſt eâ in re, quæ jam inter
…os alienata eſt. *l. verba teſtamenti. 6. Cod.*
…eſt. l. ſequens. 68. ff. d. legat. 2. Si verò
…natio illa poſt diviſionem facta fuit, pro
…oria haberi debet, quia partitio inter liberos
…a à patre, ultimæ voluntatis locum obtinet.
…nult. l. ult. Cod. fam. erciſc. Arniz. dict. loc.
…nſtans denique omnium Chronographo-
…n ac Hiſtoricorum aſſenſus eſt, urbis Romæ
…uſque Italiæ ac reliquarum partium occi-
…ntalium imperium, penes Conſtantini ſuc-
…ores per annos centum & quadraginta,
…nquam verò penes Pontifices, continuâ ſe-
…, uſque ad Gotthicas irruptiones & deva-
…tiones permanſiſſe, idque Juſtinianum Im-
…ratorem ſibi viciſſim vindicaſſe, qui circa
…um Chriſti DXXVII Imperii faſces te-
nuit,

nuit, utramque Romam tam veterem quàm novam poſſedit, quemadmodum Codex Juſtinianeus & Novellæ conſtitutiones abundanter probant.

VI. Tandem & hoc addendum, hujus inſtrumenti donationis Conſtantini nullitatem e eo deduci poſſe, quod multa in eodem ſint quæ barbara minuſque latina ſunt. Quod autem in conſtructione vel lingua latinâ vacillat, jure Canonico non ſubſiſtit, *ſec. text. expreſſ. c. a audientiam. extr. d. reſcript. & ibi comm. D c. quam gravi. extr. d. crim. falſ.* Phrygium autem, ſuperhumerale, lorum, banna, udo nes, &c. quæ in *d. c. Conſtantinus. Diſt. 96* continentur, quæque optimè notavit *L. Val in ſua declam. in donat. Conſt.* latina non ſunt, igitur totum inſtrumentum illis refertum jure pontif. nullum eſt. *Arg. c. nihil. extr d. præſcr. c. communis filius. Diſt. 23. c. ecce Diſt. 99. Arg. c. Apoſtolicæ. 35. q. 9. c. cum adeo & ibi Gloſſ. extr. d. reſcr.* quo argumento ipſe Pontifex maximam ſui juris partem ever tit, in quâ à linguæ latinæ puritate deviavit *c. definivit. X. d. ſent. excomm. c. olim extr. d injur. & damn. dat. c. quoniam. X. d. conceſſ præb. in 6. tot. tit. X. d. treug. & pac. c. conſanguinei. X. d. ſentent. & re judic. c. ad audientiam. X. d. præſcript. tot. tit. X. d. torneament c. cum pridem. X. d. pact. tot. tit. X. d. celebrat. Miſſ.* Hujus igitur donationis vanitatem cum ſatis notaſſent Veneti, eandem quoque venuſto & arguto quopiam reſponſo detege

runt

runt; cum enim ante annos aliquot, à Pontifice Romano poſtquam Anconam in ſuam redegiſſet poteſtatem, interrogati eſſent: Quo jure vectigalia & alias juriſdictiones in mari Adriatico ſibi ſolis vendicarent, cum tamen nulla privilegia hâc de re monſtrare, neque jus ſuum oſtendere poſſent, illos ita reſpondiſſe fertur: Se mirari quod illa privilegia peterentur monſtrari, quæ Pontifices ipſi penes ſe jam pridem, & quidam archetypa, tanquam rem ſacram, diligentiſſimè in ſuis archivis cuſtodirent: eaque facile reperiri poſſe, ſi donationis Conſtantini membranæ pars exterior, in quâ ea majuſculis literis conſcripta eſſent accuratius inſpiceretur. *Philipp. Camerar. Oper. hor. ſubciſ. part. 1. cap. 61. fol. m. 278.* Quâ factâ reſponſione, donationem, illam ſubdolam falſam ac commentitiam eſſe, demonſtrare voluerunt. Simile reſponſum attribuit, *Sebaſtian. Montic. JC. Patav. in tr. d. patr. pot. fol. 34.* Hieronymo Donato, Legato Veneto. Ait enim eum, Alexandro Borgiæ Papæ hujus nominis IV. de eodem interroganti, jocoſè ex improviſo reſpondiſſe: Oſtendat mihi veſtra Sanctitas inſtrumentum patrimonii S. Petri, & à tergo ſcriptam inveniet conceſſionem factam Venetis maris Adriatici. Sed & Johannes Igneus, quamvis Pontificiorum dogmatum ſectator & aſſertor ſtrenuiſſimus eſſet, veritatis tamen majorem quam mendacii rationem habens, figmentum illud Pontificium bellè & argutè eluſit; ſcribens: in donatione Conſtantini cæ-

cos

cos aliquid vidiſſe, ſurdos audiviſſe, & mutos locutos fuiſſe, in *repetit. l. donationes. 25. in fin. Cod. d. donat. int. vir. & uxor.* Concludam hic cum Ferdinando Vaſquio, *illuſt. controverſ. lib. 1. cap. 6.* Qui, poſtquam multis monſtravit, Principi conceſſum non eſſe res regiæ coronæ in regni præjudicium alienare, tandem hæc verba ſubjicit: Neque ad rem pertinet, Quod Conſtantinus Imperator, Romam urbem & alias civitates, cum quamplurimis aliis oppidis & caſtris donavit, ut habetur *in c. Conſtantinus. diſt. 96. in c. fundamenta. X. d. elect. in 6.* Nam fortè ibi inter fuit conſenſus populorum, vel illi Principes erant tyranni & violenti, ſicquè illud jus quod habebant quale quale, illamve injuriam vel tyrannidem tranſtulerunt. *d. lib. 1. cap. 6. n. 27.* Quam tamen ſi unquam facta eſſet, vehementer deplorat, *Dant. cap. 19.*

Ah Conſtantin di quanto mal fu madre,
Nò la tua converſion, ma quella dote,
Qual dà te preſe 'l primo ricco padre.

Ex his igitur veritatem amanti conſtare poteſt, veriſſinum eſſe quod Laurentius Valla ſcribit, donationem eam facti ignorantiâ & errore, vel potius mendacio niti. Reliquum igitur eſt ut oſtendamus donationem eam ſi facta eſſet, vitioſam tamen, &, ut idem Valla ait, malæ ac ſtultæ fidei eſſe. Primum vitium eſt à parte donantis, Rex enim ante coronationem ſuam jurare ſolet ſubditis, ſeſe nihil de Reip.

bonis

ponis alienaturum, ſed jura ac ditiones regni conſervaturum, igitur cum pactio illa interponi ſolita ſit, nihil autem tam humanæ fidei conſentaneum videtur, quam ea quæ placuerunt ſervare. *l. 1. in pr. ff. d. pact. l. non minorem. 20. Cod. d. tranſact.* Si igitur Rex fidem ſubditis publicè datam ac jurejurando firmatam violat, jam non Rex ſed humanæ fidei ac gentium expers habendus eſt. Et quamvis in coronatione pactio nulla fuiſſet adhibita ſed ſimpliciter ei regnum ſit delatum, cum tamen moderator ſit conſtitutus Reipub. ejuſdem non everſor ſed conſervator eſſe intelligitur, ut nec pactionibus quibuſdam jus Reipublicæ mutare poſſit. *l. non utique. 2. §. jus reipub. 8. ff. d. adminiſt. rer. ad civ. pert.* Nam quibus adminiſtratio eſt permiſſa non mox alienandi poteſtas conceſſa eſſe intelligitur. *l. contra. 28. §. ſi filius. 2. ff. d. pact. Arg. l. filiusfamilias. 27. ff. d. donat.* Deinde Rex tanquam populi ſui tutor præſcriptam tutoribus regulam ſervare debet, ut tum demum pro domino habeatur cum pupillis providet: hoc eſt, cum ſalutem & incolumitatem populi tuetur. *l. tutor. 27. ff. d. adminiſt. tut. l. 7. §. ſi tutor. 3. ff. pro emptor. l. interdum 56. §. pen. ff. d. furt. Hottom. illuſtr. controv. q. 1.* Auguſtus enim dicitur ab augendo, ut vult, *Egeſipp. lib. 5. bell. jud. & Eutrop. Gloſſ. in rubr. proem. inſtit.* quæ derivatio quamvis non adeo propria ſit, res tamen ſub nomine comprehenſa vera eſt, *Joann. d. Pariſ. tr. d. pot. reg. & Pap. cap. 22.* cum Imperator teneatur

auge-

augere Imperium, non verò diminuere, quod quilibet Rex ac Princeps jurare debet. *c. intellecto extr. d. jurejur.* ſubjungam ipſa verba, quibus etiam Conſtantini alienatio prorſus reſcinditur; ſic igitur ſcribit ad Archiepiſc. Coloſſenſ. *Intellecto jam dudum, quod chariſſimus in Chriſto filius noſter, Hungariæ Rex illuſtris, alienationes quaſdam fecerit in præjudicium regni ſui, & contra Regis honorem: nos eidem Regi dirigimus ſcripta noſtra, ut alienationes prædictas non obſtante juramento, ſi quod fecit de non revocandis iiſdem, ſtudeat revocare.* Quod igitur jus Pontifex aliis dixit, & in alterius perſonâ æquum eſſe credidit, cur aſpernetur idem ſibi jus dici, aut id in ipſius quoque perſona valere non patiatur? *l. 1. & tot. tit. ff. quod quiſq. jur. in alt. ſtat.* Et quamvis hoc durum Romanis Pontificibus eſſe videatur, lex tamen ita ſcripta eſt. *l. proſpexit. 12. §. 1. in fin. ff. qui & à quib. manumiſſ.* Cum autem proprietas ſeu directum dominium non ſit de ratione Regiæ vel Imperatoriæ dignitatis, ſed potius plenariæ poteſtatis ac Majeſtatis uſus, in ipſo regno, manente regni conſocatione integrâ, ſine quâ Rex eſſe non poteſt. *Molin. ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 4. n. 16.* alienari non poteſt, *Bodin. lib. 1. d. Repub. c. 9. pag. 194.* ubi dicit: Reges quidem ſummam Reipub. poteſtatem habere, attamen ne glebam quidem agri publici diſtrahere, multo minus proprietatem largiri poſſe, addit *Franciſc. Hotom. in Franco Gall. cap. 19. vid. Cic. lib. 1. offic. & lib. d. repub. 3*

Secun-

Secundum vitium eſt, in perſona donatarii, quippe cum Pontifex præeſſe debeat religioni non regioni *c. Eccleſiæ. Diſt. 97.* aſino inſidere, non equo vehi; Chriſtum ſequi, non cum regibus gentium dominationem quærere, *Matth. 20. v. 26. Marc. 10. v. 43. Luc. 22. v. 26.* inconcinnum quoque eſt ut unus duo habeat officia. *Alber. ad l. benè à Zenone. 3. Cod. d. quadrienn. præſcript.* Difficile quoque eſt ut unus duorum vices gerat. *l. ſi plures. 9. in fin. pr. ff. d. pact. l. ille à quo. 13. §. tempeſtivum. 4. ff. ad SC. Trebell. l. invitus. 17. & 16. Gloſſ. Cod. d. procur.* Nec Imperator jura pontificatus accipere, nec pontifex nomen Imperatorium uſurpare debet. *c. cum ad verum. Diſt. 96. cum gloſſ. ibid. & in c. quoniam. Diſt. 10.* Ne ſcilicet opus Dei turbetur, ſi clerici ſe in temporalibus intromittant, ut loquitur Juſtinianus. *l. placet. 17. Cod. d. Epiſcop. & cleric.* Eccleſia etiam cum alterius incommodo locupletari non debet. *c. ſi quis iraſcitur. 13. q. 2.* Ei quippe convenit ut ſit cultrix juſtitiæ & auctrix. *Feud. lib. 1. tit. d. alienat. feud. Traquell. d. privil. piæ cauſ. privil. 100.* Unde actus turpis magis in Eccleſiaſtico deteſtabilis eſt quam in reliquis, *Novell. 5. cap. 3.* Et Regibus tales conceſſiones interdictæ ſunt, propter ſuorum civium ipſiusque regni alienationem & præjudicium, *c. intellecto. extr. d. jurejur.* Nam diminuere ſucceſſiones ſuas in ſucceſſorum damnum nunquam poſſunt. *l. prohibere. 3. §. plane. 4. ff. quod vi aut clam.* Cum juraverint in ſuâ

coro-

coronatione jura regni ſui & honorem coronæ illibata ſervare. *d. cap. intellecto. extr. d. jurejur.* Quapropter alienationes tales in Eccleſiam collatæ, turpiores ſunt quam ſi in profanos conferrentur. *d. Novell. 5. cap. 3.* igitur & minus ratæ erint quam ſi profanæ eſſent, *Hoſtienſ. Innocent. Joan. Andr. Anton. d. Butr. Panorm. & comm. Dd. in d. c. intellecto. X. d. jurejur. Dd. comm. in c. 1. X. d. probat. & in proëm. ff. & in l. prohibere. 3. §. planè. 4. ff. quod vi aut clam. ibique Bald. Cyn. Alberi. & alii. Bald. in l. cum multa. col. pen. verſ. nota quod Eccleſiæ ff. d. probat. Joan. Andr. in addit ad Speculat. in tit. d. inſtrument. edit. §. nunc autem.* Et poſt omnes, *Ferdinand. Vaſq. illuſt. quæſt. lib. 1. cap. 6. n. 25. 26.* Cumque donatio hæc in everſionem ipſius ceſſerit Reipub. pro non factâ habebitur, *Longovall. in repet. l. imperium. ff. d. juriſd. part. 4. c. ex autem n. 45.* adeoque nulla erit cum incapaci ſit facta. *§. non ſolum. 4. inſt. d. legat. l. mortuo. 49. §. Labeo. 2. ff. d. legat. 2. l. multum intereſt. 34. ff. d. verb. oblig. & ibi Coraſ. & Gothofred. Arniz. d. donat. Conſt.*

Tertium vitium eſt in ipſa materia, tum quia regna chartæ, vel uti donationis Conſtantini auctor loquitur, paginæ beneficio transferre, & abalienare prodigii loco habitum eſt, *Albert. Krantz. in Saxon. lib. 2. cap. 1.* tum quia res tales extra comercicum ſunt. *Arg. d. §. non ſolum. 4. inſt. d. legat. d. l. mortuo. 49. §. Labeo. 2. ff. d. legat. 2.* & alienari prohibi-

ibitæ. *Arg.* §. *nullius.* 7. *inſt. d. rer. diviſ.* §.
d aliquando. 1. §. *res fiſci noſtri.* 4. *inſt. d. uſuc.*
. idem juris. 3. *inſt. d. inutil. ſtipulat.* earum
aque conceſſio nullius momenti judicanda.
Arg. non ſolum. 5. *inſt. d. legat.* Facta etenim
ſt illa donatio ex bonis & juribus ejuſmodi,
uæ ipſum Imperii caput & cor tangunt, quæ-
ue oſſibus tantæ majeſtatis perpetuò impreſſæ
nanent, nec igitur alienari potuerunt, tantum
beſt ut debuerint. Quia Imperium non eſt in
narſupio Principis, *Bald. in c. intellecto extr.*
l. jurejur. Ita ut ejus jura prodigere, & inſtar
ecuniæ per feneſtram ejaculare liceat, *Dd.*
omm. in l. bene à Zenone. 3. *Cod. d. quadrienn.*
præſcript. Nec Imperator magis jus habet di-
ninuendi Imperii, quam truncandi ſibimetipſi
apitis aut mutilandi membri vel corporis,
quod admittere eſſet fatuitatis ſpecies, *Ever-*
ard. in top. loc. à veriſim. Arg. l. liber homo.
13. *ff. ad L. Aquil.* Siquidem Imperator Impe-
ium tam enormiter diminuendo, ac veluti
viſcera ejuſdem eviſcerando fit homicida pro-
priæ dignitatis. *Bald. in c. licet cauſam. extr. d.*
probat. Roland. à Valle lib. 2. conſ. 1. n. 33.
Molin. ad conſuet. Pariſ. t. 1. §. 1. *gl.* 5. *n.* 49.
in fin. & propriæ coronæ deſtructor. *Arg. c.*
intellecto. X. d. jurejur. Oldrad. conſil. 94. *Iaſ.*
in l. debitorum. n. 7. *Cod. d. pact. Felin. in c. ad*
audientiam. n. 4. & 5. *d. præſcript. Mart. d.*
juriſdict. p. 1. *c.* 29. *n.* 3. Itaque Cæſari à Papa
reddenda quæ Cæſaris ſunt. *Joh. Pet. Ferrar.*
in pract. in form. reſp. rei convent. verb. præſcri-

ptionis. Præſertim cum nihil pereat Eccleſiaſticis utilitatibus, ſi quæ ſunt, aliena reddantur. *c. generalis. in fin. Diſt. 54.* Eccleſiæ profectò, maximoperè intereſt, plus æquo non ditari, quò enim magis diteſcit eò magis periclitatur. *Vaſq. illuſt. contr. lib. 1. cap. 6.* Turpiſſimum quoque eſſet Eccleſiam cum alterius jacturâ locupletari. *l. nam hoc natura. 14. ff. d. condict. indeb. l. jure naturæ. 206. ff. d. R. I. c. locupletari. X. eod. in 6. l. prætor. 2. §. merito. 10. ff. ne quid. in loc. publ. l. reſcriptum. 12. §. 1. ff. d. distract. pign. l. jure. 6. ff. jur. dot. Arg. l. rerum quidem. 25. ff. d. act. rer. amot. l. 17. §. 4. ff. d. inſt. act. l. 6. §. 3. ff. d. neg. geſtis.* Unde, ſiquid ex imprudenti Imperatore Eccleſiæ donatum ſit, revocandum eſt. *Ferdinand. Vaſq. illuſt. qu. lib. 1. cap. 5. n. 24.* Præſertim cum Reſ. tantum damnum pati minimè poſſit. *Dd. comm. in c. 1. X. d. probat. & in proëm. inſtit. & in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clàm. Bald. in c. licet. §. in generali. ſi feud. defunct. con. & in c. 1. verſic. poſſideant. d. pac. conſtant.* Cum igitur alienatio illa, ſi quæ unquam fuiſſet, Conſtantini, ſit illicita & Reipub. detrimentoſa, judicio ac mandato Papæ revocari debuit. *Gloſſ. in c. quod quis commiſit. in verb. quis. 35. q. 9.* Eſt enim detrimentoſa non ſolum Reipub. *Bellovis. in proëm. ff. Longoval. in repetit. l. imperium. ff. d. juriſdict. part. 4. c. lex autem. n. 45.* Verum etiam ſucceſſoribus & hæredibus, quibus legitimam ſuam hæreditatem aufert, & in extraneum transfert, quod fieri

ꝛri non debet, per *l. 1. & tot. tit. Cod. d.* *off. donat. auth. Vnde ſi parvus. Cod. d. inoffic.* *ſtam. Gomez. tom. 3. reſolut. cap. 4. d. donat. n.* *3.* Nec Conſtantinus, ut donator, teneba-r in plus, quam præſtáre poterat. *l. ſunt qui.* *5. l. inter eos. 19. l. Neſennius. 41. ff. d. re* *dic.* At ſuum ſucceſſorem cogere non pote-t, ut donationem ratam haberet. *l. nam ma-ſtratus. 4. ff. d. recept. arbit. l. ille à quo. 13.* *. tempeſtivum. 4. ff. ad Sc. Trebell. Arg. l.* *dicium. 58. ff. d. judic.* Succeſſor enim eo nſu non tenetur, *l. peto. 69. §. prædium. 1.* *de legat. 2.* ſed ad ea ſaltem præſtanda ob-gatur, quæ honeſtas & utilitas publ. ſuadet. *Arniz. lib. 1. cap. ult. d. jur. maj.* Quod verò æc donatio utilitatem publicam diruat, ne-ini dubium eſſe poteſt. Itaque quod hacte-us alienatum erat, à ſucceſſore revocandum ſſet. *l. omnia. 32. §. ult. l. peto Luci. 69. §.* *atre. 3. ff. d. legat. 2.* Sique alia nunquam onationem illam, ſi facta fuiſſet, revocandi auſa extaret, ſufficeret ſanè ſumma illa Pon-ficum erga Imperatores Regeſque ingratitu-o, quæ vel ſola & unica totum illud jus ac-uiſitum extingueret. *l. 1. l. 2. & tot. tit. Cod. d.* *evoc. donat. §. aliæ autem. 2. inſtit. d. donat.* *ab. lib. 7. cap. 5. Senec. lib. 3. d. benefic.* Nec obſtat, quod *Raphael Fulg.* ſcribit, ac ob-icit, ſcilicet, ſuperfluum eſſe quærere, quo itulo Pontifex Romam reliquaſque Italiæ artes hodiè poſſideat, cum, ſi nullo alio poſ-ideret titulo, præſcriptionem immemoria-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

lem, quæ vim ſpecialis privilegii obtinet, allegare poſſit. *Mynſ. cent. 1. obſ. 30. & cent. 4. obſ. 29. n. 10. Borch. cap. 1. n. 6. & n. 15. Peregr. d. jur. fiſc. lib. 1. tit. 2. n. 65.* Quia malæ fidei poſſeſſor nullo unquam tempore præſcribit. *c. vigilanti. c. final. extr. d. præſcript. c. poſſeſſor. extr. d. R. I. in 6. Tiraquell. in tr. d. præſcrip. in pr. Pinell. in auth. niſi triennale. n. 56. Cod. d. bon. matern. Neguz. in tr. d. pignor. 2. memb. 6. Vaſq. illuſt. controv. lib. 1. cap. 32. n. 8. & cap. 79. n. 19. & cap. 81. n. 10. quem vid. Felin. c. cum nobis. n. 1. extr. d. præſcript.* &c. At Pontifices bonâ fide caruerunt, quia omnes ſcire debent, quod ſuum non eſt vel fuit, nec de jure eſſe potuit, hoc omnibus modis ad alios pertinere, inquit Juſtinianus Imperator, in *l. fin. Cod. unde vi. l. ſi inter me. 15. ff. d except. rei judic.* Perplurima adhuc quæ donationis illius nullitatem oſtenderent, addi poſſent, cum tamen ex dictis liquidò conſtet, illam à mendacibus ac ſeditioſis quibusdam ſociis cucullatis, confictam ac ementitam eſſe, facile exinde conjicere licet, quo jure & titulo Pontifex ſibi dominium illud temporale, in urbem Romam aliaſque Italiæ civitates & provincias vendicet. Supereſt jam ut monſtremus, quâ audaciâ quibuſque artibus alia regna ac Imperia invaſerit ac occupaverit.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

CAP. XIII.

De jure & actione quam Pontifices in regna: Neapolis, Siciliæ ac Sardiniæ, ut & Apuliæ & Calabriæ provincias, prætendunt.

NOn ager Romanus ac civitates & provinciæ proximæ, non B. Petri patrimonium, inſatiabili Pontificum avaritiæ ſufficiebant; latius imperium ſuum extendi voluerunt, ſcilicet quicquid Occidens continet ſuo dominio ex *d. c. Conſtantinus diſt. 96.* & vi illius donationis ſubjecerunt, ita nullum prorſus in occidente regnum eſt, quod ſuum ſibique tributarium eſſe non affirmant, ita ut nemo Rex vel Princeps Europæus inveniatur, qui Pontificis vaſallus ac feudatarius à Canoniſtarum & Monachorum mandris,non ſalutetur. Cujus ambitionis, ſuperbiæ ac audaciæ, cum multa extent documenta, quædam ſaltem eorum referam, quo nefarii illi Pontificum auſus, quibus in Chriſtianum orbem ut iniquiſſimi tyranni ſæviunt ac Majeſtatis politicæ jura conculcant & opprimunt, plenius ac clarius innoteſcant; & ut ordine fiat, ex regnis & inſulis Italiæ proximis, auſpicabimur.

NEOPOLITANUM REGNUM, cum *Calabria* & *Apulia* provinciis, Eccleſiæ feuda eſſe aſſerit *Gubert. Genebrard. in Chronolog. in Greg. Magn.* qui anno 595. ad Pontificalem evectus eſt dignitatem, in quam rem

Greg. Ep. 11. lib. 5. Fortunato Epiſcopo Neapolitano ſcriptam, citat. Regnum Neapolitanum & Sicilienſe feudum antiquiſſimum eſt Eccleſiæ, inquit, *Guicciard. lib. 1. hiſt. Florent.* & à Pontificibus conferri ſolitum.

SICILIÆ REGNUM, huic adjungo, cum authores de utroque regno junctim maximâ ex parte loquantur, hocque ad Eccleſiæ ditionem pertinere dicit Papa Clemens V. in *Clement. paſtoralis. d. ſentent. & re judic.* Cujus hæc ſunt verba: *Rurſus non eſt ſilentio relinquendum, quod ipſe Rex Siciliæ noſter & Eccleſiæ Romanæ, ratione regni prædicti, notoriè ſubditus homoque ligius & vaſallus in eodem regno continuum habeat domicilium.* Neapolis magna Italiæ pars, novem ampliſſimis amæniſſimiſque regionibus clara, quæ primum ſub Apuliæ & Calabriæ ducibus & Anno 1025. in regnum verſa, & utriuſque Siciliæ regnum nuncupata. *Auct. d. princip. Ital. in deſcript. regn. Neapolit.* & Sicilia quæ propter fertilitatem, rerumque omnium abundantiam, urbis Romæ horreum eſt habita. *Ortel. in Theatr. in deſcript. Neapol. & Sicil.* Romano Imperio adempta eſt, *Mat. d. afflict. deciſ. 128. n. 4.* Pontificiſque Romani ceſſit ſpolio, *Mart. d. 26. n. 26. & ſeqq. Marant. in ſpecul. aur. q. 6. verb. & quandoque appellatur. Hering. d. fidejuſſ. c 7. n. 597. Niem. d. privil. Imperat. tit. d. regn. Sicil. Thuan. hiſt. lib. 1. Bod. lib. 2. d. rep. c. 5. in fin.* Rex Neapolis eſt feudatarius Eccleſiæ Romanæ, *Afflict. deciſ. 282. ortâlite. n. 11.* ita

n. in-

..inter Papam & Neapolis Reges conventum
ſſe ſcribit *Grammat. dec. 61. venerabilis, Joh. n.*
7. Regnum Siciliæ eſt de temporali juriſd-
tione Eccleſiæ. *c. valde. diſt. 94. c. ſi duob. extr.*
l. appellat. Cald. conſil. 320. in pr. Caſtr. conſ.
130. in fin. lib. 1. & clarius conſil. 415. in pr.
ib. 1. Ubi, quod regnum Siciliæ eſt feudum
Eccleſiæ, & Clemens Papa propterea in de-
enſionem Reginæ Joannæ adverſus Bartol.
& cohærentes expendit ſcuta 20000. & pro
olutione dedit Georgio caſtrum Barbentaneæ
Eccleſiæ Avinionenſ. Et ſolvit Rex Siciliæ an-
nuatim mille fartorum monetæ Romanæ Ec-
leſiæ pro cenſu. *c. ad Apoſtolicæ. extr. d. ſent.*
& re jud. in 6. Innocentius IV. Papa, Impe-
atorem Fridericum II. ita arguit; jam equi-
dem imperio privatum eſſe regno quoque pri-
ari poſſe, quia per novem annos non ſolve-
at cenſum, & in *d. c. ad. Apoſtolicæ. §. præter.*
dem Innocentius IV. apertis verbis dicit,
Siciliæ regnum eſſe ſpeciale patrimonium B.
Petri, quod Fridericus Imp. ab Apoſtolicâ
ede tenebat in feudum. *vid. Bellarm. conſ. 15.*
1. 6. in fin. cum ſeq. verſ. primò igitur. Cardinal.
Tuſch. tom. 4. concl. 57. Clemens IV. in bul-
â, quâ Carolo Andegavenſi coronam offert,
reat ipſum Regem utriuſque Siciliæ, citra &
ltra Pharum, quâ loquendi formulâ etiam ejus
ucceſſores uſi ſunt, ob id meritò à *Guicciard.*
ib. 1. hiſt. Florent. reprehenſi, quod regnum
Neapolitanum vocent regnum Siciliæ citra &
ltra Pharum, cum non ſit niſi una Sicilia:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Nec Normanni horum regnorum authores alio titulo uſi ſunt quam Regum Siciliæ; & Arragonenſes, qui, avulſo Neapolitano regno, Siciliæ ſoli imperabant, poſt cædem Gallorum, ſe Reges appellabant, non Siciliæ trans Pharum ſed Siciliæ tantùm. Pontifices verò neſcio quâ de cauſâ, niſi fortaſſè, quod ipſi poſſint mutare rei ſubſtantiam, *ſecund. Specuat. in l. legat. §. nunc oſtend. Bertichin. in tr. d. Epiſc. part. 2.* Per Siciliam, nos docuerunt intelligere Calabriam, Apuliam, Capuam, Neapolim, & quicquid ad iſtam ditionem pertinet. *Arniz. lib. 1. Pol. d. jur. maj. cap. 5. n. 6.* Ita hoc dici audimus, explicatu autem difficile eſt quo jure quâve arte tam amplum Imperium & utrumque regnum ſibi Pontifex ſubjecerit, inquit *Pontan. d. bell. Neapol.* Imo adhuc dubium & apud ſcriptores incertum eſt. *Marin. Freccia. d. ſubfeud. cap. 1. d. donat. Conſt.* loquens ait: *Sylveſtro donatam inter cætera Corſicam, Sardiniam & totum regnum Siciliæ citra & ultra pharum, exceptâ civitate Neapoli ſolùm, quam ad opus ſuum pro camera Imperiali retinuit, ut cum contingeret dictum Imperatorem, velle ad ultramarinas partes accedere, & deinde redire ad Romanam curiam, haberet civitatem in quâ ſe poſſet recreare.* Idem quoque ſequitur hic *Chronic. Neapolit. cap. 4. Gloſſ. ad Clement. paſtoralis. in pr. d. ſent. & re judic.* Aliter tamen ſcribit *Villan. lib. 2. cap 9.* Ipſum papam Stephanum II. excommunicato Imperatore Conſtantino IV. Copronymo, quod opem

tem tuliſſet Aiſtulpho Longobardorum Re-
abjudicaſſe ipſi Imperium & regnum Apuliæ
iliæque, *appropriandolo alla chieſa Romana,*
biliendo per decreto, che ſempre fuſſero di ſan-
chieſa, id quod Pipinus victo Aiſtulpho
ſtea ratum habuit. *Vid. Plat. in vit. Steph. 11.*
olaterranus autem *lib. Geo. 3.* totum refert ad
nationem Pipini, Caroli Magni, & Ludovici
i, ex donationis inſtrumento in bibliotheca
aticana reperto & ſervato, de quo ſupra egi-
us; ibi inter cætera hæc inſerta: *Patrimonia*
oque ad noſtram pertinentia ditionem, Bene-
ntanum, Salernitanum, Calabriæ inferioris
ſuperioris ac Neapolitanum, ducatum inſu-
r Spoletinum, Tuderotreculum, Harviam, re-
uaque ejus ditionis: inſulas quoque inferi
aris, Corſicam, Sardiniam, Siciliam, quæ
nnia, piæ memoria Pipinus avus, Carolus genitor
ſter conceſſerunt, nos item probamus & con-
dimus, &c. Quæ eadem leguntur in inſtru-
ento donationis propoſito à *Corolo Sigon.*
. 4. hiſt. Ital. Interim hæc tanta non ſunt ut
bis fidem faciant, regna hæc juſto titulo à
ontificibus poſſideri, teſtimonia enim hæc
ter ſe non conveniunt, ſed contraria loquun-
r igitur nullius fidei erint. *l. ſi quis. 27. §. 10.*
d. reb. dub. l. ſi quis ducenta. 13. §. utrum. 3.
eod. Nam ſi ut pontifices ratiocinantur,
undus totus eſt in ipſorum poteſtate, quia
nt vicarii Dei in terris, nec opus eſt dona-
one Conſtantini, nec Pipini, nec Caroli
agni, nec Ludovici, cum rei ſuæ nulla ſit

acquiſitio. *l. cum. res. 4. Cod. d. contrah. empt.* Nec antiquitus Pontifices jus tale in hæc regna unquam vel habuerunt, vel ſibi vendicarunt, quod apertè ex *Gregor. 1. Pont. Ep. 74. lib. 7. Ep. 53. lib. 8. ep. 70. lib. 7. epiſt. 24. lib. 12. ep. 51. lib. 8.* colligi poteſt. Injuria quoque Impp. Pipino, Carolo Magno & Ludovico fit, quod illa dicantur donaſſe, quæ nunquam in ſuâ poteſtate habuerunt, Siciliam & quicquid trans Neapolim eſt, prædicti Impp. nunquam poſſederunt. *Krantz. libr. 4. Metrop. cap. 11.* Igitur nec dare potuerunt; ne Paparum impudentiæ imitatores eſſent, qui aliena donare ſolent, ac de alterius bonis valdè liberales ſunt, ut de Antonio *Dion. Caſſ. lib. 49.* dicit. vel ut *Senec. lib. 2. epiſt. 26.* de alieno liberalis ſum. Hoc enim, furtum Juriſconſultis ſapere placuit. *Gloſſ. in l. 1. Cod. ſi. adverſ. vend. Joh. Sich. in l. 4. n. 41. Cod. d. ſerv. fugitiv. l. ſi pignore. 54. §. 1. ff. d. furt.* Ita Alexander VI. Papa, toti non modo Italiæ ſed Reipub. Chriſtianæ pernicioſiſſimus, utriuſque Indiæ tam Orientalis quam occidentalis inſulas, inter Hiſpanum & Luſitanum, judicio finium regundorum, terminis in Athlantico mari poſitis, diviſit, eâ lege dominio ſibi & ſuperioritatis jure reſervato, ab Eccleſia Romanâ ceu fiduciarii recognoſcerent, cum tamen vel domino vel vaſallis, ſive divini ſive humani juris contemplatione nulla ſemuncia alicujus prætenſi juris in Indias competeret. *Franciſc. Guiciard. lib. 1. hiſt. Plat. in vit.*

Alex.

ex. VI. Arum. d. jur. pub. tom. 3. diſc. 34.
det propterea Crantzius hanc eandem Pon-
cum artem, cum enim retuliſſet Leonem
IX. reſignaſſe Ottoni regalia à Conſtantino
Carolo conceſſa, *quod* ſcilicet *ea reſignarit,*
e in ſuâ poteſtate nunquam habuiſſet. Krantz.
t. lib. 4. Metrop. cap. 11. Nota deinde ſunt
cta inter Imperatorem Orientis & Carolum
agnum, convenit enim inter eos ut ille Apu-
m & Calabriam, veluti à Juſtiniani victoriâ
erat, retineret, *Sigon. lib. 4. hiſt. Ital. in princ.*
ventin. annal. Bojor. lib. 4. Summont. lib. 4.
t. Neapolit. cap. 12. Reliquum Italiæ, unde
ongobardi pulſi erant, Carolo cederet, &
uter in alterius ditionem quicquam vel juriſ-
ctionis vel juris prætenderet. *Carol. Sigon.*
lib. 4. hiſt. Ital. Cum verò nihil tam con-
uum fidei humanæ ſit, quam ea quæ inter i-
os placuerunt ſervare. *l. 1. in pr. ff. d. pact. l. tum*
eaquam. 9. Cod. eod. l. Lucius. 24. in fin. l.
blia. 26. §. 1. ff. depoſit. l. ſi plus. 74. ff. d.
ct. l. cum amplius. 84. §. 1. ff. d. R. I. l. ſicut.
Cod. d. obl. & act. l. eo quod. 10. Cod. ſi cert.
. Et grave ſit fidem fallere. *l. 1. in pr. ff. d.*
cun. conſtit. l. illud. 25. ff. eod. ac prorſus
utile. *l. 1. §. hæc autem. 4. ff. depoſ. Herod.*
Erat. Igitur cum Apulia & Calabria vi illius
cti in poteſtatem Imperatoris Orientis erat,
arolus, hoc quod non poſſidebat, nec dare
oterat. *Arg. l. traditio. 20. ff. d. acquir. rer.*
m. l. alienatio. 67. ff. d. contrah. empt. l. ne-
o. 54. ff. d. R. I. Propterea Otto Magnus ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Campania ad Duces Saxoniæ ſcripſit: Conſtantinopolitani Regis homines, dignitate inſignes, ad nos veniunt, pacem, ut audimus, petituri; Apuliam & Calabriam, provincias, quas adhuc tenuêre, niſi inter nos convenerit, dabunt. *Sigon. lib. 7. hiſt. Ital. Witechind. lib. 3. d. reb. geſt. Saxon. in fin. Baron. tom. 10. annal. Ann. 965. §. 1.* Docuit etiam deinde eventus, donationem illam ſi Papæ facta eſſet, fuiſſe eluſoriam, quia Græcorum Imperator, tam Siciliam quam Calabriam cum Apulia, ſemper in ditione ſuâ retinuit, quod conſtans hiſtoricorum aſſenſus facilimè oſtendit, ac evincit. *Sigon. lib. 4. d. regn. Ital. Chron. Caſſin. lib. 2. cap. 47.* Beneventum, cujus etiam in inſtrumento donationis à Volaterrano fit mentio, prius in poteſtatem Eccleſiæ venit, quam Henricus III. permutatione factâ, pro reditibus, quæ ex Germaniâ, nullo tamen jure debebantur, donavit Leoni IX. urbem & cætera in ducatu Beneventano juris regii oppida, ſed vicariatus nomine gubernanda. *Chronic. Caſſin. lib. 2. cap. 47. Goldaſt. in rat. conſt. Imp. ad conſt. Henric. II. §. 2. v. 3. Platin. in vit. Leon. IX.* Comitatum quoque Averſæ idem Conradus Rainulpho Normanno confirmavit. *Chronic. Caſſin. lib. 2. cap. 66.* Illa autem Italiæ pars, quæ Neapolim, Capuam, Salernum, continet, Henricus I. Pandolpho comiti Theano dedit, eoque nomine ipſum Principem Capuanum ſalutavit. *Caſſin. lib. 2. cap. 42. Contract. in*

Chron.

Chron. Admirat. in Guaimar. Cum tamen interea Normanni reliquam Italiæ partem, quæ in diviſione Imperii Græcis relicta erat, impunè inter ſe dividerent, victis & profligatis duobus Catapanis Dulciano & Auguſto. *Chron. Caſſ. lib. 2. Guilhelm. Aquil. in carmin. quib. Normann. res geſt. juſſ. Vrb. II. deſcripſit. Malaterr. d. geſt. Normann.* Neque litem ipſis unquam ſupra hâc re moverunt Pontifices, vel ſuis conſuetis fulminibus tanquam patrimonii Petri prædatores eos abegerunt, ſed tum demum Leo IX. & Nicolaus II. cum fines juriſdictionis Eccleſiaſticæ invaderent, diris illos devoverunt. *Platin. in vit. Leon. IX. & Nicol. II.* Tandem cum Trojam, quæ civitas Pontificibus parere conſueverat, occupaſſent, denuo à Nicolao II. excommunicati ſunt, quibus anathematis telis, cum ſe innodatos cernerent, Græcorumque armis vexarentur, quo & ab eorum impetu & potentiâ tutiores eſſent, ac ab excommunicationis vinculis liberarentur, Normanni, ſe ultro Romanæ Eccleſiæ ſubjecerunt, primuſque Robertus Viſcardus Nicolao II. Pont. Max. homagium præſtitit, ſtipulatuſque eſt pro annuo cenſu, duodecim denarios in ſingula jugera boum, atque ita Dux Siciliæ, Apuliæ & Calabriæ, ab eodem Pontifice inveſtitus eſt. *Platin. in vit. Nicol. II. Chronic. Caſſin. lib. 3, cap. 13.* Mortuo Nicolao II. ejuſque ſucceſſore Alexandro II. Gregorius VII. qui huic rurſus ſucceſſit, novum denuo fidelitatis juramentum ab eodem Ro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

berto exegit quod etiam mox ei præſtitit, hâc formulâ: *Ego Robertus Dei gratiâ & S. Petri, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ Dux, ab hâc horâ & deinceps, fidelis ero S. Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedi, & tibi Domino meo Gregorio univerſali Papæ, &c.* Gregor. VII. in *Epiſt. decretal. lib. 3.* Itaque hic Gregorius VII. rurſus ex alieno liberalis factus, eidem *Siciliam*, quam nec ipſe poſſidebat in feudum dedit, quippe cum adhuc tota à Græcis Saraceniſque eſſet occupata. *Caſſin. loc. cit.* Simile quoque fidelitatis juramentum, à Richardo Principe Capuano, contra jus & fas extorſit. *Platin. in vit. Gregor. VII.* Roberti verò illius filius, Rogerius, idem in *Concilio Melfitano* anno 1089. Urbano II. præſtitit. *Godofr. Malaterra. in Chronic. d. Normann.* quem, Guilielmus ejus ſucceſſor imitatus eſt, qui primùm Paſchali II. deinde Gelaſio II. demum Caliſto II. fidelitatem juravit. *Platin. in vit. dictor. Pontific. Panuin. ibid.* Rogerius etiam Siciliæ comes, qui per cognationem debitos ſibi principatus Guilielmi iniit, impetravit etiam ab Honorio II. quamvis invito, inveſtituram. *Vgo Falcand. Franciſcus Maurolicus, Thomas Fazell. in hiſt. Sicil. in Roger. I. vid. Arniz. d. majeſt. in gen. cap. 5.* Nec aliter de Neapoli cenſendum erit, nam cum illa diu ſub ſuis ducibus ac conſulibus floruiſſet, *Frecc. in fin. lib. d. ſubfeud. n. 15.* Poſtea quoque Normannis paruit, ac ſub eodem Rogerio I. regni titulo venerata eſt. *Chronic. Neap.*

b. 1. *cap.* 62. *Paul. Diacon. lib. hiſt.* 4. Sed odem à Normannis modo, Pontificibus tri- utaria facta. *Villan. in Chronic. Neapolit.*

Ex quibus omnibus liquidò apparet, Impe- atores Normannoſque, poſtquam virtute uâ acquiſiverant ſibi has provincias, eas jure belli, quo acquiſita victoris eſſe dicuntur. *l. ransfugam.* 51. §. 1. *ff. d. capt. & poſt. l. reverſ.* ibi aſſeruiſſe. Nam quæ ex hoſtibus capiun- ur, jure gentium ſtatim capientium fiunt, ait Cajus Juriſconſultus, *l. naturalem.* 5. §. *ult. l. ideo.* 7. *ff. d. acquir. rer. domin. d. l. transfugam.* 51. *ff. eod.* §. *item ea.* 17. *Inſt. d. rer. diviſ.* Et t Cyrus apud Xenophontem: νόμος ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιος ἐστιν ὅταν πολεμούντων πόλις ἁλῷ, τῶν ἑλόντων εἶναι τὰ χρήματα. *Lex eſt empiterna inter homines, capta hoſtium urbe, orundem pecunias ac res victori cedere.* Plato quoque dixit: Πάντα τῶν νικωμένων ἀγαθὰ τῶν νικώντων γίγνεσθαι. *bona quæ victus habuit, omnia victoris fieri.* Quod latè quoque probant, *Liv. lib.* 39. *Cic. lib.* 1. *offic. Clem. Alex. lib.* 1. *trom. Xenoph. d. juſt. Cyr. Plutarch. in vit. Alexand.* Hinc igitur *Ariſt.* 1. *pol. dicit*: νόμος ὁμολογία τις ἐστὶν ἐν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναι φασί. *Lex velut pactum quoddam commune eſt, quo bello capta capientium iunt.* Unde nec mirum, quod Normanni has provincias ac regna, ut ſua juſtoque titulo ac- quiſita, contra aliorum impetus quoſvis, omnibus viribus tueri conati ſint, donec ma- or Græcorum potentia, illos, tanquam viri-

bus

bus inferiores, ac bruta Leonis IX. Nicolai II. Gregorii VII. Alexandri III. & Innocentii III. Pontificum fulmina & furiæ, quibus eorundem animus flacceſcere cœpit, cogerent, ut Eccleſiæ ſe ſubjicerent. Quamvis *Ioann. villan. libr. Hiſtor. 2. cap. 10.* provincias illas tempore Stephani II. Pontifici ſubditas eſſe aſſerat hoc ordine: *Lo Rè Erracco ſucceſſo nel regno di Lombardia, e di Puglia con il Fratello Teoloſe, fù crudele nemico di S. Chieſa, fece congiura con Leone Imperatore di Conſtantinopoli, & con Conſtantino ſuo figliuolo altreſi Imperatore, & à ſua richieſta paſſarono à Roma, e preſonla, e rubaronla, ardendo quaſi tutte le chieſe & ſanti luoghi e portarono à Conſtantinopoli le richezze di Roma, e tutte le imagini delle chieſe di Roma, per diſpetto del Papa, della Chieſa, e del fè d'i Chriſtiani, e tutte le arſono e diſſiparono. Per la qual coſa Stefano Papa ſecondo li ſcommunicò, & tolſe per emenda del misfatto all' Imperiali, il Regno di Puglia, e di Sicilia, e ſtabili per decreto, che ſempre foſſe di Santa Chjeſa Romana.* Id eſt: *Erraccus Rex, Longobardiæ & Apuliæ regnum adeptus, fraterque Theolophe, Romanæ Eccleſiæ inimici, infenſique, conjuratione facta, Leoni Imperatori Conſtantinopolitano, ejuſque filio Conſtantio vehementer authores fuerunt, ut Romam cum exercitu invaderent. Quâ urbe captâ, ac direptâ, templa ferè omnia, locaque auguſta & ſancta incendio abſumunt, civium opibus Conſtantinopolim evectis, aſportatiſque & ut Pontifici, Eccleſiis,*

cleſiis Chriſtianiſque omnibus, inſignis fieret injuria cunctis Romanorum templorum imaginibus confractis, ignem ſubjiciunt. Tantæ rei fœditate commotus Stephanus ſecundus, in illos Apoſtolicæ poteſtatis gladium intorſit, & à fidelium communione præcidit, regnumque Apuliæ & Siciliæ ob patratum ſcelus Imperatoribus ademptum ereptumque, Eccleſiæ perpetuò adjudicavit. Quicquid tandem ſit, illud ſaltem ex dictis apertè conſtat, illas provincias vel regna non liberalitate Conſtantini, vel Pipini, vel Caroli M. ſed vel ſpontaneâ Normannorum ſubjectione; vel excommunicationum motu ac terrore in Pontificum manus veniſſe.

SARDINIAM quod ſpectat, eadem quoque Papæ tributaria eſt, cum Rex Sardiniæ, feudum ab Eccleſia Romana habeat, *Ægid. Bellam. conſil. 1. Cardinal. Tuſch. pract. concl. lit. R. concluſ. 350.* Quamvis hoc apertè neget, *Gregor. Magn. epiſt. 60. lib. 1. epiſt. 64. lib. 1. epiſt. 46. lib. 1. epiſt. 44. lib. 4. & epiſt. 63. lib. 5.* Et quamquam Sardinia poſt tempora Gregorii I. Sedi Romanæ paruiſſet, non alio tamen hanc eidem ſubjectam fuiſſe artificio, quam regna reliqua, judicandum eſt, ſcilicet, vi & terrore fulminum Pontificum Romanorum, quibus in miſeros illos Principes, crudeliſſimè ſævierunt, quo dominium ſuum temporale in univerſum extenderent orbem, & firmius ſervarent. Nec eſt quod quis miretur quod Sardiniam ſibi ſubjecerint, cum totum mundum & Imperium ipſum, ſibi vectigale fecerint.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

CAP. XIV.

De jure quod Pontifices, in Imperio Germanico: Regnis; Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Daciæ ſe habere gloriantur.

PAri inſolentiâ & audaciâ in *Imperium Germanicum* involant, idque Romanæ Sedis feudum, ac imperatorem, Pontificis Romani vaſallum eſſe aſſerunt, in cujus rei certitudinem, teſtimonia ſatis multa Canoniſtæ proferunt. Primum figmenti illius fundamentum ex Caroli Magni juramento Leoni Pontifici hâc formâ præſtito deſumunt: *Ego Carolus Imperator, &c. in nomine Chriſti ſpondeo ac promitto coram Deo & beato Petro Apoſtolo me protectorem aut defenſorem fore hujus ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, in omnibus utilitatibus quatenus divino fultus fuero adjutorio, &c.* Quod ex antiquis commentariis citat, *Carol. Sigon. lib. 4. d. regno Ital. pag. 99. Arniz. lib. 1. d. jur. majeſt.* Apud Canoniſtas aliud Otthonis jusjurandum Joanni Papæ præſtitum, profertur, ex *c. tibi Domino. Diſt. 63.* Cujus hæc eſt formula: *Tibi D. Ioanni Papæ, Ego Rex Otto, promittere ac jurare facio per Patrem & Filium & S. Sanctum, & per lignum hoc vivificæ crucis & per has reliquias Sanctorum, quod ſi permittente Domino Romam venero, Sanctam Roma-*

Romanam Eccleſiam & te Rectorem ipſius exaltabo ſecundum poſſe meum, & nunquam vitam aut membra, & ipſum honorem quem habes meâ voluntate, vel meo conſilio, aut meo conſenſu aut meâ exhortatione perdes: & in Romanâ urbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te aut Romanos pertinent, ſine tuo conſilio: & quicquid de terrâ ſancti Petri, ad noſtram poteſtatem pervenerit, tibi reddam: & cuicunque Italicum regnum commiſero, jurare faciam illum, ut adjutor tui ſit ad defendendum terram ſancti Petri ſecundum ſuum poſſe. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Evangelia. Hoc ipſum autem jusjurandum fidelitatis eſſe contendit Papa Clemens, quod alias vaſalli, feudo accepto, ſuis dominis præſtare ſolent. *Clementin. unic. d. jurejur.* fidelitatis autem juramentum, arguit rem eſſe feudalem *Menoch. 3. præſumpt. 91. n. 46. jaſ. in præjud. feud. Curt. Iun. d. feud. Pet. 1. q. 6. in pr.* Imperatorem verò Pontificis eſſe vaſallum multis probare conantur Canoniſtæ ex *c. ad Apoſtolicæ. extr. d. ſentent. & re judic. in 6. c. venerabilem. extr. d. elect. & elect. pot. in 6.* ſed ſatis infeliciter, ut infra patebit. Inde tanta Innocentio II. audacia ac confidentia nata, ut Lotharium Imperatorem, in baſilicâ Lateranenſi Romæ, tanquam vaſallum ad pedes ſuos proſtratum, ac imperii coronam ab eo accipientem, depingi curaret, his ſubſcriptis verſiculis:

Rex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Rex venit ante fores, jurans prius urbis honores,
Poſt homo fit Papa, ſumit quo dante coronam.

Cujus rei memoria, præter veſtigia quæ adhuc in baſilicâ Lateranenſi conſpiciuntur, extat. in *Chronic. Hirſaug. in vit. Abbat. Hartving. & apud Radevic. lib. 1. n. 9. & ſeqq.* Eadem ratione Carolus V. Imperator cum Bononiæ è Clemente VII coronaretur, cujus coronationis multa adhuc ibi documenta, etiam non ita pridem à nobis viſa, extant, juravit, ſe Pontificiæ dignitatis perpetuum fore defenſorem. *Iohann. Sleidan. lib. 7. comm. pag. 187* cujus juramenti forma hæc fuit: *Ego Carolus Romanorum Rex & brevi* (Dei gratiâ) *futurus Imperator, Cæſar, per Deum divumque Petrum promitto, polliceor, teſtificor atque juro, me in poſterum pro viribus, ingenio ac facultatibus meis, Pontificiæ dignitatis & Romanæ Eccleſiæ perpetuum fore defenſorem, nec ullam Eccleſiaſticæ libertati vim illaturum, ſed poteſtatem, jurisdictionem & dominationem ipſius quoad ejus fieri poteſt, conſervaturum ac protecturum, cujus rei teſtem voco Deum & hæc ſancta Euangelia. Melch. Goldaſt. tom. 3. conſtit. Imperial. pag. 508. Auct. relat. coronat. Carol. V. Henric. Cornel. Agripp. d. duplic. corronat. Carol. V. cap. 5.* Extat quoque apud *Iohan. Aventin. Annal. Bojor. lib. 6.* Adriani Papæ Epiſtola ad ArchiepiſcoposTrevirenſem, Moguntinenſem & Colonienſem his verbis: Romanum Imperium à Græcis ad Alemannos

trans

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tranſlatum eſt: ut Rex Theutonicorum non antequam ab Apoſtolo coronaretur, Imperator vocaretur. Ante conſecrationem, Rex: poſt, Imperator. Unde igitur habet Imperium niſi à nobis? Ex electione Principum ſuorum habet nomen Regis, ex conſecratione noſtrâ habet nomen Imperatoris & Auguſti & Cæſaris. Ergo per nos imperat: Romæ noſtra ſedes eſt: Imperatoris eſt Aquis in Arduenna quæ eſt ſylva Galliæ. Imperator quod habet, totum habet à nobis, ſicut Zacharias transtulit Imperium à Græcis ad Theutonicos ita nos poſſumus ab Alemannis transferre ad Græcos. Ecce in poteſtate noſtrâ eſt, ut demus illud cui volumus: propterea conſtituti â Deo ſuper gentes & regna, ut deſtruamus & evellamus, ædificemus & plantemus. *Franciſ. Hotom. in fulm. Brut.* Ex his & ſimilibus tanta Cononiſtis audacia eſt nata, ut Imperatorem ac Cæſarem Pontificis vaſallum eſſe, ſcribere ac defendere vix dubitârint. Cujus autem ponderis documenta hæc ſint, ac quid probare valeant, infra videbimus.

BOHEMIÆ REGNUM. Auguſtin. Steuch Pontif. bibliothecarius, Pontifici eodem modo ſubjectum eſſe, *lib. 2. cap. 103.* aſſerit & probat his verbis: *Alias ex lateranenſi bibliotheca compertum eſt, Spitiomenum Bohemiæ Ducem, à Nicolao Pontifice, Diadematis uſum impetraſſe, Regno obſtricto, ad centum ſolutionem librarum argenti in cenſum, atque ita à ſede Apoſtolicâ fuiſſe renunciatum.* Quæ,

quam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

quamvis à Steucho ita dicantur, à fide tamen hiſtoricâ longiſſimè abſunt, Uratiſlaus enim inter Bohemiæ Duces XX, Anno 1086. Moguntiam profectus, ubi tum temporis conventus celebrabatur, primus titulum Regis ab Henrico IV. Imperatore obtinuit, ut clarè teſtatur *Bonfin in hiſt. Bohem.* Et quoniam qui ſequuti ſunt, non Regum, ſed Ducum titulum ſibi adſcripſerunt, ac ſi dignitas illa non in provinciam ſed in perſonam fuiſſet derivata; Uladiſlaus demum ſibi poſteriſque à Friderico Enobardo Regium nomen impetravit, quod poſtea in poſteros derivatum eſt. Ita ut titulus ille Regius non Pontificibus ſed Cæſaribus acceptus referatur. Præterea repetitâ ſerie à Bentivolio duce Bohemiæ X. qui anno 995. baptiſmatis lavacro aſperſus, Chriſtianam fidem primus amplexus eſt, uſque ad hunc Uladiſlaum, qui ſecundus Bohemiæ Rex extitit, nusquam apparet aliquem ejus nominis Pontificatui præfuiſſe, præter Nicolaum II. qui duos ſaltem cum dimidio anno Pontificio ſolio inſedit. *Bonfin. dict. loc. M. Anton, Marcell. venet. d. Pont. jur. ſecul.* Bohemiam obtinente non Spiciomeno, ſed Spidigneo XIX Duce, cui frater ſucceſſit Uratiſlaus ille, cui Henricus Regium titulum eſt impertitus. *Bonfin. loc. cit.* Hactenus igitur fabulam narrat Steuchus qui Nicolao hoc adſcribit.

DALMATIÆ ET CROATIÆ REGNA, Eccleſiæ feuda eſſe rurſus *Auguſt. Steuchus in Laurent. Vall. lib. 2. cap. 95.* his verbis

rbis aſſerit: *Item egnum*, inquit, *Croatiæ*
Dalmatiæ Eccleſiæ Romanæ ſunt, quemadmo-
m habetur in Archivo ſacri Palatii Latera-
nſis in regiſtris Gregorii VII. in quibus hæc de
ge & regno Dalmatiæ leguntur: In nomine
ei, ſanctæ & individuæ Trinitatis, anno do-
inicæ incarnationis. M. LXXVI. Indictione
IV. menſe Octobris. Ego Demetrius, qui &
inumir nuncupor, Dei gratiâ, Croatiæ Dal-
atiæque Dux, à te Domino Gebizo ex Apo-
licæ ſedis legatione, Domini Papæ Gregorii pote-
tem obtinente, in Salontanâ Baſilicâ S. Petri,
nodali & concordi totius cleri & populi electio-
, & Croatiorum Dalmaticorumque regni
gimine, per vexillum, enſem, ſceptrum &
ronam inveſtitus atque conſtitutus Rex, tibi
voveo & polliceor, me immutabiliter com-
eturum omnia, quæ mihi tua reverenda injun-
t ſanctitas, ut in omnibus & per omnia Apo-
olicæ ſedi fidem ſervem, & quicquid in hoc regno
m Apoſtolica ſedes, quam legati ſui ſanxe-
unt vel ſanxerint, irrevocabiliter cuſtodiam,
ſtitiam excolam, Eccleſiam defendam, primi-
arum, deſimarum, omniumque ad Eccleſias per-
nentium, procurator exiſtam, vice Epiſcoporum
resbyterorum, diaconorum ſubdiaconorumque,
t caſtè & regulariter vivant providebo. Pauperes
iduas atque pupillos protegam; illicitam paren-
læ copulam deſtruens, legitimam dotem annulo,
cerdotisq́ benedictione conſtituam, & conſtitu-
m corrumpi non permittam: hominum venditio-
contradicam. Atquè in omnibus quæ ad recti-
tudinis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tudinis ſtatum congruunt me æquum exhibebo, Ducentorum quoque Byſantinorum tributum, meorum omnium conſultuum, primatuum S. Petro per ſingulos annos in reſurrectione Domini de mihi conceſſo regno perſolvendum ſtatuo, & ut poſt me regnaturi, hoc idem perpetuò ſervent ſentio, corroboro, atque ſancio. Dono inſuper, concedo atque confirmo Apoſtolicæ ſedi, Sancti Gregorii monaſterium, cui Vrana *eſt vocabulum, cum omni ſuo theſauro, ſcilicet cum capſa argentea, reliquias ſacri corporis ejusdem B. Gregorii continente, cum duabus coronis aureis, gemmis ornatis, cum Euangeliorum textu de argento, cumque omnibus ſuis mobilibus, & immobilibus bonis, ut Sancti Petri legatis ſemper ſit ad hoſpitium receptum, & omnino in poteſtate eorum. Hoc tamen interpoſito tenore ut nulli alii poteſtati detur, ſed omni tempore ſancti Petri ſit proprium, & à me meiſque ſucceſſoribus defenſum, atque ab omni homine liberum ac ſecurum. Cujuſcunque autem audacia, temerario auſu præfatum monaſterium ex aſſignato theſauro privaverit, terribilem illam judicii vocem, quam diabolus cum angelis ſuis, auditurus eſt, audiet. Præterea cum Deo ſervire, regnare ſit, vice B. Petri & Domini noſtri Gregorii Papæ, atque poſt ſe ſucceſſorum in Apoſtolicâ ſede, me tuis manibus committo, & committendo hanc fidelitatem iuramento ſtabilio. Ego, inquam, Demetrius, qui & Suinumir, Dei gratia & Apoſtolicæ ſedis dono, Rex, ab hâc die Sancto Petro & Domino meo Pa-*

pa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Gregorio & ſuis ſucceſſoribus canonicè intran-
us ero fidelis, & ut ipſe, ſive poſt eum futuri
ntifices, ſive Legati eorum, aut membra per-
nt, aut capiantur, neque in conſilio, neque
facto ero. Et conſilium, quod mihi credide-
it ad illorum damnum, ſcienti mihi intima-
. Regnum autem quod mihi per manum tuam,
mine Gebizo, traditur, fideliter retinebo, &
ud ſuumque jus Apoſtolicæ ſedi aliquo ingenio,
quando non ſubtaham. Dominum meum Pa-
m Gregorium, & ſuos ſucceſſores atque lega-
, ſi in meam poteſtatem venerint, honorificè
cipiam, & honeſtè tractabo, & remittam,
undiquaque me invitaverint, pro ut potero
npliciter eis ſerviam. Ex his igitur publici docu-
enti aſſertionibus conjicere licet, Deme-
um Dalmatiæ Croatiæque Ducem extitiſſe,
ovinciasque illas feudali jure Eccleſiæ ſub-
ciſſe, ut Regis ſaltem obtineret titulum.
obè tamen hic obſervandum venit, Deme-
um hunc, non in univerſam Dalmatiam &
roatiam ſed in partem tantùm exercuiſſe
ominatum. Hiſtoriæ quippe teſtantur, Pe-
um Orſeolum Venetiarum Ducem, annuen-
ous Baſilio & Conſtantino Græcis Impera-
ribus, quibus Reges illi Sceptrum acceptum
rebant, Dalmatiæ oras omnes maritimas
eipub. ditioni anno 999. ſubjeciſſe & ideo
almatiæ Ducis titulum etiam induiſſe. Cum-
ue Carolus Magnus Dalmatiæ partes à mari
motas Imperio Græco ſubjectas anno 800
lomuit, maritimas oras Græcorum arbitrio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

permiſit. *Summont. lib. 4. Hiſt. Neapol. cap. 12.* Non dubium igitur eſt maritimas Dalmatiæ civitates, ante etiam Demetrio factam infeudationem, ſi tamen aliqua unquam facta fuiſſet, ad Rempub. Venetam attinuiſſe, nec eas Regum Ungarorum vel Dalmatum quemquam Venetis ademiſſe, licet bello aliquoties tentarint, continuatâ ſemper Venetorum poſſeſſione, ex Imperatorum Græcorum, ad quos ſupremum ſpectabat dominium, authoritate & conſenſu. *Sigon. lib. 4. & 7. hiſt. Ital. Summont. lib. 4. hiſt. Neapol. cap. 12.* Non igitur Dalmatia ſed pars tantùm à Demetrio potuit Eccleſiæ ſubjici. Jam verò Demetrium hunc Bonfinius Toleminum appellat, dicitque eum in uxorem duxiſſe ſororem Gheiſæ, & Ladiſlai Regum Hungariæ, & moriturum conjugi teſtamento regnum reliquiſſe, quæ, ab invaſoribus vexata ad fraternam opem Ladiſlai Regis confugit, & ab eo regnum pacatum tenuit, cui poſtmodum & ipſa liberorum expers, illud conceſſit. *Bonfin. hiſt rer. ungar. lib. 38. Anton. Marſell, d. poteſt. ſecul. Pont.* Inde Dalmatia & Croatia Ungariæ ſceptro fuerunt annexæ, nulla in poſterum Eccleſiæ mentione factâ. Nec ex quopiam Hiſtorico unquam liquet an cenſus ſtipulatione Gregorio promiſſus, unquam fuerit ſolutus, multo autem minus per quot annos, ita, ut & hic ſplendidum vel Gregorii vel ſaltem Steuchi mendacium ſubeſſe putandum ſit. Et quamvis regna illa, ipſo facto Romanæ ſedi

à De-

Demetrio fuiſſent ſubjecta, contractus tamen talis hæredem non obligaſſet, igitur cum præjudicium tertii eſſet factus, jure revocari potuiſſet, & reſcindi debuiſſet. *Arg. l. Lucius Titius. 11. & ibi Angel. ff. d. evictjon. Curt. conſil. 138. n. 4. conſil. 157. n. 18. Gravett. tr. d. antiq. temp. 2. part. 1. part. princ. n. 38. Kirchou. in commun. opin. verſ. princeps non poteſt. Menoch. arbit. Iudic. q. 48. n. 11. q. 5. n. 4. 5. conſ. 1. n. 181. Bellag. in ſpec. princip. rubr. 26. d. privat. offic. §. princeps. n. . Gloſſ. & text. in c. ſi gratioſè, extr. d. reſcript.* 16. ſcilicet, cum etiam in detrimentum Reipub. talis ſubjectio eſſet facta, à ſucceſſore quoque retractari oportebat. *c. intellecto. & ibi Bald. & Panormit. extr. d. jurejur c. paternitatem. extr. d. donation. c. paſtoralis. extr. eod. c. abbate. extr. d. re judic. Bartol. in l. prohibere. 3. §. planè. 4. ff. quod vi aut clam. Ludow. Molin. tr 2. diſp. 25. d. juſt. & jur. uno. d. act. cap. 24. n. 51. Arg. Nov. 7. in pr. & §. 1.*

DACIÆ REGNUM, Pontifici fuiſſe ſubjectum, hactenus non inveni, nulla porrò hiſtoricorum fide dignorum reperiri video teſtimonia quibus hoc aſtrui poſſit, nuda ſaltem ipſius Steuchi extant verba quibus hoc *d. lib. . cap. 103.* probat, dum ait: *Regnum quoque Daciæ, ut ſubjectum, & obnoxium Apoſtolicæ ſedi, quod apparet ex regiſtro Paſchalis, annuum vectigal perſolvit. Laterani datum edictum Epiſcopi Daciæ.* Interim colorem ſaltem huic rei quæſierit Steuchus, rem ipſam non tangit, cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

nec ſubjectionis illius tempus ,nec cauſam afferat , quæ , ſi aliqua fuiſſet , eandem amplis ſatis verbis , ſuo more indicaſſet. In tantâ tamen re , illi , ut privato , credi non poteſt. *l. ubi numerus. 12. ff. d. teſt.* Cumque in favorem Pontificis, cujus bibliothecarius erat, loquatur, ei minimè credendum. *l. Idonei. 6. ff. eod. c. idonei. 4. queſt. 3. l. teſtes. 24. ff. d. teſtib.*

CAP. XV.

De jure quod in Regna; Galliæ, Hiſpaniæ, Arragoniæ, Luſitaniæ, Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ, habere ſe aſſerunt.

GALLIÆ REGNUM, ejusdem ordinis eſſe volunt Pontifices & Canoniſtæ , quam Pontificiam Majeſtatem Galliæ Reges, in temporalibus nunquam agnoverunt , etiamſi libertati iſti mille modis inſidiati ſint Pontificum multi. De cujus tamen cenſu ac infeudatione , nec punctum aliquod uſpiam apparet , ſaltem Steuchus cenſus quoſdam Eccleſiæ Romanæ ſolutos eſſe aſſerit, his verbis : *Cumque Eccleſia nuncuparetur Regina Hiſpanorum & Gallorum , ſolutis penſionibus B. Petro, nonne confitebantur ſe illud ſolvere*

Reginæ ac Dominæ, non ſecus ac Magi, muneribus oblatis? Ex quibus tamen jus aliquod Eccleſiæ cenſum exigendi elici neutiquam poteſt, & præterquam quod Steuchi nudum teſtimonium tantum ponderis non ſit, ut illud probare poſſit, ſi tamen quid inde colligeretur, non aliter quam de ſpontaneâ oblatione & decimis intelligi poſſe video. Bonifacium tamen VIII tandem id ſibi juris competere affirmaſſe reperio; ille enim circa annum 1301. Epiſcopum Apemeenſem in Galliam ad Philippum Pulchrum miſit, ut eum ad ſacrum bellum excitaret, imperioſiſſimis ille literis & minarum plenis legatum ſuum munivit, niſi ad nutum obtemperaret, anathema vibraturum & regno privaturum: & legatus ipſe pro ſuâ audaciâ ac proterviâ, perſuaſionibus duriora interſerebat verba. Tantam arrogantiam cum concoquere Philippus non poſſet, comprehenſum legatum Narbonenſi Archiepiſcopo cuſtodiendum tradit, uſque dum de eo ſtatueret; æſtuat hic Bonifacius & Archidiaconum Narbonenſem gente Romanum ad Philippum delegat, cujus verbis Regi præcipit, legatum illico liberet: at cum Rex difficilem in hoc exequendo ſe præberet, Pontifex in medium protulit, Galliarum Regnum ad Eccleſiam Romanam pertinere, Regem increpavit, & ut à regio abſtineret munere, & Pontifici redderet, quicquid in illo Regno poſſideret, præcepit, mox & ſubditos fidelitatis ſacramento abſolvit, quot-

quot aderant ſpeciatim compellavit, indulgentias omnes, conceſſiones, gratias ac beneficia quæ ad hunc uſque diem, Pontifices Regibus, regnove indulſerant, ſuſpendit: quippe affingere auſus eſt, in Archivis Romanis certum quoddam inſtrumentum inveniri, in quo Galliam Pontificii juris eſſe liqueret. Philippus his exacerbatus, Prælatos regno excedere jubet. Pontifex verò majoribus excommunicationis fulminibus eum deterruit, propterea quod in Epiſcopum manum injecerit, de ſedium vacantium bonis ſtatuere auderet, & Epiſcopos inveſtiret. *Henric. Steron. in annal. Ann. 1301. Bioud. de. 2. lib. 9. Naucler. vol. 2. gener. 44. Bochell. d. Eccleſ. Gallic. lib. 2. cap. 32.* Epiſcopo verò in libertatem emiſſo, Rex imperavit, ne ſubditorum quiſpiam, ſe inſcio Romam contenderet, nec eò cujusvis generis pecuniam mitteret. *Chron. Theod. à Nyem. Gulielm. d. Nangis. Bochell. loc. cit. Paulus Æmil. in vit. Philipp. Pulch.* ſcribit, Pontificem per prædictum Archidiaconum Narbonenſem ad Regem diploma dediſſe, cui inſertum erat id, quod omnes in admirationem rapiebat, quod ipſum Robertus Atrebas ex Archidiaconi manibus dum illud legeret, rapiebat, & in palatii Pariſienſis atrio comburendum tradidit. Tenor autem literarum Bonifacii VIII talis fuit: *Bonifacius VIII ſervus ſervorum Dei, Philippo IV. Francorum Regi: Deum time & mandata ejus obſerva. Scire te volumus, quod in ſpiritualibus* & TEMPO-

RALI-

RALIBUS *nobis ſubes: beneficiorum & præbendarum collatio ad te nulla ſpectat & ſi aliquarum vacantium cuſtodiam habeas, uſumfructum eorum ſucceſſoribus reſerva: & ſi quas contuliſti, collationem irritam decernimus, & quantum de facto proceſſerunt revocamus, aliud credentes hæreticos ac fatuos reputamus. Datum Laterani IV. non. Decemb. Pontificatus noſtri Anno VI.* Quibus literis extremam ſuam impudentiam & audaciam Bonifacius hic oſtendit, cujus etiam ſpecimen poſtea inter canones retulit. *c. unam ſanctam. extrr d. Maior. & obet.* Cujus canonis vigore ſtante nec dubium eſt, quin etiam Rex Galliæ includatur, & gladio Papæ ſubjiciatur, cum ibi in fine dicatur, de neceſſitate ſalutis eſſe, ut omnis anima ſit ſubjecta Pontifici. Quocirca & pendente excommunicatione Philippi, cum alias ſcribi ſoleret: REGNANTE PHILIPPO, ejus loco poſitum eſt: REGNANTE CHRISTO, quaſi regnum ad Eccleſiam rediiſſet, cum Philippus eo exutus eſſet. *Paul. Æmil. hiſt. Franc. lib. 4. Iuo. epiſt. 134. Nicol. Gill. in annal. Gall.* At Philippus IV. totidem verbis Bonifacio reſcripſit, quibus manifeſtè declaravit, Papæ, in temporalibus nullam penitus eſſe autoritatem hâc formulâ: *Philippus Dei gratiâ Francorum Rex, Bonifacio ſe gerenti pro ſummo Pontifice ſalutem modicam ſeu nullam. Sciat tua maxima* FATUITAS, *in* temporalibus *Nos alicui non ſubeſſe, aliquarum Eccleſiarum & præbendarum vacan-*

tium collationem ad nos jure Regio pertinere, & fructus earum, vacatione durante, noſtros facere: collationes hactenus à nobis factas, & in poſterum faciendas, fore validas, & illorum vigore poſſeſſores, contra omnes viriliter nos tueri, ſecus autem credentes, fatuos ac dementes reputamus. Quam literarum formulam clarè proponunt ac oſtendunt, Hiſtorici diverſi, *Brit. Armor. Chronic. lib. 4. cap. 14. Steph. Aufrer. Clement, 1. d. offic. ordin. n. 57. Bodin. lib. 1. d. Rep. cap. 9. Nicol. Gill. in Philipp. Pulch. Franciſc. Hotom. in fulm. brut. Morn. myſt. iniquit. Pap. fol. 947. & alii.* Ex illis ſaltem liquet, Pontificis audaciam ac temeritatem acriter ſatis ac vehementer eſſe reprehenſam ac refrænatam, quare non mirum eſt Tillium Meldenſem Epiſcopum in hæc verba ſuper hâc re prorupiſſe: Demiremur, inquit, hominis impudentiam, qui regnum Franciæ Majeſtatis Papalis feudum eſſe, affirmare auſus fuerit: & ſtultiores illo etiamnum quicunque diſputant: utrum Papæ tantum liceat? *Naucler. volum. 2. gener. 44. Morn. loc. cit.* Hæc Regis Galliæ aperta profeſſio, per poſteriores Pontifices quaſi approbata, & Bonifacii VIII. in cauſis ſecularibus, contra prædictum Philippum Galliæ Regem facta definitio ac excommunicatio, refutata ac caſſata eſt à Clemente V. in *c. meruit. extr. comm. d. privileg.* Innocentius III. quoque de Rege Francorum affirmat, quod in temporalibus ſuperiorem minimè recognoſcat. *c. per venerabilem. extr. qui fil. ſint. legit.* Contra hæc tamen

ontificum aperta ſuper hâc re teſtimonia, uſquam temerario auſu ſcribere ac defendere debat ipſe Steuchus Papæ bibliothecarius in ngulari ſuo libro ſeu regiſtro Lugduni edito g. 198 Galliæ Regem etiam in ſecularibus ontifici ſubjectum eſſe, his verbis: *Bonifacius I. conra Philippum Gallorum Regem, quod con- Eccleſiam ſeſe extolleret, cum ei Pontifex vetera numenta explicaſſet, quibus doceret, quod Ro- ana Eccleſiæ, & in ſacris & in* PROFANIS, *allia ſubeſſet, quo neceſſe eſſet Pontificem, uti* OMINUM REGNI SUI *eum ve- rari, & colere, cum ille deſpiceret, eum communicavit.* Hæc ille. Aſt verba ſaltem nt quæ omni penitus carent fundamento, rtum equidem eſt Pontifices ſupremi Galli- um dominii cupiditate fuiſſe multoties incen- s, cauſam tamen, ſeu titulum ſufficien- m, quo id juris ſibi prorſus competere aſſe- rent, nuſpiam hactenus invenerunt. Imo ntrarium potius ex *c. nos ſi incompetenter. 2. 7. c. igitur. c. ſcire vos. 23. q. 8.* ad oculum pa- t, unde quid hâc de re judicandum ſit, dubi- n non eſt.

HISPANIÆ REGNUM, vix in me- ri ſede vel conditione à Pontifice poſitum t, quod rurſus Steuchus *lib. 2. pag.* 133. obat, & diplomatis partem ex ejusdem Gre- rii VII. regiſtro ſeu codicis libro primo, cerptam affert, quæ ſic habet: *Gregorius I. Regibus & Principibus Hiſpaniæ, &c. vos tis, quod antiquitus Regnum Hiſpaniæ eſt Ro-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

manæ Eccleſiæ. Et paulò poſt, ex regiſtro Epiſtolarum ejuſdem Papæ, quod in ſuâ bibliothecâ religioſè reſervari aſſerit, hanc Epiſtolam profert: *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Regibus, Comitibus, cæteriſque Hiſpaniæ Principibus, ſalutem. Notum vobis fieri volumus, Regnum Hiſpaniæ ex antiquis conſtitutionibus B. Petro & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in jus & proprietatem traditum eſſe. Quod nimirum hactenus & præteritorum ipſorum incommoda, & anteceſſorum noſtrorum tacuit negligentia. Nam poſtquam regnum illud à Saraſenis pervaſum eſt, & ſervitium quod B. Petro inde ſolebat fieri, propter infidelitatem eorum & tyrannidem detentum, ab uſu noſtrorum tot annis interceptum eſt, pariter etiam rerum & proprietatis memoria delabi cæpit. Verum quoniam divina clementia conceſſa vobis in hoſtes illos, ſemperque concedenda, terram in manus veſtras tradidit, ulterius vos cauſam illam ignorare noluimus, ne quod ſupernus arbiter, legum ac juſtitiæ conditor de recuperandâ juſtitiâ, & honore Sancti Petri, ejusque ſanctæ ac Apoſtolicæ ſedis gloria noſtræ humilitati ad benè merendum contulit, nobis, aut vobis ex taciturnitate in negligentiæ culpam, aut vobis ex ignorantia, quod abſit, ad detrimentum propoſitæ, & divinitus oblatæ retributionis obveniat*, &c. Hæc diplomatis illius Pontificii ſunt verba, veluti ſaltem Steuchus teſtatur, ſed præter illa, nunquam vel ſigna aliqua ſubjectionis apud Hiſtoricos fide dignos reperire licet, quibus temporale illud Papæ dominium, in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

in Hiſpaniæ regno aſtrui poſſit. Johannes Mariana è ſocietate Jeſu ſacerdos, diligens aliàs antiquitatum Hiſpanicarum ſcriptor, *Hiſt. d. reb. Hiſp. lib. 9. cap. 5.* ſcribit: Henricum II. Imperatorem Romanorum anno 1055. in medium protuliſſe, Hiſpaniam Romano Imperio ſubjectam eſſe, & per Legatos ſuos apud Victorem II. Leonis IX. ſucceſſorem conqueſtum eſſe, quod Ferdinandus Lionis & Caſtiliæ Rex, ſe ab Imperio ſejunctum jactitaret, & Imperatorium titulum ſibi arroganter vendicaret, veluti ex oratione ſub perſonâ Henrici II. in Concilio Florentino dicto anno, habita, patet, cujus hæc verba: Atque ego, hanc injuriam libenter tolerarem (tantum apud me tranquillitatis ſtudium poteſt) ſi nullam præterquam dignitatis noſtræ jacturam fieri viderem. Sed in conſilio capiendo Patres, omnem orbem quam latè Imperium Chriſtianorum patet, reſpicite: cujus incolumitas ſtare non poteſt, niſi ſit unus, cujus incolumitatem cuncti reſpiciant, cujus Imperio devincti ſint, obtemperent voluntati. Reſpicite ſacroſanctam Pontificum majeſtatem, quorum fluxa authoritas eſt, niſi imperatorum (quos eâ de cauſâ in orbe Chriſtiano proximum poteſtatis locum obtinere voluerunt) armis & potenttâ muniatur. Naſcentem temeritatem in ipſis incunabilis comprimite: ne parvum exemplum ceſſatione noſtrâ, diſſimulatione veſtrâ ad alios promanet: & cæteris omnibus provinciis ad dulce & ſæpè fallax libertatis nomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

arrectis, imperii & pontificatus ſacroſancta majeſtas ad inanem appellationem perducatur. Sacrificiis ex ritu Chriſtiano Hiſpaniam interdicite, Regiſque inſolentis caput diris execrationibus defigite, quod ſi feceritis, honori Eccleſiæ me non defuturum profiteor, & reipublicæ ſalutem una vobiſcum curaturum, quæ in periculum vocatur: Sin timore defugitis, me honori imperii non defore, mihique privatim conſulere certum habeo. *Hæc ille.* Quibus propoſitis, à Pontifice ſententia erat promulgata, Cæſaris petitionem æquam eſſe. Quare per legatos nomine Pontificis & Cardinalium, Ferdinandus Hiſpaniæ Rex factus eſt certior, ſe teneri Cæſaris poſtulatis non abnuere, nomenque Imperatorium, quod nec lege, nec conſuetudine, nec ratione ſibi adjecerat, dimitteret, ni protinus pergeret, ſacra Romanæ ſedis arma experturum. Rex Ferdinandus poſt multa inita conſilia, Pontifici ſignificavit, ut viros mitteret, quorum judicio jura diſcuterentur. Quare Legatis ideo à Pontifice miſſis, & actâ Toleti cauſâ, judicatum fuit, Germanis Imperatoribus in Hiſpaniæ Reges nullum penitus competere jus. Igitur cum controverſia tanta inter Henricum II. Romanorum Imperatorem & Ferdinandum Hiſpaniæ Regem, de eodem regno eſſet orta, ſi Pontifex tunc temporis vel minimum juris apicem prætendere vel ſcire potuiſſet, quo regnum illud ſuum aſſereret, dubitandum non eſt illum in tanto negotio vigilan-

gilantiſſimum fuiſſe, ac in id unicè laboraſſe, ut titulum vel cauſam tanti dominii oſtenderet ac probaret. Quam Pontificii figmenti falſitatem ut exactius oſtenderet Mariana, *dict. lib. 9. cap. 5. fol. m. 410. 411.* hæc ſubnectit: Romani præterea Pontifices Hiſpaniam ſibi vectigalem reddere cogitarunt, ut argumento ſunt literæ Gregorii VII. ad Reges, Comites cæteroſque Principes Hiſpaniæ, id confirmantes, antiquis temporibus illud fuiſſe obſervatum, priusquam à Mauris Hiſpania eſſet everſa. Verum iis conatibus nihil eſt profectum, ac verô pari animorum conſtantiâ obviam itum, rerum eventus declarat, retentâ ſemper à noſtris immunitate. *Hæc Mariana.* Propterea cum nihil inveniatur quod tantæ poſſeſſionis documentum verè eſſe poſſit, imò & altum Hiſtoricorum ſuper hâc re ſilentium ſit, ſoli Steucho in negotio tam magno, fides haberi non poteſt.

ARRAGONIÆ REGNUM, Papæ etiam tributarum eſſe, rurſus probare nititur, *Auguſt. Steuchus dict. lib. pag. 193.* his verbis: *Petrus Arragoniæ Rex, Anno tertio domini Inocentii III. Papæ, venit Romam ad eundem Innocentium, ab eoque militiam ſolemniter ac honorificè accepit: obtulitque ſpontè totum regnum B. Petro, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ibique accepit in feudum, prædictum regnum. Itemque pro regno Sardiniæ, certam pecuniæ ſummam conſtituit ſe daturum.* Occaſionem autem hujus rei, plenius nobis deſcribit Joannes Mariana *Hiſt. d.*

reb.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

reb. Hiſpan. lib. 11. cap. 21. Petrus ſecundus, *inquit*, Arragoniæ Rex, cum in Majoricam & Minoricam tunc à Saracenis oppreſſas, expeditionem pararet, ad illud curam intendit, ut Januenſes & Piſanos mutuis conflictibus debacchantes, ſocietate conjungeret: & quoniam Innocentius III. ſe optimè erga Arragonenſes animatum, multis argumentis præ ſe tulerat, Romam 1208 contendit, & 21. Novemb. in S. Brancatii templo à Petro Portuenſi Epiſcopo unctus, ab ipſo Pontifice coronatus, in regalibus inſigniis magnâ ſolemnitate effulſit: Tunc etiam Regibus Arragonenſibus conceſſum, ut in poſterum coronam in proprio regno acciperent coram Archiepiſcopo Taraconenſi, uti Pontificio Legato. Nondum in mores ſuſceptum erat, ut Reges Arragonii continuò à morte patris, regni inſigne acciperent: ſed cum milites creabantur, more Hiſpanis uſitato, aut uxores ducebant, tum demum regium nomen, inſigneque uſurpabant. Pro eo merito Rex, Arragoniam Pontificibus vectigalem eſſe conſtituit, certum auri pondus pendere quotannis pollicitus pactuſque, haud obſcurè dolentibus vulgò provincialibus, ab eo initio immunitatis jus imminui. Datamque Pontificibus poteſtatem, occaſionemque Rempublicam in Arragonia turbandi. Juſtum dolorem, vectigal quod conſequenti anno impoſitum regno abs Rege eſt, graviſſimum, magis exulceravit, quod monetale vulgò dicitur. Oſcæ, Novembri menſe

extremo

…tremo edicta promulgata, quibus non plebei …odo, ſed etiam immuni conditione homi…s, quicunque eſſent, comprehendebantur. …cuſabant Regem quaſi privatim prodigus …et, publicè avidus, unde effuſa compenſa… *Hæc Mariana*. Interim admiratione di…um eſt, populos libertatis apprimè tenaces …quieuiſſe, præcipuè cum eæ è diametro ad…rſarentur leges, quas ipſi principio Regem …ecturi, ſibi condiderant. Earum hæc erat …mma: quod, cum Arragonenſes quicquid …auris ademiſſent, novello Regi credere de…eviſſent, nunquam ille ſibi in animum indu…ret ſuper his, quæ poteſtatem ei conceſſam …cedebant; quidquam ſtatuere, niſi duode…n procerum ex condicto electorum conſilio, …aſſenſu, nec ei liceret de publicæ utilitatis …ibus, quicquam deterere. Quare vel tunc …agiſtratus inſtitutus fuit, qui *Iuſtitia Arrago…nſis* etiamnum appellatur; qui exinde legi…is, autoritate, populorum affectu pro tem…orum viciſſitudine Regiam licentiam, ne ni…ium excurreret, certis coërcuit limitibus, ut …fert M. *Anton. Marcell. libr. d. ſecul. Rom. …ntif. iur.* Interim cenſum hunc ab Arrogo…nſibus paucis annis præſtitum eſſe exiſti…andum eſt; Nam cum Angelus Conſtantius …paratum enarrat, quem Petrus tertius Ar…gonenſis, dum ſanguinolentæ illæ *Veſperæ …culæ*, inſtruebantur inſtituebat, inquit, Le…tum à Rege Romam fuiſſe miſſum, Martino …. Pont. Max. gratulandi ergò de aſſumptione

ad

ad Pontificatum, quo de ſui Regis in Siciliæ regno juribus agente, ſubjecit ei Pontifex: *Dite al Rè Pietro, che ſarebbe aſſai meglio, pagare alla Chieſa Romana tante annate, che deſſe perlo cenſo, che Rè Pietro ſuo avo promiſe di pagarli, & i ſuoi ſucceſſori, come veri vaſalli, & feudatarii di quella, e che non ſperi, fin che non hà pagato quel debito, riportare gratia alcuna della ſede Apoſtolica. Id eſt: Dic Petro Regi ſatius illi futurum, ſi debitas ob cenſum Romanæ Eccleſiæ penſiones annuas, à Rege Petro avo, & ſucceſſoribus, ſeu verè ſubditis, ac feudatariis promiſſas, bonâ fide perſolveret, hoc ſi re ipſâ præſtare abnuat, Pontificem nunquam illi rem gratam facturum ſperet. Vt refert. Angel. Conſtant. nella Hiſtor. di Napoli lib. 12.* Interim quamvis ex dictis concedamus Petrum Arragoniæ Regem, regnum ſuum Innocentio II. Papæ tributarium feciſſe, quo tameu jure id factum ſit non video, quippe cum ipſi Petro Regi, regnum illud populi judicio ſuffragiiſque delatum fuerit, imo etiam pactiones & certæ conditiones in Rege creando interpoſitæ ſint, ſcilicet, ne quicquam ex ditionibus ſuis alienaret, ſed jura regni integra conſervaret, ut ex ſuperioribus patet, cum autem nihil tam humanæ fidei conſentaneum ſit, quam ea quæ placuerunt ſervari *l. 1. in pr. ff. d. pact. l. juris gentium. 7. §. ait Prætor. 7. ff. eod. l. ſi plus. 74. in pr. ff. d. evict. l. ſicut. 5. Cod. d. oblig. & act. l. minorem. 20. Cod. d. tranſact.* & grave ſit fidem fallere *l. 1. in pr. ff. d. conſtit. pecun. l.*

Lucius

ucius Titius 24. in fin. l. Publia. 26. ff. depoſit. gitur etiam lex contractus ſervabitur. *dict. l. ucius. 24. in fin. ff. depoſit.* Rex enim qui fiem publicam ſubditis ſuis, datam & jurejuranto confirmatam violat, jam non Rex, ſed humanæ fidei & juris gentium expers habendus ſt. *Arg. d. leg. minorem. 20. Cod. d. transact. 1. l. 7. §. 7. ff. d. pact.* Ex quibus omnibus, uo jure regnum illud ab ipſo Rege, Pontifici omano ſit tributarium factum, colligere uniuique facilimum eſt.

LUSITANIÆ REGNUM, in eâem navi verſari opinamur, ita enim loquitur teuchus, *lib. 2. cap. 100. Itaque Regnum Portgalliæ Eccleſiæ Romanæ eſt: nam Hildefonſus, um prius eſſet Dux Portugalliæ ſive Luſitaniæ, uod à priſco tempore noverat eſſe ſedis Apoſtoæ, obtulit ipſum, ſubiecit eidem, vectigaleque nſtituit. Deinde ab Alexandro III. Rex appeltus eſt, duaſque auri marcas, cenſum ſingulis nis perſolvit.* Interim quæ hic Steuchus ſcri:, cum temporum illorum hiſtoriis convere non video, nam Hiſtorici Hiſpani tradunt, phonſum Luſitaniæ Comitem, cum in auros collatis ſignis irrupturus eſſet, ab exitu, anno M. C. XXXVII altero ante puam die, VIII. Calend. Auguſti, qui dies D. cobi memoriâ ſacer erat, magnâ lætitiæ ſiificatione REGEM fuiſſe acclamatum, incitamentum fuit, ne à turpi fuga, collan honorem auſpicaretur. Itaque ante ipſam gnam novus Rex ad ſuos milites hanc habuit

Ora-

Orationem: Verba milites fortiorem n-
minem faciunt, Ducis oratione, excitati ani
mox ad ingenium redeunt, quantam quiſq
virtutem habet, talis in diſcrimine apparet. Q
loco res noſtræ ſunt æquè mecum intelligit
hoſtium multitudine & locorum conditio
ignavis fugæ locum ſublatum, &c. *& infr*
A me certè, non diſciplinam tantùm, ſed etia
pugnandi exempla petite. Vos videte,
Regium nomen ad ludibrium dediſſe videan
ni. *Ioann. Marian. d. reb. Hiſpan. lib. 10.*
17. Si igitur ex unanimi ſubditorum militur
que conſenſu, Rex erat proclamatus, Regiu
titulum ab Alexandro III. prout Steuchus ſci
bit, non eſt conſecutus, qui demum circa a
num M. C. LIX. ad Pontificiam ſedem evect
eſt. Nec etiam veriſimile eſt, quod ide
Steuchus addit, ſcilicet regnum illud annuu
cenſum Pontificibus ſolviſſe, cum rurſus M
riana ſe hoc in regni illius Hiſtoriis nuſpiam i
veniſſe aſſerat. Sed noſtra, *inquit*, & maj
rum noſtrorum ætate, regnum illud ab om
penitus onere ſemper immune exiſtimatum fu
Marian. d. loc.

ANGLIÆ & HIBERNIÆ REGNA
eodem loco à Pontificibus habita fuiſſe, teſt
tur viciſſim idem *Steuch. lib. in Laur. Vall. ſ*
d. donat. Conſtant. 2. cap. 95. fol. 138. I
inter alia, in Papæ bibliotheca Regiſtrum i
veniri aſſerit, in quo hæc Alexandri II. a
Guilielmum II. Angliæ Regem epiſtola extat
Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, d
lec

lecto filio Gulielmo Anglorum Regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Novit prudentia tua Anglorum Regnum, ex quo nomen Chriſti ibi glorificatum eſt, ſub Apoſtolorum Principis manu, & tutela extitiſſe; donec quidam, membra mali capitis effecti, celantes ſuperbiam patris ſui Satanæ, pactum Dei abiecerunt, & Anglorum populum à via veritatis averterunt. Et paulo poſt: *Nam ut benè noſti, Angli fideles erant, piæ devotionis reſpectu, ac cognitione religionis, annualem penſionem Apoſtolicæ ſedi exhibebant; ex quâ pars Romano Pontifici, pars Eccleſiæ S. Mariæ, quæ vocatur ſchola Anglorum, in uſum fratrum deferebatur.* Et infra: *In rebus verò S. Petri, quæ in Anglia colliguntur, ſic te, ut tuis invigilare monemus, ſic liberalitati tuæ committimus, ut pium & propitium debitorem Petrum reperias, & eum tibi ex debito ſubvenire admoneas.* Attamen cum codex ille in quo inſtrumentum hoc repertum eſſe dicitur, hactenus à nemine præter Steuchum ſit viſus, ſed potius è manibus hominum evolaverit, literis his utpote ſcripturæ privatæ, nulla erit fides habenda. *Novell. 73. cap. 1. 2. 5. 6. & ſeqq.* Si verò inſtrumentum illud, ſuâ non careret certitudine, quis tamen hic fraudem & dolum Pontificis non animadvertit? Vult enim Alexander II. Gulielmo Angliæ Regi in eodem perſuadere, ab eo tempore, quo Chriſtus in Anglia eſſet cognitus, *Regnum illud ſub manu & tutela Petri*, id eſt, Romanorum Pontificum fuiſſe: cum tamen Chriſtianos

Reges

Reges multis antè annis habuerit Anglia, quam Roma de Papatu quicquam audiviſſet. Porrò ſi Alexander in Angliæ regnum jus aliquod habuiſſet, dubitandum non eſt, quin ad minimum, cauſam ſeu titulum tantæ dominationis addidiſſet. Cum tamen regno illo, ob ſingularem in eodem terræ fæcunditatem, culina Pontificum carerere vix potuiſſet, commodam tamen tantæ prædæ habendæ occaſionem jam diu expectaſſet, tandem diſſenſſiones, motusq; certiſſimas regnorum ruinas, ibi diſſeminari curauit curia Romana, atque ita Thomam Canturbienſem Archiepiſcopum in Henricum II. Regem excitavit, cum enim hic reditus Eccleſiaſticos diſpenſare vellet, ejus voto ſe oppoſuit Archiepiſcopus. Magis autem magiſque diſſenſiones illæ invaluerunt, donec, tandem Archiepiſcopus, in exilium actus, in Galliam ad Alexandrum III. Pontificem, qui tum in Gallia commorabatur, confugeret, ad quem etiam Rex, juris ſui tuendi gratiâ, Legatos miſit, qui Regem offendere veritus, nutantibus utique rebus ſuis, reſponſionem differt, moramque ex morâ nectit, cum autem tandem voti ſe compotem non evaſurum videret, irâ inflammatus, bona omnia Archiepiſcopi proſcripſit. Creſcente interea ejus filio primogenito Henrico III. & eum ſeptendecim annos complente, ſibi eum regni conſortem adſciſcere decrevit, curavitque ut Archiepiſcopus Eboracenſis, cum Canturbienſis jam exul eſſet, ei Londini Regium imponeret diadema. Canturbienſis

turbienſis autem, apud Pontificem ſummoperè conqueſtus eſt, quod authoritate ab ipſo non impetratâ, aliquis coronationis munere eſſet functus. Quare Pontifex Eboracenſem aliosque conſilii complices, ſacris interdixit; quæ res iram ac indignationem Regis in Canturbienſem auxit, poſt ſexennium tamen ob Papæ interpoſitionem tandem Regi reconciliatus eſt. Eboracenſis rurſus reconciliationi huic ſe fortiter oppoſuit, cum verò Rex interea in Normandia commoraretur, aulici quidam Regis, ipſo inſciente, Archiepiſcopum Conturbiæ interfecerunt. Quo audito, Rex vehementer commotus erat, Legatos mox Romam miſit, qui homicidii crimen ipſi inuſtum amoverent, ac omnem ſuſpicionem factæ cædis ab ipſo averterent. Ex his Pontifex magis magiſque animo elatus, mox ſuos Legatos, binos ſcilicet Cardinales, circa annum 1172. in angliam miſit, qui tanti ſceleris cauſas authoreſque indagarent, hi poſt paucos dies rerum certiores facti, ex purâ iuvidiâ & Regis opprimendi cauſâ, ſententiam tulerunt, ut Rex coram ipſis & Regni primatibus jurejurando ſe purgaret; pœnam quoque lueret ob anſam ſaltem ſuſpicioni datam, quod Archiepiſcopum ad huc viventem, priſtino honori ac loco non reſtituerit. Ducentos Equites in bellum Hieroſolomitanum, qui per annum ibi pugnarent, mitteret, ipſemet eò priuſquam tres effluerent anni, cum exercitu tenderet niſi Pontifici ſecus videretur; corruptelas tolleret, quæ libertati,

Eccle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Eccleſiaſticæ adverſarentur; jus Romam à ſententiis provocandi permitteret, atque hæc omnia in remiſſionem ſuorum peccatorum polliceretur, ut pluribus refert, *Matth. Parus. in Henric. II. Anton. Marcell. d. jur. ſec. Pontiſ. Rom.* His inquit, *Flav. Blondus*, Regem juramento ultrò adjeciſſe, ſe, filiumque Regni participem, Pontifice permittente in regno eſſe, & neminem in poſterum Angliæ Regem futurum, quem non Pontifex Romanus nominâſſet. Et addit, *Platin. in vit. Alexand. II.* Ortum hinc traxiſſe conſuetudinem illam, ut Reges Angliæ omnes, à Pontificis manu, Regni jura accepiſſe ſint profeſſi. Hæc omnia fuſius deſcribere volui ut quid de fide literarum à Steucho deſcriptarum & ab Alexandro II. Gulielmo Angl. Regi miſſarum, ut in ſuperioribus vidimus, judicandum ſit, conſtet. Polidorus tamen Virgilius *Hiſtor. Angl. lib. 15.* poſtquam retulit ſcriptores inveniri quoſdam, qui juramentum illud ſubjectionis referant, addit, in annalibus Angliæ nullam hujus mentionem fieri, nec horum quicquam à Regibus qui ſecuti ſunt præſtitum. Nec Paulus Æmilius ſubmiſſionis illius meminit; Ita ut hinc merito quis dubius reddatur. Poſterioribus tamen annis accidit, quod regnum illud Eccleſiæ ſubjiceretur. Cum ſcilicet Johan. Henrici filius qui Ricardo fratri in regno ſucceſſit, Archiepiſcopi Cantuarienſis electionem ſibi vendicaret, Innocentius III. P. R. ne hoc fieret, maximoperè obſtitit; quam cum Rex urgeret à Pontifice excom-

communicatus eſt, qui ſimul alios princi-
es Chriſtianos hortabatur, ut eundem
luti publicum Dei hoſtem, armis adori-
ntur, quod etiam Philippo II. Galliarum
egi perſuadere ſtuduit. Hujus perſuaſioni-
is motus Philippus, exercitu comparato
llum Anglis inferre voluit. Interim ut
ilippum, Johannem jam jam inviſurum in
ocinctu videt, Legatum in Angliam clancu-
m induxit, qui, quod præ foribus erat exitium,
ſi Pontifici mox ſatisfieret, Regi indicaret.
cque periculis undique ſe circumventum vi-
ens Rex, reſignat coronam ſuam cum Regnis
ngliæ & Hiberniæ in manus Papæ, cujus tunc
ces gerebat Pandulphus ejus Legatus, &
arta ſubſcriptâ confirmat his verbis. *Pro*
miſſione omnium peccatorum noſtrorum, &
tius generis noſtri, tam pro vivis, tam pro de-
nctis, Domino Papæ innocentio, & ejus ca-
olicis ſucceſſoribus, prædicta regna liberè concedi-
mus. &c. Ita jam regno ſuo ſpoliatus Johan-
es, per totos quinque dies, ut privatus quidam
ixit, luce tandem ſextâ per Legatum ſuum
adem ei reddidet regna Innocentius, hominii
amen ligii lege poſſidenda, atque ita Anglia
m Hybernia uti feudum Eccleſiæ Romanæ.
ctum eſt. *Matth. Parv. in Iohann. p. 225.*
& ſeqq. Polyd. virgil. Hiſt. Angl. lib. 15.
Hujus etiam rei teſtis eſt, *Flav. Blond. libr. 6.*
cad. 2. Tunc, inquit, Joannes Anglorum
ex, vires ſuas Francorum Regi impares fore
eritus, ad Innocentii III. Pontificis Romani
miſe-

miſericordiam confugit, Angliam Hiberniamque Romanæ Eccleſiæ feudatarias ex fædere conſtituens, centum auri marcas, pro utrâque inſulâ quotannis ſolvere eſt pollicitus. *Anton. Florent. Hiſtor. part. 3. titul. 19. §. 5.* hæc profert: Johannes Rex Anglorum ſpontè de conſilio ſuorum Principum obtulit ac liberè conceſſit, Deo & Apoſtolis ejus ſanctiſſimis, Petro & Paulo & S. Romanæ Eccleſiæ & D. Papæ Innocentio III. totum Angliæ regnum & Hiberniæ pariter, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis: & fecit ac juravit homagium pro dictis regnis, dicto Innocentio Papæ, ut illa de cetero, ut feudatarius ab ipſo Papa & ſucceſſoribus ejus teneret. Ex his omnibus, regnum Angliæ Pontifici feudataruim factum eſſe colligendum foret; Interim cum etiam hic penitus taceant Annales Anglici, & præter ſcripturas privatas nihil habeamus, an hæc ita vera ſint dubitare quis poſſet, præſertim cum hæ reconciliationis leges, à ſequentibus Angliæ Regibus nuſpiam legantur ſervatæ, ita enim ſcribit, *Polyd. Virgil. Hiſtor. Anglic. lib. 15.* Ex quo fama eſt, Johannem cupientem perpetuare memoriam muneris accepti, eâ lege feciſſe ſe Innocentii beneficiarium, ut Reges deinceps à Pontifice Romano jura Regni conſequerentur. Cæterum has reconciliationis leges, qui ſecuti ſunt Reges minimè ſervarunt, neque Annales Anglici de ejusmodi deditione loquuntur; quare illa omnia Joanni tantummodo, qui deliquiſſet, imperata, non etiam ſuc-

cceſſoribus ſubeunda fuiſſe, ſatis conſtat. *ec ille.* Interim concedamus, hactenus de ulielmo, Henrico & Johanne Angliæ Regi-s relata, veriſſima eſſe, cum tamen ad talem egnorum alienationem, vel fraus Pontificia, l metus ſuberat, pacta illa ſi quæ eſſent, in egum regnorumque præjudicium, minimè nt ſervanda. *l. 1. l. 3. & ſeqq. ff. quod met. uſ. l. ult. §. 1. & 3. ff. eod. Arg. l. 1. ff. uti ſſidet. l. 1. & tot. tit. ff. d. dol. mal.* Neque enatio illa à Regibus facta, reſpectu ſubdito-m valere potuit, cum ipſorum intereſſet, do-inum non mutare. *Text. in c. 1. §. ſi quis, quo mpore miles, & in c. 1. §. præterea ducatus d. d. prohibit. feud. alienat. & ibi And. d. rn. Bald. Martin. Lauden. & alii.* Unde nnium eorundem ad minimum conſenſus quirebatur. *Arg. l. in adoptionibus. 5. d. adopt. l. invitus. 34. ff. d. fideicom. libert. ibi Gloſſ. c. dilecti. extr. d. maj. & obed. ibique ſtienſ. Anton. d. Butrio, Panormitan. Inno-nt. Iohann. & comm. Dd. Felin. in c. ad audi-iam. col. 2. d. præſcript. Iaſon. in l. debitorum. . 2. Cod. d. pact. & in l. ſi non ſortem. §. libert. . 10. ff. d. condict. indebit. Ferdinand. vaſqu. ſt. controv. lib. 1. cap. 5. n. 56. & ſeqq.* iorum tamen conſenſus in tanto negotio, ctenus non probatus fuit, ut ex *Steuch. Blond. mil. Anton. Florentin. Polidor. virgil.* cla-ſimè liquet.

De SCOTIÆ REGNO Polidorus rgilius, *Hiſtor. Anglic. lib. 17.* in hunc mo-

dum ſcribit: *Bonifacius interea Pontifex à Scotis precibus fatigatus, interdixit Eduardo Regi, ne amplius poſthac Scotos bello vexaret: Quod id regnum antea in Romani Pontificis fidem & poteſtatem à Scotis ipſis, permiſſum fuiſſet. Et ideo aſſeverabat, ſibi ſoli integrum eſſe, cuicunque liberet, illud dare vel auferre.* Hæc ille. Sed cum hic, præter nuda Bonifacii verba nihil habeamus, quippe qui nec temporis, nec modi, nec tituli tantæ poſſeſſionis acquiſitæ mentionem minimam injecit, exinde aliud conjicere non poſſumus, quam interdicti illius ſummam vanitatem & dolum Pontificium, Imperia Sedi Romanæ ſubjiciendi, etiam hic ſubeſſe. Nec quicquam nudâ ſuâ ſcripturâ inferre poteſt Bonifacius contra Eduardum, cum privata ſit, & contra ſcribentem potius probet. *Dd. comm. in l. 1. §. aditiones. 2. ff d. edendo. & in c. cum venerabilis. X. d. except. Bart. in l. nuda ratio. 26. ad fin. ff. d. donat. Iaſ. in repet. l. admonendi. 31. n. 135. verſ. 3. & ult. ff. d. jurejur. Bart. in l. poſt legatum. 5. ff. d. his. quæ ut indign. aufer. l. jubemus. 24. l. exemplo 7. Cod. d. probat. Gemin. conſ. 9. per tot. Dyn. conſil. 14. quidam nomine in princ. Soc. conſ. 62. in præſenti conſultatione. n. 6. verſ. præterea. lib. 1. Cuma. conſ. 177. ſuppoſitis in pr. Caſtr. conſil. 407. ſatisfaciendo, in princ. lib. 1. Rom. conſ. 305. in puncto. n. 2. Crauett. conſil. 41. n. 7. & conſil. 112. n. 13. Alexand. conſil. 117. viſo. n. 5. lib. 4.*

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

CAP. XVI.

De jure & actione quam Pontifices Romani in Regna; Ruſſiæ, Hungariæ, Poloniæ, Sveciæ, Daniæ & Norvegiæ habent.

REſtabant adhuc ipſa regna ſeptentrionalia, ad obſequium & cultum Sedis Romanæ revocanda, quod deſiderium cum ipſis Pontificibus ardentiſſimum ſemper fuerit, eò tamen rem hactenus deducere non poterant, ut voto eorundem ſatisfieret. Steuchus tamen in inſtrumentorum deſcriptione hic velut alibi deligentiſſimum ſe offert, ille enim, *eod. lib. pag. 109.* De Ruſſia hæc profert verba: REGNUM *item* RUSSIÆ *juris ac ditionis eſt Romanæ Eccleſiæ, quod eadem priſca monumenta præſe ferunt. Gregorius VII. Regi & Reginæ Ruſſiæ ſcribens: Dilectis*, inquit, *filiis, Demetrio Regi Ruſſorum & Reginæ uxori ejus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Filius veſter limina Apoſtolorum viſitans, ad nos venit, & quod Regnum illud dono S. Petri, per manus noſtras vellet obtinere, eidem Beato Petro Apoſtolo, debitâ fidelitate exhibitâ, devotis precibus poſtulavit, indubitanter aſſerens, illam ſuam petitionem noſtro conſenſu ratam fore ac ſtabilem, ſi Apoſtolicæ authoritatis gratiâ ac*

 muni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

munimine donaretur. Cujus petitionibus aſſenſum præbuimus, & Regni noſtri gubernacula ex parte B. Petri illi tradidimus, eâ videlicet intentione charitatis, ut B. Petrus vos & Regnum veſtrum, ſuâ apud Deum interceſſione defendat. Ut tamen exactiùs & meliùs, quantum roboris documentum hoc à Steucho prolatum, ad civile Pontificis dominium in regno Ruſſiæ probandum, intelligi poſſit; ſedulò imprimis notandum venit, an filius dicti Demetrii, adhuc eſſet ſui juris, an vero ſub patriâ poteſtate? Si enim ſui non erat juris, jam non ſibi, ſed patri in cujus poteſtate erat, regnum acquiſivit, *l. 1. princ. ff. ſi. à parent. quis manumiſſ. l. ſi uxorem. 5. Cod. d. condit. inſert. tam in legat. l. ejus 2. l. ſi filius. 3. Cod. d. patr. poteſt. l. 1. & 2. & tot. tit. Cod. d. bon. quæ liber. tot. tit. Inſt. per quas perſon. cuiq. acquir.* Deinde quamvis quiſque ſibi videatur ſtipulari *l. ſtipulatio iſta. 38. §. hac quoque. 7. ff. d. verb. obl.* Filiusfamilias tamen patri ſtipulari intelligitur. *l. quodcunque. 45. §. fin. ff. eod.* Si verò ſui juris erat, videndum an filio ad regni gubernaculum admoto, pater regnandi jure deciderit, an vero non deciderit, & quidnam juris Pontifex in Regis filium transmiſerit? Quæ omnia cum in literis illis non ſint determinata, de ſuâ certitudine, dubium & ſuſpenſum lectorem relinquunt. Nullum enim apparet delictum, quare de jure Regni exciderit pater, ergò illud adhuc jure communi retinuit. *l. Imperatores. 30. ff. d. reb. auctorit. Iud. poſſid. Zab. ad dict. l. n. 2. arg.*

l. unic.

l. unic. Cod. d. theſaur. l. 1. ff. ad Municip. Fruſtra etiam filius Regnum illud à Pontifice ſibi dari petiit, quod rurſus alio jure ſcilicet ſucceſſionis ipſi competebat. *Arg. c. huic eſt. 16. q. 1. c. contra morem. diſt. 100. & ibi Gloſſ. in verb. privilegio. gl. in. l. unic. Cod. d. theſaur. l. in cauſæ cognitione. 16. ff. d. minor. Sonb. part. 9. feud. n. 103.* Accedit quod falſitas inſtrumenti illius exinde demonſtrari poteſt, quod à primo Ruſſiæ domino, uſque ad annum 1514. Baſilio ultimo Hiſtoricis notiſſimo regnante, Principes eos nunquam ſibi adſcripſiſſe alium titulum, quam Ducis, ſeu Magni Ducis, veluti teſtatur *Sigiſmund. in Hiſtor. Ruſſ.* & poſt ipſum, *Marcell. in tr. d. jur. ſecul. Pont. Rom.* Quod procul dubio ignoravit literarum illarum inventor Steuchus, Regis titulum Demetrio tribuens. Denique & illud ſcire oportet, neminem Ducum Moſcoviæ ſeu Ruſſiæ, ejus nominis unquam extitiſſe, veluti ex Sigismundi Liberi ſcriptis patet. Nam Helena Rutenorum Regina, fuit Conſtantinopoli baptiſmatis ſacro Anno 963. initiata, & prima quæ in eo regno Chriſto nomen dedit, à quâ uſque ad Volademirum Uradolphi filium, qui totius Ruſſiæ monarchicâ ditione potitus eſt, nunquam aliquis Demetrius Imperio præfuit. *plur. vid. ap. Anton. marcell. dict. tr.* Unde judicandum, literas illas à Gregorio VII. Demetrio miſſas, non Regi, ſed vel ſatrapæ vel alii cuidam officiario ſcriptas fuiſſe, vel ab ipſo Steucho penitus fictas ac inventas eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

HUNGARIÆ REGNUM, non longè ab iis quæ de reliquis Regnis diximus, diſcrepat, velut rurſus aſſerit Steuchus, *lib. 2. cap. 94. fol. 86.* ex literis Gregorii P. M. Hungariæ Regi in hunc modum ſcriptis: *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Salomoni Regi Hungariæ ſalutem*, &c. *Sicut à majoribus patriæ tuæ cognoſcere potes, Regnum Hungariæ ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ proprium eſt, à Rege Stephano olim B. Petro cum omni jure ac poteſtate ſuâ oblatum, & devotè traditum. Præterea Henricus piæ memoriæ Imperator, Regnum illud expugnans, victoriam adeptus, ad corpus B. Petri lanceam & Coronam Regis transmiſit, & pro gloriâ triumphi ſui illuc direxit inſignia, quo principatum ejus dignitatis attingere cognovit.* Et mox infra idem Gregorius de eodem Regno ad Geſam Hungariæ Regem: *Notum verò tibi eſſe credimus, Regnum Hungariæ ſicut & alia nobiliſſima regna, in propriæ libertatis ſtatu eſſe debere, & nulli Regi alterius Regni ſubjici, niſi ſanctæ & univerſali matri Eccleſiæ Romanæ, quæ ſubjectos habet non ut ſervos, ſed ut filios. Quod quia conſanguineus tuus à Rege Theotonico, non à Romano Pontifice obtinuit, dominium ejus, ut credimus, divinum judicium impedivit.* Et alibi ad eundem. *Verum ubi correpto dominio nobili B. Petri Apoſtolorum Principis, cujus regnum eſſe prudentiam tuam non latet, Rex ſubdidit ſe Theotonico Regi & regale nomen obtinuit. Dominus injuriam ſuo illatam Principi prævidens, poteſtatem Regni ſuo ad te judicio*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

anſtulit. Et ita conſanguineum tuum, ſi quid in obtinendo Regno Iuris prius habuit à ſacrilegâ uſurpatione, privavit Petrus, ſi à firma petrâ dicitur. Hæc Steuchus. Sed ut ſuperiora hæc diplomata, totamque rem lector melius intelligat, quædam ex Bonfinio rerum Ungaricarum ſcriptore, nobis repetenda erint, ut quilibet videat quantâ audaciâ quâve temeritate Pontifices Romani, ad Stephanum Hungariæ Regem infeudationis illius initium devoluere, eumque iſtiuſdem authorem conſtituere audeant. Sciendum itaque eſt, Teſeum, & Ghieſam ejus filium, ſancti Stephani patrem Hungariæ Duces extitiſſe, Porrò Ghieſæ ætate ingravescente, Hungari ut ejus obtemperarent voto, non Hungariæ Ducem ſed Regem filium crearunt. Stephanus igitur, quatuor poſt patris obitum elapſis annis, ad Pontificem, ut Bonfinius recenſet, multarum rerum agendarum causa, Aſtricum Epiſcopum Clorienſem anno 1001. Legatum miſit, & per eum, quoniam omnis poteſtas eſt à Deo, & magna conſilia non niſi annuente Deo, felicem ſortiuntur exitum, piis precibus rogavit, ut ad ſe inſignia Regalia, & Apoſtolica benedictio, proficiſcerentur. Eodem anno Miſea, ſeu Sacromiſea Poloniæ Dux, una cum populo nominibus Chriſto datis, eadem à Benedicto VIII. per ſuos legatos petebat. Quare Pontifex diadema magno elaboratum pretio paravit, quo Miſeam nuperrime Chriſti fidem amplexatum ornaret. Hoc ipſo tempore Legatus Hungariæ

Regis Romam venit : Quocirca Pontifex, Cardinalium omnium conſilio Coronam Regi Poloniæ deſtinatam, ad Regem Hungariæ decorandum tranſtulit. Et per Pontificem Stephanus Rex confirmatus fuit. Ita enim *Bonfin. rer. ungaric. dec. 2. lib. 1.* aſſerit & his verbis teſtatur; re ad Senatum relatâ, pro voluntate Regis, & Legati poſtulatione, nullo refragante, decernitur, ut non modo Chriſtianiſſimus Rex, Regiâ coronâ donetur, in Regno Apoſtolicâ authoritate confirmetur; & Regis acta cuncta cum inſtitutis Epiſcopalibus approbentur; verum etiam quia verus, & fidus Dei miles eſt, & Apoſtolus ad exaggerandam ejus dignitatem, in perpetuum Pontificiæ Legationis inſigne, quo ſibi, poſterisque Regibus ſemper fungi fas ſit, perferendæ crucis poteſtate honeſtetur. Ex quibus omnibus, illud ſaltem colligi poteſt, Stephanum etiam diu ante legationem Romam inſtitutam, à ſuis Regem creatum & proclamatum fuiſſe, & ſuâ legatione non Regium petiiſſe titulum, ſed ſaltem inſignia & benedictionem, quibus poſtulatis, non mox vaſallus, & temporali Pontificis dominio ſubjectus redditur. Abſurdum profectò eſſet, ut cum pietatis intuitu benedictionem Rex peteret, Pontifex loco benedictionis offerendæ, illum ſeculari in ſuum regnum jure ac regimine privaret. Hâc enim ratione mitius & magis paternè, cum Miſea Poloniæ Duce egit Pontifex, quod diadema ipſi denegaret, hactenus igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

itur Poloniæ Regno ſua eſt ſervata libertas, ec tali liberalitatis ſpecie, Eccleſiæ eſt factum udale; quàm cum Stephano, cui Pontifex ſigna quædam dando, omnia coronæ, & gni inſignia abſtulit. Attamen nec juſtam quam ſubjectionis cauſam hic ſubeſſe, clariſſi-um eſt.

POLONIÆ REGNUM, ſibi eâdem bjectionis notâ vendicaſſe Pontifices, *Alber-s Krantz. in Wandal. lib. 3. cap. 2.* apertis rbis teſtatur; *Lakoldus*, inquit, *hàc tempeſtate ux erat Cracoviæ, & qui per omnem Poloniam cilè principaretur, hic à Johanne Pontifice Ro-ano ſuſcepit coronam: quod Ludovicum quia eum ecrabatur & excommunicabat Papa, non du-ret legitimum Imperatorem. Iam enim Penti-es in eam venerant majeſtatem (quam Prin-pes ſeculares dicunt præſumptionem) ut Reges earent: citantes verbum primi poſt Chriſtum ntificis: Ecce, inquit Petrus, duo gladii hic; ntra quod Principes ipſi, verbum æterni Ponti-is, mitte gladium in vaginam, de gladio car-li humano & ſeculari interpretantur, quaſi n liceat Romano Pontifici in eo pugnare: La ldus autem à Pontifice Rex nominatus & conſe-atus, omne Regnum fecit B. Petro tributarium, per ſingula quotannis capita ſolveretur numus us, qui appellatur S. PETRI. vid. Cromer. . 3. hiſtor. Polon.* Quidam tamen Hiſtori-rem hanc ad tempora Benedicti VIII. P. M. ferunt; rurſus alii infeudationem hanc ſub enedicto IX. P. M. factam fuiſſe teſtantur.

Narratur inquit *plat. in vit. Bened. IX.* Caſimirum Regem Poloniæ, regnum ſuum Benedicto tributarium feciſſe, impoſito quotannis obolo in ſingula capita. Cum quo conſentit *Philipp. Morn. in myſter. iniquit. fol. 534.* Caſimirus, *inquit*, Rex Poloniæ Annno 1045. regnum ſuum Pontifici, feudale & tributarium fecit Benedicto, quod mireris IX. immaniſſimo monſtro, omneſque ſubditos capitatim obolum uſualem, quotannis, cenſus loco pendere jubet, ita ut nec ipſe, nec ſui unquam ab hoc contractu reſilire poſſint. Factum hic videmus jus autem ignoramus, nec uſpiam apud Hiſtoricos apparet, neque etiam poſſeſſionis illius continuationem per ſequentes Pontifices unquam notarunt Hiſtorici.

SUECIÆ ET NORVEGIÆ REGNA, ad eundem refert cotalogum *Steuch. lib. d. donat. Conſtant. 2. cap. 120.* Cum ſcilicet pecunia à privatis hominibus in iiſdem regnis Eccleſiæ Romanæ commodo & nomine exigi & ſolvi ſoleat. *Svecia*, inquit, *& Norvegia, ut ſubjectæ ſolvunt Romanæ Eccleſiæ vectigal, quod in antiquis ſummorum Pontificum monumentis, & in antiquâ Lateranenſi bibliothecâ conſpicitur. Omnes enim domus Sueciæ ſolvunt cenſum Apoſtolicæ ſedi ſingulos denarios.* Hoc idem rurſus, aliis tamen verbis, referri video ab *Andr. Meg. in var. rer. commem. lib. 6. fol. 253.* Cum, *inquit*, Carolus VII. Suecorum & Gothorum Rex, (ſub illo enim regna iſta conjuncta) pace domi foriſque

obtentâ, Eccleſiam Ubſalienſem dignitate Archiepiſcopali decorari voluit, miſſis eo fine ad Alexandrum III. Pont. Max. Legatis, pro tanti moliminis & confirmatione & approbatione habendâ: Quibus inter alia Alexander Pontifex reſpondit: Regem in ordinario Romanæ Eccleſiæ tributo ſolvendo adeo tardum eſſe, cum tamen probè ſciret, Regnum illud univerſalis & ſanctæ Matris Eccleſiæ proprium eſſe. *Hæc ille.* Miſeros Suecos! qui etiam hanc eandem ſubjectionem & Pontificis Romani tyrannidem experiri coguntur; Sed res eſt ſalva, quippe cum illa quæ de Suecia & Norvegia hic referuntur, à puro Pontificum cerebello dependeant, eorundemque adulatorum ſint figmenta. Volvantur & revolvantur hiſtoriæ Suecorum, nunqum in iiſdem vel apicem qui huic rei fidem faciet, invenire licet, ſemper enim ſupremum jus temporale apud ipſos Sueciæ & Norvegiæ Reges remanſit illibatum, nec unquam regna illa Eccleſiæ Romanæ tributaria facta fuiſſe, legitur. Nam poſtquam Suecia ſub Regibus, Erico Stenchillo & Olao Schotkonungh, chriſtianam religionem eſt amplexa, & ad Chriſtum converſa, (quamvis Papiſticis erroribus involuta eſſet) uſque ad Guſtavum I. Svecorum & Gothorum Regem, qui forti & planè heroico animo, nebulis illis Papiſticis ſeſe oppoſuit, eaſdem diſperſit, catholicæ religionis defenſores vel proſcripſit, vel doctrinam Evangelicam amplecti juſſit, nuſpiam certè talis ſubjectionis

ſignum, apparet. Vellem Innocenti Pontifex, qui hodiè Sedi Romanæ præes, ut vel per te, vel per Nuncium tuum, Eccleſiæ vectigal in Sueciâ tibi ſolvi expoſceres, juro tibi, pejerares de tributo vel Petri denario tibi ſolvendo.

GOTHIÆ REGNUM, pari fortunâ gaudere voluerunt Pontifices, veluti patet ex literis Carolo VII. Svercheri II. filio, Gothorum Regi ſcriptis, ab Hadriano IV. Pont, Max. hâc verborum formulâ: *Dilecte fili, &c. Dudum ſine dubio, tua Prudentia novit, Gothorum regnum à quo Chriſti nomen ibi agnitum erat, poteſtati Apoſtolorum Principis ejusque ſucceſſorum ſubditum fuiſſe, Gothoſque ſceptra ſua pedibus B. Petri devotè ſubjeciſſe, ac eo nomine Eccleſiæ Romanæ fideles factos fuiſſe, cui annuum tributum hactenus demiſſè ſolverunt. Tuam igitur prudentiam paternâ charitate moti, admonemus, ut ſine morâ, quod ſanctæ & univerſali matri juſtè debetur, per præſentes mittatur, &c.* Ut multis teſtatur, *Bern. Sacc. in append. ad Hiſt. Septent. lib. 2. cap. 7.* Sed nec hic nobis ſatis factum video, cum Gothorum Sueorumque hiſtoriæ nihil tale contineant, nec ullibi, vel verbulo hujus rei mentionem faciant, fraudem igitur alicujus ſacrificuli hic ſubeſſe judico, qui hâc arte ſimpliciores ad id credendum ineſcare voluit.

DANIÆ REGNUM, non feliciori ſub ſydere à Steucho collocatum eſſe invenio, *dict. lib. 2. d. donat. Conſt. Magn. fol. 189.*

Regnum

egnum Danorum, *inquit*, eſt peculium & ectigal ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ quod ontificum vera monumenta teſtantur: *Alexder Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio evi, Regi Danorum ſalutem & Apoſtolicam nedictionem. Prudentiam tuam monemus, ut nſum Regni tui, quem anteceſſores tui, ſanctæ poſtolicæ Eccleſiæ perſolvere ſoliti ſunt, nobis & cceſſoribus noſtris tranſmittere ſtudeas: Ita men, ut non ſicut oblatio ſuper altare ponatur, d tam nobis quam ſucceſſoribus noſtris, ut cerus approbetur, præſentialiter offeratur.* Hanc quam diplomatis partem, ab Alexandro III. riptam eſſe, aſſerit idem Steuchus. Illud terim notandum occurrit, noſtrum Steuchum nomine cum Alexandro graviter erraſſe, anici quippe ſceptri Regum nullus unquam evo fuit appellatus, ſed SUENO. Tres enim Regum Danorum ſerie Suenones reperio, ilicet Suenonem Tiuffueskegg ſeu Suenotto ui mortuus eſt circa annum 1014. Svenonem ſtritium, Svenonis I. ex filia nepotem, tre Sveco Ulf Trugelſon Sprageleek natum, ui circa annum 1072. vixit. Suenonem emum Grothe Erici IV. Danorum Regis urium; Huic procul dubio literæ illæ, (ſi uæ eſſent) ſunt ſcriptæ, ad hujus enim renum Nicolaus Cardinalis Breckſpeare à Ponfice Eugenio III. miſſus fuit, ut in Norvegia dem Archiepiſcopalem conſtitueret; Hic omam reverſus, Pontificatus gradum circa nnum 1154, conſcendit, in Hadriani IV.

nomine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

nomine converſo, cui, Alexander III. demum ſucceſſit. Erravit tamen hic vel Papa vel Steuchus nomine Papæ, qui Alexandrum illarum literarum authorem facit, cum ille ad Pontificatum circa annum 1159 eſſet evectus, Sveno verò III. Daniæ Rex Anno 1156. mortuus erat, illi igitur poſt mortem Alexander ſcribere non potuit. Succeſſori tamen ejus Waldemaro S. Canuti filio ſcripſiſſe fertur, cujus literis acceptis Rex ita reſpondit: *Waldemarus Dei gratia Daniæ Rex, &c. Alexandro Pontifici Romano ſalutem. Notum tibi facimus, vitam nos habere à Deo, nobilitatem à Parentibus, Regnum à ſubditis, fidem ab Eccleſiâ Romanâ, quam ſi nobis invides remittimus per præſentes.* Ut teſtatur, *Iac. Auguſt. Thuan. lib, 36. hiſtor. Clut. ſyll. rer. quot. Th. 6.* Ex quibus ſaltem innoteſcit, quantæ authoritatis Pontifex, ejusque literæ, & per eas, exactiones ejusdem in Dania fuerint. Sed nec unquam etiam apparet, quando in hoc Regno cenſus inſtitutus, vel ſi inſtitutus eſſet, quando ſolutus fuerit, ita ut æquè hic velut in aliis Lector magis dubius ac ſuſpenſus reddatur.

Hic meritò etiam actiones quas Pontifices ſibi in Alpes Cottias, civitates aliquas Longobardiæ: in civitates Tridentum Germaniæ, & Avenionem Galliæ, ac regnum Hieroſolymitanum adſcribunt, ſeque habere prætendunt, ſubjungerem, ſed nimis longum foret, omnia ut oporteret, perſequi. Ita enim nequiſſimi illi Cy-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ıopes & tyranni iniquiſſimi, Pontifices Ro-
ıani, ſuis mendaciis, fraudibus, doloſis
ıachinationibus, aliquando apertâ vi &
Marte, totum orbem Chriſtianum ſibi ſub-
ecerunt, nec unquam avaritiæ ipſorum adhuc
ıtisfactum, nec ſatisfiet donec mundus dura-
erit. Hactenus itaque regna & Imperia more
liorum tyrannorum, præter mores & leges
ıvaſerunt. *Lipſ. 6. Pol. 5.* Ita ſpretis & con-
emptis divinis & naturæ legibus, alienis rebus
t ſuis, & liberis hominibus quaſi mancipiis
d ſuam libidinem abuſi ſunt. *Bodin. lib. 2.*
. republ. cap. 4 in. pr. Ita technis, violentiâ,
mpoſturis, & cunctis malæ dominationis
upidinibus hactenus flagrarunt, ſibique ad per
itiſſimam tyrannidem viam pararunt, *Tacit.*
b. 13. annal. 1. Eâque adeptâ, omnia ſibi in
mnes exiſtimarunt licita, Caligulæ hic ſimi-
es facti, *Sveton. in vit. Calig. cap. 19.* Vel
otius immaniſſimum Romanorum tyrannum
Neronem imitati, quem Seneca. *lib. d. clement.*
. his verbis loquentem introducit: *Ego ex*
mnibus mortalibus placui, electusque ſum,
ui in terris Deorum vice fungerer. Ego vitæ
ecisque gentibus arbiter. Qualem quiſque
ortem ſtatumve habeat, in manu meâ poſitum
ſt. Quid cuique mortalium fortuna datum
elit, meo ore pronunciat. Ex noſtro reſponſo,
ıtitiæ cauſas populi urbeſque concipiunt. Nulla
ars unquam, niſi volente propitioque me floret.
Hâc tot millia gladiatorum, quæ poteſtas mea
omprimit, ad nutum meum ſtringentur. Quas
nationes

nationes funditus exſcindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos Reges mancipia fieri, quorumque capiti regium circumdari decus oporteat quæruant urbes, quæ oriantur, mea juriſdictio eſt. Quæ Neronis oratio, ad vivum certè exprimit Pontificum voces & ſuſpiria, hæc enim moliuntur, hæc agunt, ut ipſorum mortalium fortuna, tota ab ipſis pendeat, omniaque ad ipſorum fiant ac dirigantur nutum, ut nationes exſtirpent ac rurſus pro ſuâ voluntate ædificent; Imperia & regna, velut globulos in manu ſuâ volvant ac revolvant, coronas ſceptraque, ſuâ ſaltem voce & authoritate contremiſcere faciant: hic ſcopus eorum, hæc meta, ut quicquid libet liceat, ambitio iſtis in more eſt & libera à legibus, inquit *Plaut. in trinum.* Leges quoque omnes in ſuam perduxerunt poteſtatem, eæ jam miſerrimæ ſunt, ad parietem clavis ferreis fixæ. *Plaut. eod.* Ita ſcilicet hactenus Pontificum crevit audacia ac ſuperbia inſolens, ut ſuâ immani confidentiâ ac voce tyrannicâ, reliquos Romanorum tyrannos ſuperaverint, & Neronis æmuli ſint facti, ut jam verè dixeris: *quot Pontifices tot Nerones.* Hæccine Petri piſcatoria ſimplicitas? hæccine Apoſtolorum humilitas? Manus ſanè Eſavi, vox vero Jacobi, *Geneſ. 27. verſ. 22.* Hoccine eſt Chriſti in terris eſſe vicarium? certè, nihil minus; Chriſtus enim Regnum mundanum excluſit: Pontifex illud ambit. Chriſtus regnum fugit oblatum: Pontifex ſe ingerit ut habeat

habeat negatum. Chriſtus ſe negavit conſtitutum ſecularem judicem: Pontifex præſumit judicare Cæſarem. Chriſtus ſe ſubjecit Cæſaris vicario: Vicarius Chriſti ſe præfert Cæſari, imo toti mundo. Chriſtus appetentes primatum reprehendit: Pontifex de primatu contendit etiam cum tota Eccleſia. Chriſtus in die palmarum equitavit in aſino: Pontifex compoſo equitatu non eſt contentus, niſi dextra ſtrepa ab Imperatore teneatur: Chriſtus diſcordes Judæos & gentes in unum regnum eccleſiaſticum congregavit: Pontifex Reges & principes concordes, regnaque ad ſeditiones, bella & tumultus ſæpiſſimè incitavit. Chriſtus innocens patienter injurias pertulit: Vicarius ejus Eccleſiæ & Imperio injuriari non ceſſat. *Gregor. ab Heimb. in admon. d. injuſt. uſurpat. Pap.* Egregium ſanè vicarium Chriſti, Petrique ſucceſſorem! qui non de gregis ſibi commandati ſalute eſt ſollicitus, ſed potius de regnorum & Imperiorum ad ſe devolutione laborat, qui non cæleſte regnum quærit, ſed terreſtria omnia ſua facit; qui oves non curat nec paſcit, ſed regnis omnibus, gentibus ac nationibus imperare ſtudet. Talis certè genius Pontificum animos menteſque hactenus, agitavit omnes, hæc unica illorum voti ſumma, hoc deſiderium. Hos, ut verbis Caſſiodori concludam, ſola regnandi libido, & imperandi cupido trahit & vexat, quamprimum enim, de dominationibus ſecularibus, de regnis & Imperiis, de gentium ſubjectionibus, de tributis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tis, collectis, exactionibus, &c. agi vides, horum nares mox agitari cernes, ora hiatu maximo apparere, confeſtim penes ipſos videbis oculos Argi, manus Briarei, ungues Sphyngarum, perjuria Laomedontis, Ulyſſis argutias, Sinonis fallacias, fidem Polymneſtoris, & pietatem pigri Leonis adhiberi, & quod his efficere non poſſunt, verborum aucupiis præſtare conantur:

Huic uni ſolent ſtudio ſe dedere & arti,
Verba dare, ut cautè poſſint pugnare doloſe,
Blanditiâ certare, bonos ſimulare viros ſe,
Inſidias facere, ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes.

Lucil. ap. Lactant lib. 5.

Scilicet hâc imprimis viâ ſeptentrionalia præcipuè regna & eorundem incolas, tanquam ſimpliciores, & fraudum ac fallaciarum Pontificum & pontificiorum ignaros, in ſervitutem viliſſimam redigere voluerunt Romani illi Piſcatores. Cum tamen nec tali hamo piſcationem uberem animadvertere poſſent, mirum eſt, quantâ laborarint diligentiâ, artibus aliis ut eorundem ſatisfieret voto. Quæ verò illæ, fuerint, prolixum mihi eſſet hic repetere, videatur tamen, *Iohan. Boter. Benenſ. Canonic. Romanus in part. 3. relation. univerſ. lib. 1. pag. 27. ex edition. Vicentin. Ann. 1593. & in ſuo theſaur. politic. Italicè in octavo edito Ann. 1602. pag. 423. & in relat. univerſal. lib. 1. pag. 286. ſub. fin. Iohann. Bapt. Adrian. hiſt. lib. 20.* Et poſt illos, *Ion. Henric. Dithm. d. rat. region. ſeptentr.*

ad. cult. ſed. Rom. reducend. Quibus Pon-
cum machinationibus, ſi locus hactenus
ſſet datus nil profectò ditiones ſeptentrio-
les, ſeu Suecia, Finnia, Dania, Norve-
, Boruſſia, Livonia, Ingria, &c. aliud
ent, quam publica Pontificum & Romanen-
m armamentaria, fabricæ, navalia, granaria:
mum hæreticis, (ut loquuntur,) id eſt,
rmanis, Belgis, Anglis, Scotis; deinde
am omnibus qui Hierarchiam Romanam
erſantur, domandis & ſub jugum mittendis
ſtinata. Ibi enim, ut cum Ion. Henric.
thm. loquar, immenſæ ſylvæ, ilices &
ercus ædificandis navibus: proceriſſimas
ius aptandis malis antenniſque ſuppeditant:
æris, ibi ferri, ibi chalybis, ibi argenti venæ:
picis, ibi lini copia conficiendis velis: ibi
nabis nectendis rudentibus: Ibi ceræ, ibi
llis, ibi omnis generis commeatus: carnis,
menti, leguminum, piſcium, alendis
ercitibus & claſſibus incredibilis copia: Ibi
itarum, naupegorum, nauclerorum & alio-
n hominum ad militiæ ſive terreſtris ſive
ritimæ labores & incommoda perferenda
neorum maximus ac penè incredibilis nu-
rus; Ita ut veriſſimè dixerit Johannes
Sveciæ, ſe bellum aliquod, centum
libus imperialium gerere poſſe, in quod
s Regem Hiſpaniæ decies centena millia
onatorum impendere oporteret. Quam-
interim alia hactenus Pontificum molimina
rint, Deus tamen pro immenſâ ſuâ mi-
ſericor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſericordiâ & bonitate, illorum artes ac conatus ad hoc uſque tempus fefellit & illuſit, regioneſque illas ab eorum tyrannide paternè ſervavit. Concludo itaque, valdè metuendas eſſe artes & technas Pontificis ac Romanenſium, qui tali fallaciarum ac moliminum theſauro inſtructiſſimos, & adeo ad corrumpendos homines eoſque decipiendos, quo ad majora gerenda magis idonei ſint, paratiſſimos ſeſe eſſe oſtentant ac gloriantur, ipſiſque factis ſufficienter id probant.

Cap. XVII.

Pontifices in præfata Regna, nullum jus prætendere poſſe vel debere oſtenditur; eorumque actiones in prædicta regna & principatus ipſo jure nullas eſſe, probatur.

CUm Pontifices libidine dominandi in præſeps ita abierint, ut quod liberet licitum illis eſſet, voluntatemque ſuam contra mores majorum, contra leges, omneque fas accommodauerint, Regna & principatus, poſthabito omni jure invaſerunt, non piſcatoriâ ſimplicitate & militiâ ſpirituali contenti, ſed dominiis ac poteſtatibus ſecularibus magis inhiantes, plurima eorum occupàrint;

[...]int; cumque tantis hactenus ambitionis [...]avaritiæ fomentis nutriti & ſuperbiæ æſtu [...]ituque ducti fuerint, ut non quorundam [...]ncipatuum poſſeſſione, non unius vel alte[...] regni dominio, ſatiata ſit illorum impe[...]ndi fames, ſed univerſum orbem ſuæ tyran[...]i ſubjectum voluerint: oportunum nobis [...]erit altius & diligentius in cauſas tituloſque [...] amplorum dominiorum inquirere. Et [...]amvis in ſuperioribus de titulo poſſeſſionis [...]dominii quo Romam Jaliamque poſſidere [...]ebantur, ejusque nullitate egerimus, cum [...]men poſtea jura quædam in Imperia, Regna [...]principatus, etiam extra Latium & Italiam, [...]ontificibus, vel ſaltem eorundem adulatori[...]; ac emiſſariis prætenſa viderimus, lubet [...] eadem ſtrictim, & quâ fieri poterit bre[...]ate pertexere, & tandem actionum præten[...]um in dicta regna & principatus vanitatem [...]nſtrare, ut illis, quibus veritatis lux hactenus [...]n affulſit, fraudes pontificiæ appareant ac me[...]s innoteſcant. Inprimis equidem certiſſimum [...] ipſum Steuchum Pontificis bibliothecarium, [...] Paparum regiſtris multa ſuper hàc re citare [...]trumenta, quæ à nullo alio hactenus vel ſunt [...]a vel audita, quam verò illa mereantur [...]em, dubium eſſe non poteſt, cum in fa[...]rem Pontificis à proprio bibliothecario [...]t prolata. In titulis verò tantarum poſſeſſio[...]m mirum quantum variant, quædam enim [...]gna vi donationis & liberæ Regum quo[...]ndam ſubjectionis ſunt conſequuti: quæ-

dam

dam propter ipſorum Regum ad domandos regendosque populos incapacitatem, eorundem hæreſin, privilegiorum Eccleſiæ imminutionem, tyrannidem, &c. In quibus caſibus Reges ſuis regnis à pontifice privari poſſunt, atque eâ occaſione, veluti bona vacantia vel caduca, *Arg.l.quidam.96.§.1.ff. d.leg.1.l.1.§.2ff.d.jur.fiſc.*in manus Pontificum veniunt. *c. alius. 15.q.6. Becan.lib.d. controv. Anglic. pag.127. Helmold. Presb. c. 32.* Sed de modis hiſce poſterioribus agam infra cap. XIX. Hic ſaltem quædam illorum repetam, quæ in ſuperioribus paſſim propoſui, iiſque aliqua quæ præſens ſpectant negotium, addam, ſcilicet de regnorum alienatione, an eadem ab ipſo Principe ſine ſubditorum conſenſu, quopiam modo alienari poſſint? Et an Papa ejus conditionis ſit, ut tam amplarum ditionum ſit capax, ac tantis dominiis & regnis præeſſe poſſit? Inprimis equidem quare Pontifices ad quorundam Regum liberalitatem & ſpontaneam ſubjectionem recurrant, non video, veriſimile etenim eſt, neminem tam perditi & abjecti ingenii fuiſſe Regem, qui ſe de proprio dignitatis ſolio dejiceret, ſe ipſum quoque regno, ſibi à ſubditis dato & conceſſo ſpoliaret, hâc enim ratione, non ſolum in ſeipſum verum etiam in proprios ſuos liberos & agnatos qui eo modo paternâ fraudarentur ſucceſſione iniquus eſſet & injuſtus, atque ita hæredum & ſucceſſorum conditionem deteriorem faceret, eorundem poteſtatem, domi-

ominium, ac authoritatem, ipſis auferen-
o & adimendo, quod fieri neutiquam de-
et. *Dec. in c. 1. in 1. lectur. n. 15. x. d. con-
t. Sebaſt: med. d. legib. & ſtatut. part. 4. q.
in fin. quibus adde, vult. d. feud. lib. 1. cap. 10.
16. Borch. cap. 7. n. 19. Roſenth. cap. 6.
ncl. 16. n. 13.* Si tamen Imperator vel Rex
m ſtupidus vel abjectus inveniretur, qui pro-
riæ dignitatis honoris ac authoritatis contem-
or ac ſpoliator eſſet, adhuc tamen nullo
re, ſuas ditiones vel regnum ipſum, ſine
opuli & ſubjectorum ſuorum conſilio & con-
nſu alienare poſſet. Aliæ enim imprimis
nt res imperii vel Regni, aliæ verò Impe-
toris vel Regis; illæ enim non tam in Regis
l Imperatoris, quam in ipſius imperii vel
gni patrimonio ſunt, atque ita illi vel huic
d ſuam magis dignitatem tuendam quaſi
ſusfructus nomine atribuuntur. *Arg. l. 2. §.
ff. ne. quid. in loc. publ. l. pacta conventa. 72.
1. ff. d. contr. empt.* Hæ verò in cujusvis
egis & Principis patrimonio ſunt, non quâ
lis, ſed quâ eſt vel Antoninus, vel Ferdinandus,
el Carolus. *l. cum ſervus 39. §. ult. ff. d.
gat. 1. l. benè à zenone. 3. Cod. d. quadrienn.
ræſcript. Arg. l. pen. & ult. Cod. d. fund. pa-
im.* Utræque enim inter ſe apertiſſimè di-
inguntur in *l. ult. ff. qui. pot. in pign. l. fiſcus
ff. d. jur. fiſc. l. ὁ ἐπίτροποι 39. ff. locat. ubi χώ-
ια Καιζαρος ſeparantur ἀπὸ τῶν χωρίων τοῦ
ταμεῖου & l. 2. & d. l. 3. Cod. d. quadr. præſcr.
ult. Cod. d. Collat. fund. fiſcal. vid. Hottom.*

Illuſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Illuſt. quæſt. 1. Aliæ verò ſunt res imperii vel regni publicæ, quæ in nullius alterius ſunt bonis, ſed in univerſi populi patrimonio eſſe creduntur. *l. 1. in fin. pr. ff. d. rer. diviſ. l. quod in littore. 14. in pr. ff. d. acqr. rer. domin. l. bona civitatis. 15. l. eum qui. 16. & l. ſeq. ff. d. verb. ſignif.* Iam verò quantum res Imperatoris vel Regis ſpectat, dubium non eſt quin illæ hujus vel illius conſenſu alienari poſſint. *d. l. cum. ſervus. 39. §. ult. ff. d. legat 1. l. univerſ. 9. & l. ſeq. Cod. d. fund. patrim.* Res etiam Imperii vel regni, quas aliàs fiſcales rectè appellaveris, quod attinet, ejuſdem quoque juris fuiſſe conſtat. *l. 2. §. 2. ff. ne. quid in loc. publ.* ubi res fiſcales quaſi privatæ & propriæ Principis dicuntur, & *d. l. 3. Cod. d. quadr. præſcr.* Quæ, *inquit*, differentia introducatur, cum omnia principis eſſe intelligantur, ſive ex ſuâ ſubſtantiâ ſive ex fiſcali fuerit aliquid alienatum. Illarum quoque rerum commercium eſſe patet ex *l. ſi. procurator. 5. ff. d. jur. fiſc.* Res autem Imperii publicæ, cum in nullius privatim bonis ſint, neque ab aliquo alienari poſſunt: quemadmodum alia de rebus publicis nominatim cautum extat in *l. Celſus. 6. in princ. & l. ſed in emptione 34. ff. d. contrah. empt. d. l. cum ſervus. 39. §. pen. ff. d. leg. 1. §. idem juris eſt. 2. inſt. d. inutil. ſtipul.* Itaque nec Regi cuipiam vel Principi ditiones regni Pro ſuo arbitrio in alium transferre licitum erit. Ejus quippe officium eſt ut ſuum regnum benè rectèque gubernet ac

adminiſtret, regat; procuret, tueatur, ac defendat. *l. 1. in princ. Cod. d. vet. jur. enucl. init. proëm. Inſtit.* ibi, *rectè poſſit gubernari. l. 1. in pr. Cod. d. ſumm. trinit & fid. Cath. Novell. 21. in pr. Novell. 31. 43. 46. 72. 80. 8 . 85. 114. 127. 148. 152. 163. c. intellecto. x. d. jurejur.* Cui verò aliquid gubernandum, procurandum, regendum, defendendum commiſſum eſt, is illud in alium etiam quocunque titulo transferre ac alienare non poteſt. *text. eſt in l. qui fundum. 7. §. ſi tutor. 3. ff. pro emptor. l. procurator. 63. ff. d. procurat. l. imperatores. 37. l. contra. 28. ff. d. pact. l. 1. §. 1. ff. d. offic. procurat. Cæſar. c. 2. x. d. donat.* Quibus enim adminiſtratio eſt permiſſa, non utique alienandi poteſtas permiſſa intelligitur. *l. contra. 28. ff. d. pact.* Propterea quilibet Imperator vel Rex meritò Auguſtus dicitur ab augendo fines ſui regni vel imperii. *Accurſ. in not. ad proëm. Inſt.* unde ſequentia ex *Aurel. Prudent. contr. Symmach. lib. 2.* epitheta, Imperatori attribuuntur; quem aliàs citat *Riterſh. ad proëm. Inſt.*

Caput Auguſtum diademate cinxit,
Appellans patrem patriæ, populi atque ſenatus
Rectorem, qui militiæ ſit ductor & idem,
Dictator, Cenſorque bonus, morumque Magiſter,
Tutor opum, Vindex ſcelerum, largitor bonorum.

Ejus itaque eſt augere imperium. *Novell. 11. in pr. Novell. 24. in præfat. & Novell. 116. in præfat.* non verò diminuere, ac idem in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

otioſos quoſdam monachos transferre; verum potius ſi quædam Imperii partes ſunt in alios collatæ, vel bellorum tempeſtatibus ab hoſtibus occupatæ, vel tandem quocunque alio modo alienatæ & divulſæ, ejus eſt eaſdem recuperare & rurſus ſuo imperio adjicere. *Textus eſt in §. 1. proëm. Inſt.* ibi: *Tam Africa quam aliæ innumeræ provinciæ, poſt tanta temporum ſpatia, noſtris victoriis à cæleſti numine præſtitis, iterum ditioni Romanæ noſtroque additæ Imperio proteſtantur. l. 2. ff. d. offic. præf. præt. Afric. l. 1. in pr. Cod. eod.* Hanc enim ob cauſam quod virtutibus, fide, conſtantiâ ac magnanimate emineat, alioſque ſuperet, aut certè ſuperare præſumitur, Rex vel Imperator eligitur, ſi autem ditiones Imperii regnique alienaret, non ſuorum virtutum fulgore micaret, ſed potius peſſimam prodigalitatis notam ſibi inuri pateretur, nam principatus ſui viſcera eviſcerando, propriȩ dignitatis fieret homicida, ut loquitur, *Bald. in cap. licet cauſam, 7. x. d. probat. Chaſſan. in catalog. glor. mund. part. 1. conſid. 38. conclus. 44. verſ. item non poteſt. per. l. qui fundum. 7. §. ſi tutor. 3. ff. pro emptor.* Ubi itaque perſonæ induſtria dignitas ac valor eſt electus, is eligentibus invitis, immutari nec poteſt, nec debet. *l. inter artifices. 31. ff. d. ſolution. l. illud. 9. Cod. d. excuſat. muner. Zoanett. ad l. 2. Cod. d. pact. int. empt. & vendit. n. 12. Panormit. x. d. offic. & poteſt. Iudic. delegat. n. 1. & 3.* At vero enim Regi Principive cura & Reipublicæ adminiſtratio

miniſtratio demandatur, primariò ejus reſpicitur perſona, *Aur. bull. Carol. IV. cap. 2.* quare nec video quomodo ſine eligentium conſenſu, talis perſona immutari, inque ejus locum contra eorundem vota mentemque ſurrogari alia poſſit; cum enim hic Rex qui Reipub. jam præeſt, ejuſdem defenſionem ac protectionem omnibus ejuſdem membris promiſerit. *Caſp. Ens d. elect. & inaugur. Carol. V. Nic. Heid. hiſt. inaug. Maximil. II. Henning. Göden. d. elect. Reg. Rom. cap. 8.* Nam antequam ipſe fidem protectionis ac Reip. defenſionis obſignaverit, nec ipſi à ſubditis homagium præſtari debet. *Reinckinck. lib. 1. d. regem. ſecul. & Eccleſ. claſſ. 5. cap. 3. n. 8. Althus. politic. cap. 19. n. 7. Beſold. d. Reipub. ſtat. mixt. cap. 5. n. 3. Manl. in tr. d. homag. n. 120.* Regulare certè & perpetuum in omnibus regnis & Imperiis eſt, ut Reges & Principes ſubjectis populis, in inauguratione & receptione, fidem ſuam, de legibus Regni fundamentalibus non mutandis, de religione tuenda, regno pro virili adminiſtrando, defendendo, ampliando, &c. juratis verbis promittant. *Iacob. Rex Britann. d. jur. monarch. lib. fol. 11. Ritter. in diſſert. d. homag. n. 117. & 121. Beſold. d. loc. n. 1. Ioh. Sarisberienſ. Epiſcop. lib. 5. polycratic. cap. 11.* Itaque hic Rex jam electus ratione jurisjurandi præſtiti, ſuis ſubditis eſt obligatus, qui que reciprocè ipſi, ita equidem ut alienatio nulla intervenire ſine utriusque conſenſu, poſ-

ſet *arg. l. in omnibus. 55. ff. d. obl. & act. l. 1. §. conventionis. ff. d. pact.* Atqui ſine ſubditorum conſenſu maxima pars ſupradictorum regnorum alienata erat, ut de regno Arragoniæ, Ruſſiæ, &c. vidimus, talis itaque alienatio ex dictis pro nulla cenſenda veniet, etiam propterea, quia Rex provinciam, ducatum, principatum, regnum, &c. alienando, eo ipſo ſubditos, ejuſve regni vel principatus incolas veroſque cives & homines liberos alienat: horum tamen alienationem penitus inutilem eſſe apertiſſimi eſt juris. *l. ſed Celſus. 6. in pr. l ſi in emptione. 34. §. liberum. 2. ff. d. contrah. empt. l. inter ſtipulantem. 83. §. item ſi ego. 4. ff. d. verb. Oblig. l. liber homo. 103. ff eod. §. idem juris. 2. Inſt. d. inut. ſtipulat. §. ult. Inſtit. d. empt. & vendit.* Sunt enim extra commercium & in nullius bonis. *l. cum ſervus. 39. §. pen. ff. d. legat. 1. d. l. ſed in emptione 34. §. liberum. 2. ff. d. contrah. empt.* Nec certè deterior eſſe debet conditio ſubditorum quam olim jure Romano libertorum erat at verò hæredi ſervum, cui libertas per fideicommiſſum relicta erat, alii manumittendum ut ejus fieret libertus, tradere non licuit ne fortè duriorem patronum conſequeretur *l. generaliter. 24. §. fin. l. invitus. 34. in princ ff. d. fideicommiſſ. libertat.* Multò igitur minus Regi per alienationem ducatus vel principatus, ſubditos in poteſtatem principis deterioris transferre permiſſum erit, niſi omnino ipſi hoc optent & velint. *Arg. d.*

ſe

generaliter 24. §. fin. ff. d. fideic. libert.

Accedit & illud quod Rex ſeu princeps, communis omnium ſit pater, *Novell. 98. cap. 2. in fin. Guilielm. d. pern. in tract. d. princip. 2. 10.* Pater verò bona filiorum adventitia alienare prohibetur, licet iis uti frui poſſit. *l. 1. ibique Arius Pinell. part. 3. n. 18. Cod. d. bon. matern.* Propterea neque principi velut patri, res regni proprias alienare licitum. *Arg. d. Novell. 98. cap. 2. in fin.* Qui, quamvis analogicè pater dicatur, cum tamen analogia proprietatem imitari ſoleat. *Arg. l. filio. 23. ff. d. liber. & poſthum. §. minorem. 4 inſtit. d. adopt.* & fictio in caſu ficto eoſdem quos veritas in caſu vero, producat effectus. *arg. l. adoptio. 16. ff. d. adopt. Zeraph. d. Zeraph. in tr. d. juram. privil. 74. n. 115. Thoming. decis. 11. num. 6.* Jure itaque meritoque hoc ad principem referri poteſt. Eundem quoque Reipub maritum vocat Igneus, ad *l. neceſſarios. 5. §. non alias. ff. ad SC. Syllanian. part. 4. n. 38. & Luc. d. penn. ad. l. quicunque, 3. Cod. d. omni. agro deſert. col. 3.* Rerum verò dotalium alienationem marito omni ex parte denegatam eſſe, certiſſimi juris eſt. *l. quod ſi fundus. 11. l. jam. 12. l. ſi fundum. 16. & tot. tit. ff. d. fund. dotal. l. 1. & ſeq. Cod. eod. l. unic. §. & cum lex. 15. Cod. d. rei. uxor. act.* Igitur & principi res ſui regni diſtrahere prohibitum erit. Rectiſſimè quoque Rex ſui regni populique eſt tutor. *Arg. Novell. 127. 148. 163.* quare etiam ipſis tutoribus præſcriptam regulam ſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

vare debet, ut tum denique pro domino ha-
beatur, cum pupilli res benè rectèque guber-
nat, procurat & adminiſtrat; hoc eſt, cum
ſalutem & incolumitatem populi defendit ac
tuetur. *l. tutor 27. ff. d. adminiſt. tut. l. qui
fundum. 7. §. ſi tutor. 3. ff. pro emptor. l. inter
dum. 56. §. pen. ff. d. furt.* Nam ut tutela
ſic procuratio Reipub. ad utilitatem eorum qui
commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa
eſt, gerenda eſt. *Cicer. lib. 1. offic.* Reſpub-
lica quoque dicitur res populi cum benè & ju-
ſtè geritur: ſive ab uno Rege, ſive ab opti-
matibus, ſive ab univerſo populo, quum
verò injuſtus Rex eſt quem tyrannum voco,
non etiam vitioſa, ſed omnino nulla eſt reſ-
publica, quoniam non eſt res populi, quum
tyrannus eam factione capeſſat. Inquit rurſus
Cicer. lib. 3. d. Repub. Aurea itaque illa re-
gula eſt, quam IC. Ulpianus nobis reliquit,
quæ etiam à Reipublicæ adminiſtratoribus ac
curatoribus intimè ſervanda veniet, ſcilicet
quod jus Reipublicæ pactionibus mutare non
poſſint. *l. non utique. 2. §. jus Reipublicæ. 8.
ff. d. adminiſtrat. rer. ad. civitat. pertinent.* &
Papinianus, *l. pater. 16. ff. d. ſuis. & legit.
hered. l. jus publicum. 38. ff. d. pact. vid. l.
nec ex prætorio. 27. & ibi Dd. ff. d. reg. jur. &
Cont. ad. l. 66. ff. d. judic.* Prudentiſſimè ita-
que Impp. Diocletianus & Maximianus Pro-
culo Decurioni reſcripſerunt, ſcilicet, quod
Reſpublica minorum jure utatur. *l. reſpublica.
4. Cod. quib. ex cauſ. major. in intigr. reſtit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Et Imperator Antoninus eandem pupillam vocat. *l. rempublicam. 3. Cod. d. jur. reipub. vid. l. 1. Cod. d. offic. ejus. qui vic. alic. jud. obtinet.* Sæpiſſimè enim in jure inter ſe æquiparantur. *l. qui ſolidum. 78. §. etiam reſpublica. 2. ff. d. legat. 3. & ibi notat. per Ioann. d. Imol. d. l. Reſpublica. 4. Cod. ex quib. cauſ. mai. & ibi Gloſſ. Everhard. à Middel. in topic. loc. 66.* Igitur veluti prædia minorum, absque decreto à tutoribus vel curatoribus alienari nequeunt. *l. 1. in pr. & §. 1. 2. l. magis. 6. l. illicitè. 10. ff. d. rebus eor. qui ſub tutel. vel cur. ſunt. ſin. decret. non alienand. & tot. tit. ff. eod.* Ita ſolius Imperatoris Regis vel principis arbitrio, ſine Reipublicæ civium ac regni gubernatorum, vel ſenatorum conſenſu regni alicujus caſtra vel oppida, multo minus totum regnum vel reſpublica, alienari non poſſunt. Nam ſi vel etiam novus caſus in republicâ emerſerit, qui formam antiquis legibus non inſertam expoſcit, eaque, antequam legis vim habere poſſit, à proceribus regni vel imperii approbari debet. *l. leges. 3. l. humanum 8. Cod. d. legib. & conſtit.* vel ab ipſis decurionibus, vel illis qui eorum ſunt loco. *l. illa decreta. 2. l. quod ſemel. 5. & ibi comm. Dd. ff. d. decret. ab ord. faciend.* Multò ergo magis ad alienandam Imperii regnive provinciam, vel principatum, vel ducatum, requiritur ejuſdem regni procerum vel ſenatorum auctoritas & conſenſus. *Arg. d. l. humanum. 8. Cod. d. leg. & conſtit.* Primariò cum per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

hujuſmodi alienationes totius regni fulgor ac majeſtas attenuetur, fineſque coanguſtentur, eâque ratione onera ac tributa graviora ſubditis perferenda imponantur. *Bocer. tract. d. regal. cap. 4. n. 35.* Quæ res cum partes vel membra ipſius regni præcipuè tangat, eorumque fortunas & facultates maximè reſpiciant, ab iis propterea ad talem faciendam alienationem, quæ ex ſeſe etiam majora onera procreat, conſenſum requiri, manifeſti eſt juris. *l. veterem. 5. in fin. Cod. d. auctorit. praſt. ibique Dd. c. quod omnes. extr. d. reg. jur. arg. l. in concedendo. 8. d. aq. & aq. pluv. arcend.*

Ex quibus colligimus talem vel regni, vel principatus, vel ducatus alienationem, ipſo jure penitus nullam eſſe; præcipuè cum in hujuſmodi alienationibus non tam agrorum vel oppidorum, quam civium ingenuorum ac libertorum hominum eſt ratio habenda, quos contra voluntatem alienari & in peregrini vel fortaſſe cujuſdam tyranni poteſtatem transferri, ab omni jure alienum & plane tyrannicum videtur, cum, veluti antea demonſtravimus, jure Romano ne patronis quidem in libertos ea eſſet poteſtas *l. generaliter. 24 §. fin. ff. d. fideicommiſſ. libertat.* Certè iniquior, liberis Reipublicæ civibus, conditio, vel etiam durior, quam libertis, obtrudi nunquam poteſt. Quinetiam feudali jure, nunquam licet feudum alicui conſtitutum, ſine ipſius vaſalli voluntate, in alterum quoquo titulo

titulo alienare ac rransferre; tametſi proprietatis dominus ſit. *lib. 1. feud. tit. 22. §. ſi quis. 2. & tit. 25. §. 2. & lib. 2. feud. tit. 2. 6. §. 4. & tit. 34. §. 1. & tit. 55. §. praterea ducatus.* Si itaque tam ſtupidus fuiſſet Rex, propriique honoris ac dignitatis contemptor, ut vel regnum vel regni partem alienaret, illa alienatio ipſo jure nulla eſt, quippe cum Respublica minorum jure uti ſoleat, ideoque auxilium reſtitutionis implorare poteſt. *d. l. respublica. 4. Cod. quib. ex cauſ. maior. in integr. reſtit. l. ergo ſciendum. 22. §. quod edictum. 2. ff. eod. l. illud ſciendum. 9. ff. d. appellat.* Rempublicam enim ut pupillam extra ordinem juuari moris eſt. *d. l. rempublicam. 3. Cod. d. offic. ejus qui vic. alicu. judic. obtin.* Minores verò læſi, reſtitutionis auxilium habent. *l. 1. in pr. & §. 1. & 2. l. minoribus. 6. l. in integrum. 22. l. minor. 40. & tot. tit. ff. d. minor.* Idem itaque de republica dicendum veniet. *Nicol. Everhard. à Middelb. in topic. loc. 66. & 67.* Propterea ſi Rex malis utens conſiliariis ſeu regnum, ſeu regni partem alienaret, ſucceſſor eo caſu non tenebitur. *l. peto. 69. §. prædium. 1. ff. d. legat. 2. l. omnia. 32. §. in fideicommiſſo. 6. ff. eod.* Jure enim non poteſt anteceſſor ſui ſucceſſoris conditionem deteriorem facere. *Dec. in cap. 1. in 1. lectur. num. 25. d. conſtit.* Bonorum verò regni diminutione, ſucceſſoris conditio deterior redditur. *Roſenth. cap. 6. concluſ. 16. n. 13.* Benè itaque juris canonici interpretes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

dicunt: quod Papa ſucceſſori manus ligare non poſſit. *gloſſ. ult. c. ult. extr. d. reſcript. in 6. gloſſ. in cap. non liceat. in verb. Papæ. 12. q. 2.* quia nullus mortalium poteſt Papam judicare *c. ſi papa. diſt. 40. c. innotuit. extr. d. elect.* Bonifacius propterea. *cap. ult. d. reſcript. in 6.* ſucceſſori exemplum ſuum proponens, non utitur verbo *jubendi*, ſed, *quod nobis*, ait, *licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus*, Imperatores credo imitatus, qui iiſdem verbis utuntur in *l. digna vox. 4. Cod. d. ll.* Et Carolus Magnus, ſucceſſores ad non alienandas vel dividendas opes eccleſiaſticas, ut à Carolo Martello fieri conſuetum erat, obligaturus, cautè adjecit hanc limitationem: qui noſtram vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint. *lib. 1. capitul. c. 83. c. quia juxta. 16. q. 1.* quia n. legem præſcribere non poterat, exemplum ſaltem relinquere voluit. Si autem Rex principatum alienaret, procul dubio, ut ſucceſſor eundem non revocaret, præciperet, eoque legem ipſi ſcriberet, quod fieri nec poteſt nec debet. *vult. d. feu. lib. 1. c. 10. n. 16.* Superiorem oportet eſſe qui alteri legem vult dicere. *l. nam Magiſtrat. 4. ff. d. recept. qui arbit. recceper. l. ille à quo 13. §. tempeſtiv. 4. ff. ad SC. Treb. l. judic. 58. ff. d. judic.* Neque n. magis ſucceſſori, quàm ſibi ipſi quis poteſt ponere leges cum utriuſque æqualis ſit poteſtas, & quamquam ſæpè Principes ſibi ipſis ſimel latas conſtitutiones corrigendi poteſtatem auferant, adjectâ clauſulâ, *ut nec à nobis ipſis derogari poſſit*, id tamen nul-

nullius valoris eſt, quia nemo potuit ſibi ipſi legem dicere. *gloſſ. penult. in c. ult. extr. d. reſcript. in. 6. per l. ſi quis. 22. in. pr. ff. d. legat. 3. l. ſi fratres. 53. §. idem reſpond. 3. ff. pro ſoc. Bartol. in l. cum precario. ff. d. precar.* Succeſſor itaque obligatus non eſt, ut donationes tales, & præcipuè regno ſuo detrimentoſas à ſuo antecesſore factas, ut validas, ſervet, ſed potius ipſa donata revocet, eâque occaſione ſuum regnum ampliet & ſervet. *Arg. d. Novell. 11. in princ. Novell. 24. in præfat. & Novell. 116. in præfat. Johann. Sleidan. lib. 1. comment. d. ſtat. religion. & reipub. ant. fin.* Et Pontificis ſucceſſor, gratias expectativas prædeceſſoris ſui revocare poteſt, *ut regul. in cancellariæ Innocent. VIII. reg. 10. & Paul. III. reg. 11.* patet. Bonifacius quoque IIX. Nicolai. IV & Cæleſtini V. expectationes conceſſas, omnino caſſas, irritas & vacuas pronunciat. *c. quoniam. extr. d. conceſſ. præbend. in ſext. & in cap. ſi gratioſè extr. d. reſcript. in 6.* gratias ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ conceſſas, tam diu durare dicit, donec à ſucceſſore revocentur. In quem ſenſum Baldus id quod Fridericus in Conſt: *d. pac. conſtant. verſ. amplius rem.* Mediolanenſibus concedit privilegia ſine *contradictione ſuâ & ſucceſſorſuorum*, ita explicat in *verſ. ſucceſſorem*, quaſi ſenſus ſit; ea valitura, quamdiu ſucceſſor non contradixerit, quia ne contradiceret prohibere non poterat. *l. 2. Cod. d. veter. jur. enucl.* Quod igitur Bonifacius ſibi licere judicavit. *d. c. quoniam extr.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

d. conceſſ. præb. in 6. Idem etiam Regi licitum ac conceſſum eſſe judicandum erit, præcipuè cum tales donationes in Reipublicæ damnum ac diminutionem fieri ſoleant. Et quamvis fama & authoritas anteceſſoris à ſucceſſore merito defendi deberet, priores tamen ſalus Reipublicæ hic occupat partes, quæ omnibus aliis eſt præferenda. *l. utilitas 3. Cod. d. primipil. Bartol. in l. prohibere §. plane. ff. quod vi aut clam. Cun. d. pact. cap. 24. n. 51.* Hoc optimè notavit Carolus VIII. qui Ludovici patris donationes ſuperfluas, & regio patrimonio damnoſas reſcidit & applicavit fiſco, multis refundere coactis etiam illud, quod jam inſumſerant, idque in comitiis Turonenſibus Anno 1485 concluſum erat. *Beleſ. lib. hiſtor. 5. capp. 150 158.* Caroli VI. largitionibus immodicis ſoliti ſunt præfecti ærarii ſubſcribere, *immodicè datum, & repetatur. Æmil. lib. 9.* Fridericus I. cum Italiæ leges reformaret, eos tantum in poſſeſſione reliquit, qui legitimam ſaltem Regum liberalitatem & donationem probare poſſent. *Gunther. lib. 7. Sigon. Hiſtor. Ital. lib. 12.* Imperator Zemiſces, Baſilio cubiculario ademit, quicquid Nicephorus ipſi largitus fuerat, *indignum eſſe,* dicens *publicis poſſeſſionibus, multorum præſtantium virorum ſudoribus & ſanguine partis, unum ſpadonem perfrui. Zonar. in vit. Zemiſc.* Matheus Ungariæ Rex, rogatione populi coactus fuit donationes Ladiſlai, & nonnullas etiam ex ſuis irritas facere, *In decret. 12. verſ. & quod*

& quod nos omnes. Bonfin. hiſtor. decad. 4. lib. 7. Eodem itaque modo alius quicunque Rex ſeu princeps immodicas donationes ac Reipublicæ damnoſas revocare poteſt, imo etiam tenetur. Si verò Reſpublica nullum ex factâ donatione ſentiret incommodum nihil obſtare video, quare etiam non rata maneat. *l. data 27. l. ſancimus. 34. Cod. d. donat. Petr. Ferrar. in prax. pap. t. 15. Tiraq. tr. d. jud. in reb. exig. fer. verſ. ſeptuageſimò quartò. Menoch. arbitr. judic. q. 15. n. 6.* Quæ autem, ſint tales donationes, *vid: Menoch. arbitr. Iud. caſ. 83. n. 51. caſ. 559. à n. 3. ad fin.* Intereſt itaque tales Principum donationes ratas ſervari, cum fides in principe ante omnia commendari debeat. *l. inter claras. 8. Cod. d. ſumm. trin. & fid. cathol.* ſiquidem nil tam conuenit humanæ fidei quam pacta ſervare. *l. 1. ff. d. pact, Zaſ. ad l. 8. princ. n. 7. ff. d. ll. & conſtit. 10. n. 5. lib. 2.* Unde Baldus ait, *Conſil. 327. n. 4. vol. 1.* Principibus maximè convenit verbum illud: *ſemel locutus eſt Deus, & , quod ſcripſi, ſcripſi. Et ideo Princeps unum debet habere calamum & unam linguam & non plures, quia ſcriptum eſt: quæ proceſſerunt de facie mea, non faciam irrita, unde debet immobilis eſſe, ſicut lapis angularis & polus in Cœlo. Curt. jun. conſil. 143. Tiraq. d. nobilit. c. 20. n. 23. Gail. lib. 2. obſervat. 55. n. 40. Rauch. lib. 2. q. 11. n. 60. Et Jaſon. dicit in l. 1. ff. d. pact.* Nihil eſt in Principe divinius, quam promiſſorum conventorunque con-

conſtantia. *Duar. ad. l. conventionum. 5. verſ. quæ fit per Principem. in fin. ff. d. pact.* Quod autem hactenus de immodicis donationibus diximus, id de Regum Principumve teſtamentis intellectum quoque volumus.

Extat equidem teſtamentum Caroli Magni & Ludovici Pii, quibus de ſucceſſoribus & diviſione regni diſponunt, tanquam de rebus propriis, & Tiberius quoque cæterique Principes non pauci adibant hæreditatem ex teſtamento, ſicut Ludovicus Rex Ungariæ, Sigiſmundum Brandeburgenſem, cum filiâ Mariâ hæredem inſtituerat. *Bonfin. lib. 3. decad. 1.* Et Henricus VIII. Angliæ Rex Edvardum filium primò, deinde Mariam, denique Eliſabetham ſuos hæredes fecerat. *Stow & Helinskod. in Henric. VIII. & Eduard. VI.* Interim nec aliter hæc omnia, ac ſimilia valere poterint, niſi vel conſenſu populi vel ſubditorum fiant, aut ſi cum legibus regni convenire videantur. *vid. Guilielm. Bened. in c. Rainutius. verſ. in eod. teſtam, claſſ. 1. n. 148. & ſeqq. d. teſtam.. Afflict. deciſion. 119. n. 3 & 5. arg. cap. 1. in princ. d. alienat. feud. pat. cap. 1. §. ſed & res per quos fiat. Curt. tr. feud. part. 4. n. 129. Iac. d. S. Georg. verb. & cum pacto col. 3. n. 1.* Tiberius quamquam per uxorum ambitum & ſenili adoptione irrepſerat, dabat tamen famæ, ut vocatus electusque potius videretur. *Tacit. lib. 1. annal.* Praſutagi Regis Irenorum regnum, centuriones demum ſervi diripuerunt, quod cæſarem cum duabus filia-

iabus regni hæredem inſtituiſſet. *Tacit. lib.*
ı. *annal.* Henricus IV Angliæ Rex conſenſu
ocerum, populique regnum iniit, dejecto
ichardo II. licet hic ab Eduardo III. adhuc
vente Rex declaratus eſſet ut filius Eduardi
imogenitus. Rectè propterea inter leges
egni Gallici poſuit, *Hotomann. lib. 2. d.*
gn. Gall. Ea quæ jure regio primogenito
ompetunt, ne teſtamento quidem patris
limi poſſe. In Regum itaque ſolâ diſpoſi-
one non eſt poſitum, bona regni alienare,
d communicato prius cum ejusdem regni
oceribus ſubditisque conſilio. *Gloſſ. in l.*
vitus. 34. d. fideicommmiſſ. libertat. Natta
nſil. 367. n. 1. & conſil. 506. n. 15. Con-
udimus itaque Regem vel principem qui
ajeſtatem ejusque jura habet, ſui regni
incipatum vel ducatum nullo unquam jure
ſſe alienare, & ſi à prædeceſſore quocunque
odo quædam in præjudicium & detrimen-
m regni alienata fuerant, meritò eadem
vocare poſſe, nec anteceſſoris ſui decretis,
uo ad jura majeſtatis & ſtatum Imperii, niſi
atenus utilitas publica & divina naturæque
ra exigunt, teneri. Eundemque in omni-
s ſuis actis hunc ſibi ſcopum propoſitum ha-
ere oportere, ut & honor ejus & fides ſub-
tis data, ſalva maneat, nec Reſpublica quic-
am detrimenti capiat. *plur. vid. d. hâc materiâ*
. Cyn. & Sichard. n. 6. L. 1. Cod. d. novation.
olin. in conſuet. paris. tit. 1, §, 1. gloſſ. 3. quæſt.
n. 27. Cravett, conſil, 54. num. 3. conſil.
241.

241. conſ. 963. n. 10. & conſil. 973, n. 32. Tiraquell. in tr. d. jur. primog quæſt. 35. n. 24. Menoch Conſil. 264. num. 30 & conſil. 529. n. 16. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 3. §. 8. gl. 1. n. 51. Cephal. conſil. 549 n. 1. Sonſbec. in. comment. ad uſ. feud. part. 10. n. 1. Bartholom. de las caſas in quæſt. ſeu tract. ſingul. d. imperat. vel reg. poteſt. Hotomann. Illuſt. quæſt. 1. Bocer. in tract. d. regal. cap. 4. n. 15. vaſq. illuſt. controverſ. lib. 1. cap. 4. n. 1. & ſeqq.

Peſſimè itaque ſibi ſuæque majeſtati conſulunt illi reges qui jure gentium ſuperiorem penitus nullum agnoſcunt, & in quos autoritas illa & majeſtas communi populi conſenſu eſt tranſlata, quod propriæ dignitatis ſint ſpoliatores, ſeſe externæ poteſtati ſubjicientes, à quâ poſtea viciſſim, veluti miſeri vaſalli totam ſuam potentiam majeſtatemque emendicare coguntur. Quod etenim jure communi obtineri poteſt, fruſtra ab alio petitur, veluti Imperatores Antoninus & Verus Auguſti reſcripſerunt. *l. imperatores. 30. ff. d. reb. auctorit. jud. poſſid.* fruſtra petit baculum qui ſine eo ambulare poteſt. *Zaſ. ad d. l. 30. ff. eod. l. unic. Cod. d. theſaur.* fruſtra petit veſtem qui nudus non eſt, fruſtra depoſcit medicum qui non laborat, *Zaſ. conſil. 4. & ſingul. intellect. An nepos veniat ex propria perſona cum patre.* fruſtra innititur quis privilegio, quando jure communi uti poteſt. *c. contra morem. Diſt. 100. c. hinc eſt. 16. q. 1. l. ſi quando. 109. ff. d. legat. 1.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Gloſſ. ad d. c. contr. morem. Diſt. 100. in verb. privilegio. Et ſuperfluum eſt precibus impetrare, quod jure communi competit. *l. in cauſa cognitione. 16. in pr. ff. d. minor. d. l. 1. Cod. d. theſaur. Gloſſ. in c. ſicut. in verb. ut liberè extr. d. reſcript.* Eo ipſo enim quo Reges ab externo quopiam creari deſiderant, veram regiam dignitatem perdunt, alterius potentiæ arbitrio ſe ſubjicientes. *Henning. Arniſ. l. 1. d. jur. maj. cap. 4.* Nam qui coronam à Pontificibus ſibi imponi paſſi ſunt, mox qvaſi eorum clientes redditi, ipſis fidelitatem omnemque defenſionem ac patrocinium promittere coacti ſunt, id quod in omnibus ferè juramentis principum, caput eſt & principium, præſertim Imperatoris. *Clement. Romani. d. jejur, c. tibi Domino. Diſt. 63. & ibi Cardin. Alex. Ceremon. Roman. lib. 1. tit. 5. §. d. juramento præſtand. per Imperat.* Alii propterea Reges, dicuntur Advocati & defenſores Eccleſiæ. *c. venerabilem. extr. d. elect. & elect. p.* eamque tuendam ſuſcipere jubentur. *c. principes. 23. q. 5. c. boni principis. Diſt. . & paſſ. in jur. canonic.*

Et hâc in parte ipſi Pontifices, priſcorum Romanorum ambitionem & ſuperbiam imitantur, illi ſuis Regibus confœderatis ſub ſociorum & amicorum nomine ſervitutis jugum impoſuerunt. Nero enim Armeniam Parthis & Rhadamiſto viciſſim ereptutus, duos veteres Reges, Agrippam & Antiochum, expedire copias juſſit, quibus Parthorum fines

intrare

intrare poſſent. *Tacit. lib.* 13. *Annal.* De Dejotaro quoque conſtat ex *Orat. Cicer. pro Dejotar.* Venit, *ait*, ad Pompejum, vel legatus ut amicus vel accerſitus ut ſocius, vel evocatus ut is qui ſenatui parere didiciſſet. Et *Tacit. lib.* 13. *Annal.* Socios Reges, prout bello conduceret, parere juſſit. Non alio certè modo cum Regibus ipſi Pontifices hactenus egerunt, quam ut ſub filiorum nomine, eas in viliſſimam ſervitutem deducerent, utque omnes ſe ad eorundem nutum ac vota componerent, eorundem mandatis voluntatique parerent, atque ita ad bellum ab iis contra quemcunque alium Regem, qui adhuc nomen ſuum illorum albo non adſcripſerat, evocati, ſe ſiſterent, eundemque ad obedientiam Romano Alaſtori præſtandam compellerent. Ita Reges reverà ſibi ſubditos faciunt, ab iisque ut nova numina, venerari ac adorari cupiunt, haud aliter ac Nero à Teridate, qui cum coronam Armeniæ à fratre ſibi impoſitam, invito Imperatore uſurparât, cum per transactionem eam quoque à Nerone impetratum veniret, & in caſtra Corbulonis appelleret, ut ad effigiem Neronis accedere cepit, cæſis ex more victimis, ſublatum capite diadema imagini ſubjecit, *Theod. ex Dion, Tacit. lib.* 15. *Annal.* Cumque Neronem conveniret, genu flexo ac manus viciſſim ad cælum tendens veneratus, Dominum appellavit: coronam autem his verbis petit. Ego Domine, Arſacis nepos, Volo-

gæſis & Pacori regum frater, tuus ſervus
um: venique ut te, Deum meum, non ſecus
c Mithram, id eſt, ſolem colerem. Equidem
s ero, quem tu me fato quodam efficies. Tu
nim fatum meum es & fortuna. *Dion. Caſſ.
iſt. lib. 63.* Veriſſimè nihil aliud intendunt
ontifices, cum ſe regna transferre poſſe de
ente in gentem, dum omnia regna ſuæ po-
eſtati ſubjecta eſſe, gloriantur, quam ut illi
eri quidam Dii in terris eſſe intelligantur, &
uod fortuna Regum ab ipſorum dependeat
rbitrio, illisque idem à Regibus qui Neroni
Teridate offeratur cultus & reverentia.

Sed ut ad priora revertamur, diximus ſpon-
neam regnorum à regibus alienationem ipſo
re prohibitam eſſe, atque ita vanum eſſe
uod Pontifices ad quorundam Imperatorum
c Regum liberalitatem confugiant, ut inde
um jus in regna & principatus probent. Sed
alio regna ſibi ſubjiciendi utuntur medio,
ilicet minis & excommunicationum ſuarum
lminibus, quibus Regem confoſſum è dignita-
s ſuæ ſolio præcipitare ſolent, veluti pluribus
fra viſuri erimus. Et quamvis libenter fatea-
ur excommunicationem ſummum eſſe ner-
um Eccleſiaſticæ diſciplinæ, cui etiam quoad
ternum regimen ſubſunt ipſi Reges, eoque
ſpectu oves, filii, ſubditi, divini autem verbi
æcones, contra, patres, domini, appellan-
r. *1. Corinth. 4. verſ. 14, 15. Actor. 20.
erſ. 28, 29. Hebr. 13. verſ. 17.* Nunquam
men concedendum quod pœna quæ Eccleſiæ
propria

ultra eam extendatur, ut hoc prætextu alicui ſumma fiat injuria. *l. ſancimus. 22. Cod. d. pœn. c. quæſivit. extr. d. iis quæ fiunt à maj. capit. part.* Nunquam etiam dicendum excommunicationem medium eſſe legitimum regna Principibus auferendi, ſubditoſque eorum à ſuis juramentis fidelitatis abſolvendi. Alleget Gregorius VII. in ſuis Epiſtolis Theodoſium, Arcadium, Philippum, Anaſtaſium, ab Ambroſio, Innocentio, Conſtantino, Anaſtaſio Epiſcopis eſſe excommunicatos, nunquam tamen inveniet ille, iiſdem regnum ademptum, ſubditos ſubtractos, aut in Imperatorem armatos. Theodoſium non aliter diris devovit Ambroſius, niſi quod eum ab Eccleſiæ introitu prohibuerit. *Zonar. in Theod. Gratian. in comment. ad c. nos ſi incompetenter. 2. q. 7. Niceph. lib. 12. cap. 41.* Imo ſunt qui ne prohibitum quidem volunt, ſed ultrò à communione abſtinuiſſe. *Waremund. ab Erenb. cap. 2. d. ſubſid. reg. n. 35. & ſeqq. Ruſſin. lib. 2. cap. 18.* Pontifices verò ultra jurisdictionem Eccleſiaſticam progreſſi ſub excommunicationis titulo quælibet tentare, imo reipſâ etiam præſtare audent, & ſi quisquam quicquam contra mentem voluntatemque Pontificis commiſit, licet nec hæreticus ſit, nec tyrannus, continuò diris eum devovent, ſacris amovent, eoque ipſo momento regnum vel imperium auferunt, & quod peſſimum ſubditos juramenti religione abſolvendo, perjurii authores peſſimi fiunt. Aliter tamen judicat ac mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

monet Moſes, Salomon, & Paulus. Moſi,
s periculi plena eſt, principi populi male-
cere, nedum ferro jugulum ipſius petere.
xod. 22. verſ. 21. Actor. 23. v. 5. Salo-
oni, res execranda eſt, Regi vel tacitis
ogitationibus detrahere, nedum de illo tol-
ndo conſilia inire. *Eccleſ. 10. verſ. 30.*
aulo, *Rom. 13. verſ. 2.* Et quamvis ſchola
ontificia reponat: Regem, qui Deo fidem
on ſervat, honore regio indignum eſſe, &
 propter quicquid in ipſum tentatur in Re-
em neutiquam tentari. Perditiſſimam do-
rinam! Cogitare deberent doctores illi,
uod ſi filii parentibus quantumvis hæreſi in-
ectis ſervire teneantur. *Epheſ. 6. verſ. 1.* Si
tiam uxor marito, etiam à verâ fide alieniſ-
mo ſubjectionem debeat. *1. Cor. 7. verſ. 13.*
i famuli Dominis etiam σκολιοῖς, obedien-
am ſuam approbare obligati ſint. *1. Pet. 2.*
erſ. 18. Quomodo igitur ipſos expediet hæ-
eſis, quâ Magiſtratus ipſorum infectus eſt,
 nexu obædientiæ, quô Principi ſuo, tan-
uam patri patriæ, obſtricti ſunt. Jeremias
iadet, ut Judæi preces fundant pro Regis
abylonii vitâ & ſalute. Pauli quoque ſeria
dhortatio eſt. *Tit. 3. verſ. 1.* Suggere o-
nnibus ut ſeſe ſubjiciant poteſtatibus, & Prin-
ipatibus ut obtemperent. Hoc itaque colore
Pontifices ſuorum excommunicationum de-
ria & nævos excuſare non poſſunt. Si itaque
lis mediis regna quæpiam è manibus princi-
um extorſerunt, veluti novimus Gregorium
Hen-

Henrico Imperatori & alios aliis feciſſe, jure ac legitimè factum eſſe nemo ſanus judicabit. Nam cum miſerrimi illi Reges, ſe, à ſubditis, relictos, omnique Majeſtate excommunicationum horrore ſpoliatos eſſe vidiſſent, ne eorundem regna, veluti caduca quædam, in aliorum venirent manus, vi metuque coacti, illa reſignarunt, ac cuſtodiæ, curæ & diſpoſitioni Pontificum commendarunt, ac ut rurſus priſtinis dignitatibus reſtituerentur, tributaria fecerunt. Hoc Regi Angliæ aliiſque accidiſſe, ex ſuperioribus novimus, & infra quoque melius innoteſcet: Ita ſub religionis prætextu regiones regnaque ſuæ ſubjecerunt tyrannidi. Nimirum hæc fatalis temporum illorum iniquitas ac ſuperſtitio fuit, quod Reges, terris illis religionis nubibus ac tenebris involuti ac proſcriptione Eccleſiaſticâ territi, ad vota Pontificum ſe componere coacti ſint; tam perdita quoque caligo eorundem occupabat mentes, ut Pontificum iniquiſſimas fraudes pro divinis ſalutarent effatis, ita ut verè cum *T. Liv. d. Bacchanal. hic dicatur:* Nihil eſt in ſpeciem fallacius quam prava religio, quum Deorum numen prætenditur ſceleribus; ſubit enim animos timor, ne fraudibus humanis vindicandis, divini juris aliquid immixtum violetur. *Hæc ille.* Interim cum & talis regnorum alienatio, vi metuque ſit facta, ipſo jure pro non facta habebitur. *l. interpoſitas. 13. Cod. d. transact. l. ſi mulier. 21. §. ſi metu. 4. ff. quod. met. cauſ. l. 1. l. 3. & tot tit. ff. eod.*

eod. c. ſuper hoc. extr: d. renunciat. cum ibi tat. gl. in c. Abbas. extr. eod. Præcipuè cum ſtus ſuberat, & talis, qui etiam in conſtanſimum cadere poſſet. *l. metum. 5, & l. ſeq. quod. met. cauſ. Iaſ. in. d. l. interpoſitas. 13. Cod. transact.* Nam ſi metus eſt cauſa proxima, & mmediata contractus, idem mox redditur validus, & datur actio in perſonam, quod etus cauſâ in delinquentem, & utilis in rem dverſus quemlibet alium poſſeſſorem, licet hil metu fecerit, quia res in bonis ejus vietur juris intellectu, qui vim paſſus dicitur: uia non quæritur, quis metum fecerit, ex uo ut plurimum habet ignorantiam, ſed fficit quod metus intervenerit. *Vt inquit, aſtill. conſil. 13. n. 33. & ſeqq. verſ. cæterum. id. Cald. 108. alias. ill. 1. quod. met. cauſ. . 3. verſ. quarto quod.* Quia etiam donatio nera, & quilibet contractus poteſt reſcindi ropter metum adhibitum. *Roma. conſil. 26. um. 8. verſ. ſecundo quia.* Sine omni enim ubio, geſta per metum juſtum adhibitum, ut ſunt nulla ipſo jure, aut mox annullanda, tiamſi intervenit juramentum, & ſuccurritur etum paſſo, vel actione quod metus cauſa d recuperandum perdita, vel ope exceptiois in retinendis iis, quæ ſunt apud eum, vel n non obſervando promiſſa, vel actione utili n rem, quæ jure competit ipſi metum paſſo ad ecuperandas res ſuas, ut loquitur. *Franciſc. Aret. conſil. 14. viſo, & diligenter. n. 15. verſ. venio nunc.* Quod etiam in transactione ob-

tinet.

tinet. *Angel. conſil. 215. per tot.* Et in venditione. *Sign. conſil. 75. n. 22. verſ. præterea poſito.* Et in quibuscunque contractibus. *Caſtill. d. conſil. 13. n. 33. verſ. ceterum. cum ſeqq. Bart. in l. fin. n. 5. & ſeq. ff. ſi quis aliquem teſtari. prohib.* Et in jurisdictione conferenda, cujus collatio, ipſo facto vitiatur, & nuſpiam valet, ſi metus intervenit. *l. 2. ff. d. judic. & ibi Dd. Abb. conſil. 3. nitor. col. 6. in. quæſt. 6. verſ. videntur etiam. lib. 2.* Et in quocunque alio caſu, ubi metus intervenerat, quod geſtum eſt, etiam ipſo jure nullum eſſe cenſetur, ut ſemper quis reſciſſoriâ contra inferentem metum, agere poſſit. *Bart. in. d. l. fin. n. 56. & ſeqq. ff. ſi quis aliquem teſtar. prohib. Salycet. in l. 1. Cod. eod. n. 5. Abb. conſil. 51. ad delucitationem, col. 3. n. 4. verſ. hinc eſt. lib. 2. Bald. conſil. 26. punctus infraſcripti. per. tot lib. 3. Caſtill. d. conſil. 13 n. 24. & 25. verſ. quibus etiam luculenter.* Quæ omnia cum non ſolum jure civili & canonico certiſſima ſint, verum etiam Canoniſtarum calculo approbata, ſcilicet, quod metus cauſa, etiam quæcunque alienatio facta penitus nulla ſit; conſequentur etiam infero, nec in hoc caſu, aliquam regnorum alienationem, cui metus, vel calliditas, vel vis cauſam dedit, valere poſſe *Arg. l. 1. ff. d. in integr. reſtit. d. l. 1. 3. 4. 5. ff. quod met. cauſ. d. l. interpoſitas. 13. Cod. d. tranſact. & ibi Iaſ. & Dd.*

Tandem nec video quomodo regimen & cu-

cura imperiorum ad paſtorem perti-
re poſſet, ut ille reges & deponat & con-
tuat, ut ille quaſi in manu ſua regna habeat,
ſtoris enim hoc non eſt officium nec ad hoc
ibi in ſcripturis vocatus legitur, ſed ut oves
riſti ſanâ doctrinâ veluti ſpirituali cibo pa-
t. *Luc.* 1. *verſ.* 4, 5. *Act.* 18. *v.* 25. *Rom.*
v. 18. 1. *Cor.* 14. *v.* 19. *Galat.* 6. *v.* 6.
cramenta rectè adminiſtret. *Matth.* 18. *v.*
. 20. 1. *Corinth.* 11. *v.* 23. Devotè & aſſi-
è pro grege ſibi commiſſo precetur. *Exod.* 32.
11. *Joh.* 17. *v.* 20. *Eph.* 1. *v,* 15. 16. 17.
cap. 3. *v.* 4. *Philipp.* 1. *v.* 4. *Colloſſ.* 1. *v.* 3.
eſſ. 1. *v.* 11. *&c.* At Romanus pontifex
am eſt paſtor. *c. conſtantinopolitanæ. Diſt.*
. *c. renovantes. eod.* Ergo etiam de regno-
n regimine non ſolicitus erit, nec etiam
us eſſe poterit cui talis cura committi, &
quem principatuum poſſeſſiones transferri
ſſint. Miles enim ſpiritualis ab iis abſtinere
bet quæ civilia ſunt. *arg. cap. reprehenſibile.*
q. 8. Nemo quoque militans Deo nego-
ſecularibus ſe implicet. 2. *Timoth.* 2. *v.*
. credo, 21. *q.* 3. *c. ſed nec. extr. ne cleric.*
monach. ſec. negot. c. placuit. d. 21. *q.* 3.
obus enim dominis ſervire impoſſibile. *c.*
brietatem Diſt. 3. *d. conſecr.* malèque ſonat
terium cum cythara. *Ferrarienſ. in form.*
ll. reſpon. rei. convent. gl. 18. *n.* 1.
melius itaque poſſint vacare divinis offi-
, ſecularibus ſe implicari minimè patian-
c. mollitiis. c, hi. qui, & c. ſeqq. 2. *q.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Itaque in nullo ab adminiſtratione divinâ avocentur, negotiisque ſecularibus alligentur. *c. hi qui in Eccleſia. 21. q. 3. c. te quidem 11. q. 1. c. pervenit. Diſt. 80. c. clerici ab indignis. 14. q. 4. c. Epiſcopus. diſt. 88. per tot.* Nec procurationes villarum, aut jurisdictiones etiam ſeculares, quisquam clericorum exercere præſumat *c. ſed nec. extr. ne. cleric. vel monach. ſec. neg. & c. 1. & tot. tit. extr. eod. c. clericus 21. q. 1. c. credo. 21. q. 3. c. placuit. & cap. ſeq. eod. c. Epiſcopus tuitionem. c. Epiſcopus nullam. Diſt. 88.* Nec rixas aut lites amare, nec etiam in placitis ſecularibus diſputare debent clerici. *c. 1. extr. ne. cleric. vel. monach. ſec. neg. c. te quidem. 11. q. 1. Diſt. 46. per. tot. c. clerici. extr. d. poſtul. c. ſalvator. 1. q. 3. c. d. præſentium. 16. q. 1* Nec officia nec commercia ſecularia exercere poſſunt. *c. clerici. extr. d. vit. & honeſt. cleric.* Nec venationibus gaudere. *c. 2. extr. d. cleric. venat.* Nec judicium ſanguinis ferre. *c. ſæpe Principis. c. his à quibus. 23. q. 8. c. Epiſcopus extr. ne cleric. vel. monach. ſec. neg. in ſext. c clericis. c. ſententiam. extr. eod.* Nec verè nec jocoſè pugnare. *c. quicunque clericus. 23. q. 8. c. in audientia. extr. d. ſent. excomm.* nec arma portare debent. *c. clerici. extr. d. vit. & honeſt. cleric. c. Maximianus. 23. q. 3. c. clerici & c. ſeq. 23. q. 8.* Nam, non pila quærunt ferrea, non arma Chriſti milites. *c. non pila 23. q. 8.* Clericus enim arma portans ipſo jure amittit omnia privilegia clericalia *c. in. audien-*

tia

tia. extr. d. ſent. excomm. c. ex literis. extr. d. vit. & honeſt. cleric. vel proprii gradus amiſſione mulctabitur. *c. quicunque. 23. q. 8.* vel ipſo facto excommunicabitur. *dict. c. clerici. extr. d. vit. & honeſt. cleric. dict. c. Maximianus. 23. q. 3.* Debent enim clerici exemplum Chriſti imitari: qui in Ægyptum ab Herodis metu fugiens, & lapidibus Judæorum cedens, non arma armis, ſed fugam perſequentibus docuit opponi. *c. noſtri. c. pro membris. & ſeqq. & in pr. 23. q. 3.* Et decet Eccleſiam cum à paganorum & incredulorum furore impugnatur, corporalia neſcire arma; ſed ſolum dominum & propugnatorem ſuum, quando ei placuerit miſereri, patienter expectare. *c. porro. 16. q. 3. Luc. d. penn. ad rubr, Cod. ut armor. uſus inſcio princip. interdict. ſit. lib. 11.* Quia ſacerdotis munimenta ſunt dolor, fletus, orationes, lachrymæ, non arma ferrea. *d. c. non pila. 23. q. 8. c. cum Judæis. dict. 23. q. 1.* Et armorum loco ſemper pſalterium in manibus gerat. *c. nunquam. in pr. Diſt. 5. d. conſecr.* Orationibus etiam lectionibus & prædicationibus intentus ſit. *c. Epiſcopus nullam. Diſt. 88. c. Epiſcopi. 3. q. 1.* Cum enim clerici ad regimen animarum ſint aſſumpti, in ſcripturis eos eſſe doctos & verſatos oportet. *Diſt. 19. per tot. c. ideo prohibetur. §. ut. itaque. Diſt. 47.* Ut melius die ac nocte cæleſtibus rebus & ſpiritualibus inſerviant, literarum non armorum ſtudio intenti eſſe debent. *c. ſi vive. 16, q. 1. c. ſicut & duob. capp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſeqq. Diſt. 38. Quò horas diurnas ac nocturnas precibus devotè expleant. *c. Eleutherius. Diſt. 91.* Paſtoris enim vel Epiſcopi officium eſt, docere populum ſacram ſcripturam, non grammaticam vel Philoſophiam. *c. cum multa. Diſt. 86.* multo minus res bellicas. *arg. c. ignorantia. Diſt. 38.* vel lites ac rixas. *arg. c. te quidem. 11. q. 1. Diſt. 46. per tot.* Epiſcopum verè fidei meritis reſplendere, non verò ſecularibus ac bellicis curis ſe onerare oportet. *c. Epiſcopus. Diſt. 41. c. vaſa. diſt. 1. d. conſecr. c. quo auſu. 23. q. 2.* Si itaque Paſtor vel Epiſcopus irreprehenſibiliter vivere velit, omnes vitæ hujus occupationes curasque ſeculares abjiciat, ne impedimentis vel curis negotiorum, præfocatus, Dei verbo non poſſit vacare. *c. te quidem 11. q. 1. c. denique. 14. q. 5. c. 1. 15. q. 2.* Nam inter Epiſcopum & Eccleſiam eſt ſpirituale matrimonium *c. ſicut alterius. 7. q. 1.* non verò inter Epiſcopum & Rempublicam. *arg. c. ſed nec. extr. ne cleric. vel monach. ſecul. negot. c. de præſentium. 16. q. 1. c. ſalvator. 1. q. 3.* Imò opprobrium eſt Clericis, ſe peritos oſtendere velle rerum forenſium, & earum, quæ curam & adminiſtrationem Reipublicæ ſpectare videntur. *l. placet. 17. l. repetita. 41. verſ. abſurdum. Cod. d. Epiſcop. & cleric. l. decernimus. 26. Cod. cod. Novell. 123. cap. 6. l. conſulta divalia. 23. Cod. d. teſtam. c. Epiſcopus. extr. ne cleric. vel monac. neg. ſec. in 6. c. cum ad verum. Diſt. 96. c. ſacerdotibus. c. ſed nec procurationes. &*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tot. tit. extr. ne cleric. vel monach. neg. ſec. d. c. te quidem. 11. q. 1. d. c. denique. 14. q. 5. c. d. præſentium. 16. q. 1. c. Epiſcopus. c. perlatum. & capp. ſeqq. Diſt. 88. c. clericus. 21. q. 1. c. credo. 21. q. 3. c. placuit. & capp. ſeqq. eod. c. ſacerdotes. Diſt. 49. c. quicunque. c. clerici. & capp. ſeqq. 23. q. 8. c. ideò prohibetur. Diſt. 47. canon. ſanct. & venerab. Epiſcop. 80. & 82. Novell. Leon. 86. Nam quod à clerico ad officia ſecularia, confertur, hoc religionis cultui detrahitur ac aufertur. Hæc enim vera ſacerdotis eſt fuga, abdicatio rerum ſecularium ac profanarum, & alienatio domeſticorum & chariſſimorum: Ut ſuis ſe abnieget, qui ſervire Deo elegerit. *c. cui portio.* 12. *q.* 1. Adminiſtrationem quippe humanarum legum & ſeculi, Deus diſtribuit per principes & Reges, non per Pontifices & clericos. *c. quoniam. Diſt. 8. c. ſi imperator. c. duo ſunt. Diſt. 96.*

Cum itaque non ſolum jus civile, verum etiam canones ipſi tantum urgeant, ut perſonæ Eccleſiaſticæ ſe abſtineant à civilibus negotiis, neque, in munus aliquod politicum ſe ingerant, vel officiis ſecularibus immiſceant, propterea nullo penitus jure Pontifex Romanus, regnorum ac rerumpublicarum regimen & adminiſtrationem ſibi attribuit, procul enim hæc ab ipſius officio abſunt; ad ipſum quippe ſpectat Eccleſiæ non Reipublicæ cura; ſibique caveat Romanus ille paſtor, cum ſe civilibus immiſcet, ne in propriam ſuam excom-

municationis ſententiam incurrat. *arg. c. clerici. extr. d. vit. & honeſt. Cleric. c. Clericis. in fin. extr. ne Cleric. vel monach. negot ſecul.* Vel ſaltem eam ob cauſam ſolio pontificio privetur ac ab officio deponatur. *c. quicunque. 23. q. 8. c. in audientia. extr. de ſentent. excommunic. c. ſed nec. extr. ne cleric. vel monach. negot. ſecul. & tot. tit. eod. c. ex literis. extr. d. vit. & honeſt. cleric.* Quam etenim ſententiam in aliis perſonis Eccleſiaſticis æquam juſtamquè ipſe judicavit, in ſuâ quoque perſonâ ſine omni exceptione valere patietur. *l. 1. & tot. tit. ff. quod quiſq. jur. in alter. ſtat.* Nam æquè ille perſona Eccleſiaſtica eſt, ac alius clericus. *c. duo ſunt. 12. q. 1. c. Conſtantinopolitana. c. definimus. Diſt. 22. c. renovantes. eod.* Quæ ſententia, quamvis hâc ratione ei dura videatur, lex tamen & canones ita volunt. *arg. l. proſpexit. 12. ff. qui & à quib. manumiſſ. liber.* Melius itaque ſibi ſuoque officio Romani præſules conſulerent, ſi politiam intactam relinquerent, ac potius ea, quæ eorundem functionem & vocationem propriè ſpectarent, diligentius curarent. Melius quoque cum illis, alii quidam Ecceleſiaſtici, ſibi ac ſuæ vocationi proſpicerent & ſatisfacerent, ſi minus régimini politico, moleſtiis ſecularibus, rebuſque ad curam reipublicæ pertinentibus ſeſe involuerent; nec enim eorundem vel vocatio vel officii ratio ſuadet, ut ubicúnque de rebus civilibus & forenſibus agitur, mox illorum adſint vota, mox illi ſe primipilos exhibeant, & tanquam rerum politi-

carum

arum peritiſſimos oſtentent: ſcioli illi ſunt, c procul à ſuâ vocatione aberrantes; aliud uippe eorundem monet & jubet officium, doente Chriſto, *Matth. 18. verſ. 19. 20. &* *aul. 1. Cor. 11. v. 23. Epheſ. 1. v. 15. 16. 17. r 3. verſ. 14. & paſſ. alib.* Cogitare quoque eberent hoc magis in eorundem dedecus & nominiam cedere, quod rerum forenſium eritiam venditent, id enim apertè affirmat mperator juſtinianus, *Novell. 123. cap. 6.* & mperator Juſtinus, *l. conſulta divalia. 23. od. d. teſtament.* Abſurdum etiam hoc eſſe cit idem Juſtinus, *l. repetita. 41. Cod. d. piſcop. & Cleric.* Et ne ſe tales perſonæ negos ſecularibus implicent præcipit Paulus, 2. *imoth. 2. verſ. 4.*

Concludimus itaque ex dictis Romanum ontificem, non eſſe perſonam idoneam in iam tam largæ poſſeſſiones conferri poſſent, iique in regna & principatus dominaretur, m perſonæ & officii qualitas penitus hoc imdiat, ſuam Eccleſiam ille cuſtodiat, principtus verò & regna civili Majeſtati gubernandæ genda & adminiſtranda relinquat, nec amplius des extra vocationis ſuæ metam ponat. *Friric. d. caſtr. d. poteſt. ſecul. & Eccleſ. arg. c. ando c. principes. 25. q. 5. c. peccat. eod. c. aximinianus. c. noſtri 23. q. 3. c. nimium. 23. 4. arg. c. te quidem. 11. q. 1. c. denique. c. benè c. nam. teſt. 96. c. ab Imperatoribus. 23. q. 3. c. inam dict. diſt. 96. c. dominus. 24. q. 2. junct. c. circ. princip. eod. c. præcipimus. Diſt. 90. c.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

novit. extr. d. Iudic. c. pervenit. 11. q. 1. c. cauſam quæ inter. extr. qui fil. ſint legit. &c.

CAP. XVIII.

Pontificum Romanorum ſæva & crudelis in Reges & Principes uſurpata tyrannis, & eorundem concalcatæ majeſtatis crimen, detegitur.

PEr CXV. annos, ut Paterculus ſcribit, aut bellum inter populum Romanum & Carthaginienſem, aut belli præparatio aut infida pax fuit. Neque ſe Roma jam terrarum orbe ſuperato, ſecuram ſperavit fore, ſi nomen uſquam ſtantis maneret Carthaginis, adeo odium certaminibus ortum, ultra metum durat, & ne invictis quidem deponitur, neque ante inviſum eſſe deſinit, quam eſſe deſiit. *Hæc ille.* Quæ ſcitè admodum magna ex parte accomodari poſſunt ad Pontifices ac ſupremam Majeſtatam politicam, hoc nomine complector omnes univerſi Chriſtiani orbis Reges & Principes; inter illos enim tanto temporis tractu, aut bellum aut belli præparatio aut infida pax fuit: neque ſe Romanus Pontifex etiam toto reliquo orbe ſibi acquiſito, tutum ſecurumque confidit fore, ſi unquam nomen Majeſtatis Imperatoriæ ac Regiæ audiatur, illarumque authoritas ac ſuprema in ſecularibus poteſtas & dominium illæſum maneat, nec odium ejus in Maje-

ajeſtatam politicam conceptum ante deſitu-
m videtur, quam Imperatores & Reges ipſi
ſe deſierint. Atque hæc ita vera eſſe, veréque
ci, cum ſuperioris ſeculi, tum hujus ætatis
iſtoriæ luculenter teſtantur. Ita enim ſuperbè
eges & Principes Europæos hactenus con-
mpſit, ut eoſdam non tantum pro vaſallis,
feudatariis ſuis, verum etiam pro viliſſimis
rvis & abjectiſſimis mancipiis habuerit; ita
ſi quis teſtimonia locaque omnia, in quibus
ontifex faſtuoſis titulis intumeſcit, & Regum
pitibus inſultat, congerere & annotare vel-
:, is quidam in re vulgari omnibuſque notâ
uſtra diligens ſeduluſque eſſet. Ex innumeris
uca hæc ſufficiant: Cum enim Henricus IV.
ui à quibuſdam V. dicitur, ad Papam Cele-
num III. veniſſet, utque coronatus Papæ
dibus advolutus eſſet, quid Celeſtinus ege-
:, nos ſatis docet Baronius, qui ad annum
191. Hæc citat ex Annalibus Rogerii. *Do-
inus Papa*, inquit, *ſtatim percuſſit cum pede
ronam Imperatoris, & dejecit eam in terram,
gnificans, quod ipſe poteſtatem ejiciendi eum ab
perio habet, ſi ille demeruerit.* En ſervi ſer-
orum ingenuam ſimplicitatem, en benignita-
m Epiſcopalem, en humilitatem Apoſtoli-
m. Nec multo mitiora ſunt quæ Fridericus
nobardus ſeu ut alii Barbaroſſa, à Pontifici-
us pertulit; ejus coronatio referente Hel-
oldo *cap. 81. libr. 1. hiſtor. Slavonic.* ſic facta
t: *Veniente Hadriano Papa in caſtra, Rex
ſtinans occurrit, & deſcendenti de equo ſtre-*

pam tenuit, duxitque eum per manum in tentorium, facto autem ſilentio locutus eſt dominus Bavenbergenſis Epiſcopus. Summa orationis erat petitio coronæ Imperialis per manus Papæ. *Adhæc dominus Papa reſpondit, verba ſunt frater quæ loqueris: dicis Principem tuum condignum B. Petro exhibuiſſe honorem & reverentiam. Sed beatus Petrus magis videtur inhonoratus: denique dum dextram deberet tenere ſtrepam, tenuit ſiniſtram. Hæc cum per interpretem Regi nunciata eſſent, humiliter ait. Dicite ei quia defectus hic non fuit devotionis ſed ſcientiæ. Non enim tenendis ſtrepis magnoperè ſtudium dedi: enimverò ipſe primus eſt, cui tale obſequium dependi. Cui dominus Papa, ſi quod facilimum fuit, propter ignorantiam neglexit, qualiter putatis expediet maxima? Tum Rex aliquantiſper motus, vellem melius inſtrui unde mos iſte inoleverit ex benevolentiâ, an ex debito? Diu itaque atque acriter diſputatum eſt. Poſtremò diſceſſerunt ab invicem ſine oſculo pacis. Timentes ergo illi qui columnæ regni eſſe videbantur, ne fortè rebus inactis fruſtra laboraſſent, multâ perſuaſione evicerunt cor Regis, ut dominum Papam revocaret in caſtra, quem redeuntem ſuſcepit Rex integrato officio. Omnibus autem exhilaratis & conventioni adgaudentibus, dixit dominus Papa, adhuc supereſt, quod facere debeat Princeps veſter: requirat. B. Pet. Apuliam, quā Wilhelmus Siculus per vim poſſidet. Quo facto veniat ad nos coronandus.* Miſerrimam vel potius fatalem Chriſtiano orbi principum illius ævi vecordiam, ac Pontificum auda-

em impudentiam! Hæc eſt Pontificis paterna haritas tantum Imperatorem rejicientis, quod niſtram ſtrepam tenuiſſet. Audebat enim ſuerbientis ille Luciferi filius, in tantum Impetorem & quidem à tot tantiſque ſvirtutibus ommendatum, ut idem author dicere non ſit eritus: *quod ſapientiâ & fortitudine invaluerit per omnes inhabitantes terram.* tam nefanda ntare. *Vid. Helmold. lib. 1. Hiſtor. Slavonie. p. 73. Naucler. generat. 39. Barn. d. vit. Pon- Ottho Friſing. d. geſt. Frideric. 1. lib. 2. cap. Baron. Ann. 1155. art. 8. & ſeqq. Anton. ex hann. ſariburienſ. & Helinand. part. 2. tit. 7. cap. 1. §. 9.* Immane & horrendum eſt Alendri III. factum; qui cum vehementius in ndē Fridericum Barbaroſſam debaccharetur, ndem convenerat, quo melius lites inter rumque exortæ componerentur, ut certus elieretur locus, qui colloquio & ſacramentis prændis aptus videretur. Venetiis illum fore nclusum, *& ibi*, inquit Sigonius, *ad Baſilim adventanti Alexandro, Fridericus obviam tra baſilicam prodiit: à dextrâ receptum, in m introduxit, & perfectis ſacris, ad fores proſetus, equum aſcendenti ſtrepam tenuit, atque omnem honorem & reverentiam habuit.* Cætepræ pudore addere non eſt auſus, ſcilicet ndem Alexandrum, aſtante magnâ Cardilium & Epiſcoporum copiâ, & univerſo polo vidente & circumſtante, juſſiſſe, ut nperator Fridericus ad ipſius pedes proatus ac ſupplex veniam ab ipſo deprecaretur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

quod ubi factum erat, tum Papa, pede altero ſublato & collo proſtrati Imperatoris ſuper gradibus templi S. Marci impoſito, dixit: *ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis & conculcabis leonem & draconem*: cum verò illi Fridericus: *non tibi ſed Petro cujus ſucceſſor es, pareo.* Pontificem reſpondiſſe: *& mihi & Petro.* Veluti clarè teſtantur, *Naucler. 2. vol. generat. 40. Jacob. Bergomenſ. in ſupplement. Chronic. ad ann. 1160. Petr. Juſtinian. lib. 2. rer. venet. Papir. Maſſo. lib. 5. d. Epiſcop. urb. Azor. Jeſuita Inſtit. mora. part. 2. lib. 5. cap. 43. Hieronim Bard. in victor. naval. Sabellic. lib. 7. decad. 1. d. reb. venet. Chronic. codex Cardinal. Beſſarionis aſſervatus in bibliotheca veneta pluteo 17. citatus ab Hieron. Bard. in vict. naval. p. 140. & 141. ap. Baron. ann. 1176. art. 2. & 5. Baron. ann. 1176. art. 86. Sigon. de regn. Ital. lib. 14. Alphonſ. Ciaccon. d. vit. Pontific. in Alexand. III.* Mirum propterea eſt quoſdam Pontificnm adulatores factum hoc negare, cum pluſquam tyrannicum eſſe videant, & tamen Hiſtoria Veneta ac tot tantique authores contrarium probent, imò ipſi etiam Jeſuitæ cum ſuo Baronio, Hiſtoriam eandem & approbant & triumphantes veram eſſe affirmant. Quin etiam adhuc hodiè, eadem Hiſtoria Venetiis in atrio Scrutinii & magni conſilii picta invenitur, cum toto illo inter Alexandrum & Fridericum actu, quam & nos toties ibi vidimus. Porrò & Romæ in palatio Vaticano, in atrio ſacelli Pontificis, ubi ordinariè Cardinalium collegio cum ſuo Papa congregato,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

gregato, veſpertinæ audiri ac celebrari ſolent; in eodem, inquam, non procul à januâ ad ſcalas verſâ, etiam ſimilis pictura eundem ſuperbiæ papalis actum repræſentans cernitur, hoc modo: Pontifex in ſuâ ſede pontificali, eſt collocatus, ad ejus verò pedes nudato etiam capite, proſtratus eſt Imp. Fridericus, à tergo Pontificis ſatelles unus Imperatorem inſpiciens, & quaſi per contemptum ſubridens, ejuſque coronam in ſuâ manu tenens conſpicitur, pes verò Pontificis ad collum Friderici poſitus eſt; ſceptra autem Imperatoria conculcata jacent. Quam tabulam cum & ipſe inſpicerem ac ibi picta delinearem, obſtupui ac impudentem Pontificum audaciam non ſine admiratione notavi, ſcilicet, quod ipſos nefariè, impiè ac pluſquam audacter factorum non diſpuderet. Non enim talia ab ipſis patrata eſſe ſufficiebat; verum etiam eadem in publico loco, veluti certiſſima ſuæ audaciæ, ſuperbiæ, ac iniquiſſimæ tyrannidis documenta, proponi & ab omnibus notari voluerunt. Majus certè conculcatæ Majeſtatis medium, nec Nero, nec alius quiſpiam, etiam perditiſſimus tyrannus, excogitare potuit, quam Alexander ipſe hic invenit. Nunquam tamen memini me legiſſe, vel Chriſtum, cujus ſe vicarium; vel Petrum, cujus ſe ſucceſſorem, Pontifex gloriatur, ſuo exemplo quiſpiam id docuiſſe, quod Alexander in hoc miſero Imp. Friderico exercuit. Sed nec mitius faſtuoſa hæc bellua cum Henrico ſecundo Angliæ Rege egit, cum enim Thomas Cantuarienſis

rienſis Archiepiſcopus, Rege à regno abſente clam fuiſſet occiſus, culpam Pontifex omnem in Regem derivavit, illumque excommunicavit, qui cum abſolutionem peteret, ſententiæ Alexandri parere primum cogebatur; ſcilicet, *ut carnem ſuam nudam diſciplina virgarum ſupponeret, & à ſingulis viris religioſis, quorum multitudo magna convenerat, ictus ternos vel quinos in ſuo tergo reciperet.* Quòd miſerrimus Rex pharmacis illis Pontificis perditè faſcinatus ſubiit. Neque etiam adhuc Papæ ſatisfactum; nam inſuper juſſit Regem mittere in Paleſtinam ducentorum militum manum, & deinceps pati, ut Angli qui in Anglia cauſâ cecidiſſent, poſſent Romam provocare. *Matth. Pariſ. in Henric. II.* Quam Regis patientiam, *Machiavellus lib. 1. Hiſtor. Florent.* ſic miratur, ut magis irrideat his verbis: *Le quali coſe furono dà Henrico accettate, & ſottomoſſoſi, à quel giudicio un tanto Rè, à che Hoggi un huomo privato vergognarebbe à ſottomerſi. id eſt: Et his quidem Henricus aſſenſus eſt, ſubjecitque ſe Rex tantus iſti judicio, cujus hodiè puderet privatum.* Nefandum certè & crudeliſſimum ſcelus, quod Papa carnificinam quoque hic exercere voluerit, quis meritò hic ſortem illius Regis non deploraret, ejuſque mentis cæcitatam, quod beſtiæ cuidam & omni ratione exuto ſeſe ſubjecerit? Nullum quoque certius conculcatæ majeſtatis teſtimonium, majori cum tyrannide conjunctum, hoc ipſo dari unquam potuit, nempè Regem ab ipſo Deo regni populique regimini præpoſitum ac genti-

entium jure in regno ſummum, viliſſimâ, nfami, ac crudeliſſimâ pænâ affici, & abjectiſſmo contra omne jus & fas ſupplicio à cuculatorum mandrâ & inutilibus illis terræ ponderibus coërceri. Miror ſanè & maximoperè miror uod ſcholæ pontificiæ addictos non pudeat, alia exempla proferre, ad Papæ potentiam & uthoritatem probandam, cum iiſdem potius lum crudelem carnificem, quam ſummum Ecleſiæ præſidem eſſe probent ac demonſtrent, eſſimè itaque facit Baronius, cum ad *ann. 1169. art.* 11. Hanc Hiſtoriam refert, tandem adjungit, quendam legatum Pontificium Graanum, Regi Angliæ hæc dixiſſe verba: *Domine, noli mirari; nos enim nullas minas timemus, quia de tali curiâ ſumus, quæ conſuevit mperare Regibus & Imperatoribus.* Quæ maiſculis literis ut inſigne ac notabile quoddam pophtegma exarari voluit. Ex multis hæc auca nobis pro re natâ ſufficiant.

Si verò quis ulteriorem ac pleniorem beninitatis & humanitatis Pontificum erga Imeratores & Reges notitiam deſiderat, librum crarum cæremoniarum, ſeu rituum Eccleaſticorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, adeat, x eodem nos pauca ſaltem proferemus. *Libr.* 1. *t. 5. §. quomodo Papa excipit Imperatorem ad culum pedis ſupra gradus.* Poſtquam enim deripſit ibi *Chriſt. Marcell.* ingreſſum Cæſaris urbem, ordinem illi obviam eundi ac orinem urbem intrandi in dicto §. hæc addit: *plano*, inquit, *ſupra gradus baſilicæ ante pri-*

mam

mam porticum ad dextram aſcendentibus, erigitur ſuggeſtus ornatus cum throno pontificali & ſedibus Cardinalium, prælatorum, & officialium. Supra quem ſuggeſtum Pontifex pluviali & mitrâ precioſis indutus, aſcendit cum ordinibus curiæ paulo antequam Cæſar appareat. Electus Imperator cum ſuis omnibus ſervato ordine, ut equum deſcendit, per gradus aſcendit ſuggeſtum. Et ut primum Pontificem videt, detecto capite, illum, genu tangens terram, veneratur; Et iterum cum appropinquat ad gradus ſedis, genu flectit, demum ad Pontificis pedes pervenit, illos in reverentiam Salvatoris devotè oſculatur. Pontifex hilari vultu Cæſarem aſpiciens ad oſculum manus & oris recipit. Tum Cæſar iterum genu flexus auri maſſam ad pedes Pontificis offert; habetque verba ad Pontificem, gratias agens pro honore ſuſcepto. Et parum infra. *Et ſtante ibi ad dextram Pontificis, Cæſare, Pontifex recipit Imperatricem ad oſculum pedis & manus. Regem verò, ſi quis adeſt, ad oſculum pedis, manus & oris, alios autem prælatos, proceres & nobiles Cæſaris, ad oſculum pedis tantùm. His finitis ſurgit Pontifex, & manu ſiniſtrâ Cæſarem capiens è ſuggeſtu deſcendit, & pariter ad ſecundam uſque Eccleſiæ porticum cum eo progreditur. Deinde Pontifex palatium aſcendit ad cameram ſuam reverſurus, & Cæſar duobus aut quatuor Cardinalibus ſociatus, templum ingreditur, Apoſtolorum ſacras reliquias cum ſuis omnibus veneraturus.* Et infra interjectis quibuſdam §§. eodem libro & titulo, §, *Proceſſio Pontificis & Cæſaris*

per

er urbem. Hæc habentur: *Cum Cæſar ad ſi-*
em graduum pervenerit, traditis ſceptro & po-
no uni ex ſuis, pervenit ad equum Pontificis, &
n honorem Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, cujus
vices Pontifex in terris gerit, tenet ſtapham donec
Pontifex equum aſcenderit. Et deinde accepto
qui freno per aliquot paſſus ducit equum Ponti-
cis. Pontifex, dum imperator hæc humilita-
is officia vult exhibere, debet aliquantulum mode-
lè recuſare, & tandem cum aliquibus bonis
verbis honorem non in ſuum, ſed illius cujus locum,
enet recipiendo, permittit illum aliquantulum
rogredi, &c. Si tamen hæc eſt paſtoralis hu-
nilitas, & erga Cæſarem Regeſque humani-
as ac modeſtia, lubens fatebor ego, me
eſcire quid ſit Luciferi ſuperbia & arrogantia,
c furioſa impudentia & tyrannis, cum nec ita
uidem maximus Regum vel Imperatorum
Chriſtianorum viliſſimum & abjectiſſimum
ervum vel mancipium exciperet. Neque ta-
nen civiliora ſunt quæ in eodem libro primo
t titulo ſecundo, §. *ordo proceſſionis ad Latera-*
um. leguntur. *Cum Papa per ſcalam quam*
uperius diximus, aſcendit equum major princeps
ui præſens adeſt, etiam ſi Rex eſſet aut Impera-
r, ſtapham equi papalis tenet, & deinde ducit
quum per frænum aliquantulum. Si Imperator
el Rex ſoli eſſent, id eſt, ſi non adeſſet alius Rex,
li equum ducerent cum dextrâ manu. Sin verò
ſet alius Rex, dignior à dextrâ, alius à ſiniſtrâ
ænum teneret. Si verò ſunt Reges duo, dignio-
s plures ducant equum. Et poſtquam Impera-
tor,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tor, Rex, ſive alius magnus Princeps, aliquantulum equum duxerit, ſubſtituantur alii duo magni nobiles eorum loco & mutentur. Si verò Pontifex non equo ſed ſella veheretur, quatuor majores Principes, etiamſi inter eos Imperator, Rex aut quivis maximus Princeps adeſſet, in honorem ſalvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſellam ipſam cum Pontifice humeris ſuis portare aliquantulum debent. Et libro primo *tit. 3. §. de prima lotione manuum, &c.* Hæc notanda inveniuntur. *Pontifex remotâ prius menſâ ſuâ ad partem, ſedeat in ſede cum mitrâ, & mantum poſt collum aptetur, ut nihil ante pectus dependeat, Cardinales Principes, & prælati, & alii convivæ ſtent ante menſas paratas. Nobilior laicus etiam Imperator, aut Rex aquam ad lavandas Pontificis manus, primò ferat hoc ordine: Magiſter ſacri hoſpitii cum clerico ceremoniarum, quem adeſſe oportet in ordinandis his rebus omnibus, cum ſervientibus armorum. Et ſi Imperator aut Rex aquam ferre debet, cum aliquibus etiam Principibus ſociatus; Imperatorem aut Regem ad credentiam ducit.* Et paulo poſt: *Dum Papa lavat manus non Prælati, ſed laici omnes etiam Imperator & Rex, genu flectunt.* Et ejuſdem libri ejuſdemque tituli §. *De ordine & modo portandi fercula*, rurſus hæc habentur: *Primum ferculum portabit nobilis Princeps, ſive Imperator, ſive Rex ſit.* Et parum infra: *Et notandum quod Imperator, Rex ſeu maximus Princeps, capit ferculum quod portare debet ad Pontificem extra portam aulæ convivii, ab aliquo familiari Pon-*

tificis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tificis illuc apportatum, alii inferiores, pro ferculo ad coquinam vadunt, &c. Et infra, quæ quidem fercula ad Pontificem & Imperatorem tantùm cooperta portari debent, aliis autem, etiam Regibus, detecta. Et dicto §. de prima lotione, circa finem Domini Cardinales laventur ſtantes ante menſas cum mitris in capite, poſt eos laventur prælati, ſtantes ſine mitris, & ſeculares, ſi qui ſunt, etiam Reges, detectis capitibus ſtabunt ante menſas lavantes eo ordine, quo ſedere debent in menſa. Prior Epiſcoporum in capite ad dextram, ſi aderit Rex aliquis erit in ſecundo loco, ſi plures Reges, mixti erunt cum primis Cardinalibus, &c. Et paulo infra, in fine §. De quatuor Patriarchis. Ne aliquis per nomen Imperatoris erret, ſubjungit: Quod autem de Imperatore dicimus, intelligimus de Imperatore Romanorum, non autem Græcorum, nam ille ut Rex tractatur. Et eodem libro 1. tit. 13. in princ. d. recept. princip. Hæc leguntur: Diaconi qui prævenerant Cæſarem apud Faldiſtorium orantem expectantes, illum finitâ oratione ad Pontificem deducent, qui ut Pontificem viderit, terram genu tanget, illumque venerabitur, & propius accedens idem faciet, aſcendens deinde ad ſolium, in terram pronus Pontificis pedes oſculabitur, deinde manum, &c. Eodem quoque libro tit. 13. §. de receptione Regis venientis ad urbem. Circa finem ſubnectuntur hæc de Regibus: Deinde Rex medius inter duos antiquiores diaconos, & poſt eum ſex aut octo prælati prædicti. Rex ter genu flectet in

conſpectu

conſpectu Pontificis, duo presbyteri Cardinales præcedentes facient reverentiam Pontifici, & expectabunt ibi ſtantes ante Pontificem, deinde aſcendet primus diaconus, & poſt eum Rex; qui genu flexus oſculatur pedem Sanctiſſimi Domini noſtri, &c. Perditiſſimam ac furioſam impudentiſſimi monachi ſuperbiam, qui Imperatores ac Reges, ſuos pediſſequos, famulos, ſtratores facit, qui ab Imperatore & Rege equum ſibi duci, ſtapham teneri, aquam genu flexo adminiſtrari, deſiderat & optat. Neminem certè cordatum inveniri putarem, cui hæc ſuperbientis Luciferi impudentia ac Romani Tyranni ſuperbia ſtomachum non moveat; neminem quoque tam cæcum & ab omni rationis uſu nudatum crederem, qui ejus faſtum & ſummam in hiſce inſolentiam non videat & notet. Et quamvis in Chriſti ſalvatoris honorem talia fieri dicat, ejus tamen prætendit nomen ut ſibi fiant; Chriſtus enim ubique talem averſatus eſt honorem. Scitis, *inquit*, Principes gentium in eos dominari, & qui magni ſunt, poteſtatam in illos exercere, verum non ita erit inter vos: ſed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, ſit veſter miniſter, & quicunque voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter miniſter, ſicut filius hominis non venit ut ſibi miniſtraretur, ſed ut miniſtraret. *Matth. 20. v. 25. 26. 27. Marc. 14. v. 42. Luc. 22. verſ. 26.* Chriſtus quoque ſe exinanivit formâ ſervi aſſumptâ ſimilis hominibus factus, & habitu compertus ut homo: Ipſe ſe ſub-

ſubmiſit factus obediens uſque ad mortem. *Philipp. 2. v. 7. 8.* Qui in medio ſuorum eſt et qui miniſtrat. *Luc. 22. v. 27.* Chriſti autem Vicarius Pontifex Romanus, non ſolum miniſtrari vult, & ab aliis, ſibi famulatus officia offerri, verum etiam ab Imperatoribus, Regibus & principibus, eadem, & quidem ter genu flexo, & ore illorum ad pedes ejus admoto, exhiberi, præcipit. Et quamvis Paulus in nomine Jeſu omne genu flecti dicat, *Philipp. 2. 10. Rom. 14. 11.* Pontifex tamē etiam in nomine ſuo id fieri debere ait, ut ex ſuperioribus patebat. Quam Pontificum ſuperbiam & faſtum etiam saniores Canoniſtæ penitus averſantur. *Cardinal. Zabarell. in tract. d. ſchiſm. ſcribit:* Conſiderandum eſt de honorificentiâ faciendâ Papæ, ne in eâ excedatur modus, ut non videatur magis honorari Papa quàm Deus. Ita enim honorandus eſt ut non adoretur, quod de ſe fieri paſſus non fuit B. Petrus, de quo legitur, *Actor. 10. v. 25. 26.* Quod Cornelius procidens ante pedes ejus adoravit eum: Petrus verò elevavit eum dicens, Surge: Ego ipſe homo ſum, ſicut & tu. Quem citat *Franciſc. Hotom. in fulmin. brut. cap. 9.* Conſenſum quoque ſuum addit *Joh. Fab. in Præfat. Inſtit.* Papa, *inquit*, in verbis ſe dicit ſervum ſervorum, de facto tamen ſe adorari permittit, quod Angelus in Apocalypſi refugit. *Hæc Faber.* A Chriſto itaque vel à Petro hæc ſuæ ſuperbiæ & faſtus præcepta non habet. Steuchus propterea morem illum, ad tempora Conſtantini, ex quibus

ferè

ferè omnia Pontificum profluunt mendacia, refert. Ita enim ille *lib. 2. cap. 66. pag. 134.* ſcribit: *Illa quoque edicti pars, quâ magnus Imperator*, Conſtantinum intelligit, *prædicat ſe frenum equi Sylveſtri Papæ Romani tenuiſſe, equumque duxiſſe (in quo noſcitur pedum deoſculatio) probatur vera eſſe, quod ſucceſſores Imperatores non multo poſt tempore ſimilia fecerunt. Nam ingrediente Pontifice Romano Conſtantinapolim, Juſtinianus cum regno in capite ſeſe proſtravit, & pedes oſculatus Pontificis. Item cum Stephanus Pontifex, proficiſceretur ad Francorum Regem Pipinum, audiens etiam Rex ejuſdem adventum, nimis feſtinanter in ejus advenit occurſum: una cum conjuge & filiis & primatibus, & ferè ad centum milliaria filium ſuum Carolum ei miſit cum aliquibus optimatibus. Ipſe quoque in palatio quod dicitur Pontione, ferè ad terium milliarium ſpatium, deſcendens de equo ſuo, cum magnâ humilitate, terræ proſtratus, una cum conjuge & filiis, & optimatibus eundem ſuſcepit Pontificem, cui, & vice ſtratoris, uſque in aliquantulum locum, juxta ejus ſellam properavit, & cum gloriâ ad ejus palatium duxit.* Qualia quoque refert *Plat. in vit. Steph.*

II. Approbat itaque hiſce Steuchus perditam illam Pontificum ambitionem & faſtum; interim ſine ejus approbatione, proh dolor! vero verius eſt, quoſdam fuiſſe Principes tam vecordes & obcæcatos, quorum alii vanæ falſæq; religionis caligine ſeducti, alii fulminum Pontificiorum terrore circumventi, qui hoc pati co-

act

ti ſunt. Satis etiam notum Carolum V. in cla-
ſſimâ populi luce, ac maximo principum illu-
rium conſeſſu ipſius Pauli III. Pontificis
omani pedes humili habitu & ultra ſervilem
odum, exoſculatum fuiſſe, tam Romæ, quam
ononiæ, & demum etiam Maſſiliæ, ubi cum
ſo, Reges Francorum & Navarræ, Duces
llobrogum, Florentinorum, Ferrarienſium,
ullionum, &c. idem præſtiterant. Hoc
ſum etiam, abjectiori tamen modo exequi
actus erat Franciſcus Dandalus Venetorum
ux, cum enim Clemens V. Venetos quod
errariam cepiſſent, diris devoviſſet, prædæ
xpoſuiſſet, ac pro mancipiis haberi voluiſſet,
on prius eos abſolvere voluit, antequam præ-
ictus Dux, eorum Legatus ad ejus pedes
ervolutus, ferreâ catenâ collum revinctus,
iſtar canis ſub ejus menſâ jacuiſſet, unde
t ei *CANIS* cognomentum apud ſuos. *Plat.*
vit. Clement. V. Joann. Bodin. d. Repub.
b. 1. n. 138.

Hæc inquam quamvis vera ſint, errorem
amen, Pontificum non excuſant, aſt potius
orundem faſtum, ambitionem & ſuperbiam
anifeſtò & re ipſâ probant & incuſant, cum
li talia ſibi præſtari paſſi ſint, imò & minis
& excommunicationibus Principes ad illa abje-
tiſſima ſervitia ſibi offerenda compulerint.
Hâc enim ratione illi apertè ac clarè ſatis de-
monſtrant, ſe, veſtigia Chriſti & Petri mini-
mè imitari. Faſtuoſa potius illa à priſcis Ro-
manorum Imperatoribus etiam Ethnicis dedi-
cerunt.

runt. Nam præter illa quæ Hiſtoriæ nobis de Cajo Caligula, Auguſto, aliiſque ejuſdem faſtus & ſuperbiæ excultoribus ſuppeditant, infinita in jure civili occurrunt loca, ex quibus manifeſtum eſt Romanos Imperatores conſilio inconſulto divinos ſibi honores arrogaſſe. Nam omnia quæcunque gererent, pro ſacris habere voluerunt. Itaque paſſim legimus dici, ſacras aures Principis: ſacra oracula: ſacros effatus divinæ ſanctionis: ſacrum Numinis conſiſtorium: divinas ſubnotationes: ſacras litteras: Cæleſtia ſtatuta: ſacra ſcrinia: ſacrum ærarium, &c. Sacra quoque dicitur veſtis Imperatoria. *l. hi qui, 3. Cod. d. caſtrenſ. & miniſterian. lib. 12.* Et ſacrum dominium. *l. ſi qua. 3. Cod. ne rei dominic. vel templor.* Patrimonium ſacratiſſimum. *l. omnes. 1. Cod. d. quadrienn. præſcript.* Domus divina *l. ult. Cod. eod.* Ædes conſecratæ. *l. unic. Cod. d. palat. & domib. domin.* Oraculum ejus ſacrum. *l. etſi legibus. 5. Cod. ſi contr. jus vel utilit. publ.* Oraculum cæleſte. *l. jubemus. 10. Cod. d. SS. Eccleſ.* Reſponſum divinum. *l. ult. Cod d. diverſ. reſcrip.* Divina ejus adnotatio & ſacra. *l. ult. Cod. ſi contr. jus & util. publ. l. unic. Cod. d. monopol. l. 2. circ. fin. Cod. d. petit. bonor. ſublat. lib. 10. l. quicunque. 10. Cod. d. omn. agr. deſert. lib. 11. l. omnes 8. Cod. d. fund. patrimon. & l. quicquid. 10. Cod. d. vectigal.* Ad cujus obſervantiam juris conſulti religiosè moveantur. *l. Divi. 17. ff. d. jur. patr.* Expeditio ejus Numinis feliciſſima. *l. neminem. 11. Cod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

SS. *Eccleſ.* Unde ejus lex ſanctio divina
ppellatur. *l. 2. Cod. d. quadrienn. præſcript.*
t benificium ejus cælitus, hoc eſt, divinitus
npetratum. *l. 2. Cod. d. caſtrenſ. & miniſter.*
um infinitis aliis. Sacrum etiam nomen Im-
eratoris dicebatur, ut de Antoninorum nomi-
ſcribit Capitolinus in Opilio Macrino &
ampridius in Alexandro Severo. Hunc ta-
en morem averſabatur Tiberius Cæſar, qui
uendam dicentem, *ſacras occupationes ejus*,
rba mutare juſſit & pro *ſacras*, *laborioſas*,
ribi juſſit & coëgit. Ut refert Tranquillus
Tiberio, *cap. 25.* Et diligenter collegit,
ancíſc. Juret. in not. ad Symmach. Epiſt. 54.
. 4. Et poſt illos, *Guid. Panciroll. rer.*
emorab. ſeu deperd. lib. 1. tit. 2. in not. Ab
is inquam, Papam Romanum: ambitionis
æ titulos mutuatum eſſe ac divinitatis faſti-
um & honores aſſectaſſe, liquet. Quidam
im illorum ſe Deos, Deaſque mutato cum
mine habitu, fingebant, veluti de Cajo Cali-
la & aliis ſatis probat, *Dion. Caſſ. Plin. in pan.*
c. Propterea Stephanus Patracenſis, in
pa, *inquit*, eſt omnis poteſtas ſupra omnes
teſtates, tam cæli quam terræ. Hinc enim
pa vocatur in Jure canonico, Dominus Deus
ſter. *Extravag. Joh. XXII.* Et Eccleſiæ
onſus *c. quoniam. extr. d. immunit. in 6.* Et
icol. Papa in *c. ſatis evidenter. Diſt. 96.* glo-
tur ſe à Conſtantino Deum fuiſſe appella-
m. Quem locum Auguſtinus Steuchius
pæ Bibliothecarius *in lib. d. donat. Conſtant.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

edito Lugdun. ann. M. D. XLVII. *fol. 141.* laudans ita ſubjungit: audis Pontificem à Conſtantino Deum appellatum, & habitum pro Deo? hoc videlicet factum eſt, eum eum præclaro illo dicto decoravit, adoravit uti Deum, uti Chriſti & Petri ſucceſſorem: divinos ei honores, quoad potuit, contulit, velut vivam Chriſti imaginem veneratus eſt. Sed & Bonifacius VIII. Anno M. CCC. in magno hominum concurſu, propter Jubilæum facto, clamavit: *Ego ſum Pontifex & Imperator, terreſtreque & cæleſte Imperium habeo.* Eundem dixerunt Deum in terris. *Bald. in l. ult. Cod. ſentent. reſcind. non poſſ. Dec. in c. 1. extr. d. conſtit. Felin. in c. ego. extr. d. jurejur.* Et admirabilem vocat, *Gloſſ. in proem. Clementin. verb. Papa.* Ubi dictum eſſe ait *Papam*, ab interiectione admirantis *Papæ*; verè enim, *ait*, admirabilis eſt, quia vices Dei in terris gerit. Inde Poëta ille:

Papa ſtupor mundi. Et paulo poſt:
Nec Deus es, nec homo, quia neuter es inter utrumque.

Inter iſtiuſmodi palpones planè ridiculu[s] eſt & inſubidus *Jaſon Conſil. 145. incip[it] circa primum. n. 3. vol. 1.* Ubi ita ſcribit Papa eſt ſupra me, extra me, Papa e[ſt] omnia, & ſuper omnia: Papa eſt Dominu[s] dominantium, & jus Regis habet in ſuos ſubdi[tos]. Papa poteſt mutare quadrata rotundis. Unde non eſt de ejus poteſtate inquirendum. Primæ cum cauſæ nulla ſit cauſa. *Guid. Pan[ci]coll. rer. memorab. ſeu deperd. lib. 2. tit.* Propterea ab ipſo nulla penitus datur appellati[o]

Lu

uc. d. penn. in rubr. Cod. d. ſilentiar. Quid
nim ineptius ait, quam ab aliis judicandum
ſſerere eum, qui omnes eſt judicaturus. *c. ſi
apa. Diſt. 40. c, nemo. c. aliorum. c. facta. &
app. ſeqq. 9. q. 3. c. ſi quis ſuadente. in fin. 17.
.4.* Et cum Papa ſuperiorem neminem re-
ognoſcat; ſed & par cum Deo tribunal ha-
eat: qui provocari ab eo poterit? cum nec
d parem judicem appellatio detur: ſed ad
iperiorem duntaxat. *l. judicium. 58. ff. d.
idic. l. ille quo. 13. §. 4. ff. ad SC. Trebell. l.
agiſtratus. 4. ff. d. recept. arbitr. fac. c. cum
ferior. extr. d. major. & obed. & c. inferior.
des. Diſt. 21.* Inde traſcendentalis ac Meta-
hyſica illa poteſtas ſumma Pontificis, ab omni
ectæ Reipub. ratione aliena, callido ac do-
ſo commento de mandato divino compa-
ta. *Paurmeiſt. lib. 2. d. Juriſd. c. 3. n. 48.
n. 51.* quam hominum opinione potius
am certis viribus conſtare fatetur, *Paul. Jov.
. 2. hiſtor. pag. 99.* cui etiam Italia ac totus
bis non felicitatem, ſed potius ruinam ſuam
ebet. *Nicol. Machiavell. lib. 1. diſcurſ. d. re-
bl. cap. 12. Oſuald. Hillig. in Donell. enucl.
. 17. cap. 10. lit. x.* Ille itaque qui tot turbas
orbe Chriſtiano excitavit, qui tot motuum
tumultuum parens & genitor extitit, qui
ntam tyrannidem in Chriſtianos Reges &
incipes hactenus exercuit, ejuſque ſpecimina
ariſſima edidit, qui cælum terræ commiſcuit,
euchii & Canoniſtarum Deus eſt, quem &
go facilimè Deum vocarem, ſed talem, quales

apud Ethnicos olim reperiebantur Dii, omnium ſcilicet ſcelerum & flagitiorum authores ac excultores, qui hominum nefariis cupiditatibus, ſuis vitiis authoritatem tribuernnt, qualis Saturnus parricidarum, Jupiter adulterorum & ſtupratorum, Venus improbarum meretricum, & alii aliorum, ſcelerum & vitiorum, Dii erant, quos priſci Romani, impio auſu coluerunt, non aliter quam hodierni ſuos venerantur Pontifices. In hoc quoque canones & canoniſtæ vehementiſſimè errant, quod Pontificem ſuum, Eccleſiæ ſponſum vocent, cum ſolus Chriſtus ſuam Eccleſiam pretioſo ſuo ſanguine ſibi redemerit. *Actor. 20. v. 28. 1. Cor. 8. v. 2. & 8. v. 11. Eph. 2. v. 4. 5. 6. Coloſſ. 1. v. 14. 1. Pet. 1. v. 18. 2. Pet. 2. v. 1. Hebr. 9. v. 12.* Cujus ſolus eſt ſponſus. *Eſa. 54. v. 5. & 62. v. 4. Jerem. 31. v. 21. 22. Ezech. 16. v. 8. Matth. 9. v. 15. 25. Marc. 2. v. 19. Luc. 5. v. 34. Joh. 3. v. 29. 2. Cor. 11. v. 2. Eph. 5. v. 34. Apoc. 19. v. 7. & 21. v. 2.* Cum autem Chriſti ſponſa nullos admittat procos, veluti mater illa ſcortationum & abominationum terræ, *Apocal. 17. v. 5.* cum quâ Reges terræ ſcortati ſunt *v. 2. dict. cap.* Itaque nec Papa quopiam jure ejus ſponſus dici poteſt *Vid. Morn. in myſter. iniquit. fol. mihi. 905.* E certè ut pictores, ex *Horatii ſententiâ*, huma no capiti cervicem jungunt equinam: ſic pal pones illi Pontificum, Canoniſtæ, extremâ au dendi licentiâ, myſtico corpori terrenum caput omnibus ſordibus pollutum affingunt, & e

Chriſ

Chriſti Eccleſiâ monſtrum biceps faciunt. Apage igitur lubricum hoc caput, ne ejus lue & leprâ totum corrumpatur corpus, cum it juxta, *Petrarch. ſonett. 108. de' Triomph.*

Fontana di dolore, albergo d'ira
Scola d'errori, è tempio d'hereſia
Gia Roma, hor Babilonia falſa & ria
Per cui ſi tanto piange, e ſi ſoſpira.
O Fucina d'inganni ô prigion d'ira
Ove'l ben more e'l mal ſi nutre, e cria;
Di vivi inferno, un gran miracolo fia,
Se Chriſto teco al fine non s'adira
Fondata in caſta & humil povertate,
Contra tuoi fondatori alzi le corna;
Putta sfacciata, e dou' hai poſto ſpene?
Ne gli adulteri tuoi, ne le mal nate
Ricchezze tante? hor Conſtantin non torna:
Ma tolga il mondo triſto, ch'l ſoſtene.

Et quamvis vicarius Chriſti eſſet, nemo amen nec per ſomnium, dicere poſſet, eô omine quoque ſponſum eſſe, & merito dici, t hic fabulatur, Bellarm. *d. Roman. Pontif. lib.* . *cap. 31.* Principis enim procurator, ejus ice matrimonium contrahens, ipſius ſponſæ ponſus non eſt. *vid. Morn. dict. loc.* Illa tanen hic pluribus perſequi nolumus, cum de is & ſimilibus arrogantiæ titulis in ſuperioribus paſſim egerimus. Hoc ſaltem ex hiſce contat, Pontifices faſtui ac ſuperbiæ ſacratiſſimos uiſſe, ut ſe mortales eſſe non crediderint, erum potius, ab omnibus veluti Dii adorari oluerint; quorum tamen omnium, procul mni dubio, nunquam Chriſtus vel Apoſtoli uctores extitêre.

Ex hoc itaque, ut ad priora redeamus, ſuperbiæ & arrogantiæ æſtu, ac ſublimi potentiæ & authoritaais culmine, tot excommunicationum fulmina in Reges, Principes, & regna à Pontificibus cuſa ſunt, illoque medio, Regum Principumq; capitibus inſultarunt Patres illi, veluti Hiſtoriæ clariſſimè teſtantur. Pauca hæc è multis producam. Gregorius VII. ſummus perjurii author, primus fuit, qui in Imperatores id tentare auſus eſt, is enim in Henricum III. à quibuſdam IV. brutum illud fulmen exſpuit, eumque eâ ratione è majeſtatis ſuæ ſolio dejecit. Ipſe in ferali illâ abrogationis formulâ ſic loquitur, referente Platinâ his verbis: *Henricum Regem Henrici quondam Imperatoris filium, qui audacter nimium & temerariè, in Eccleſiam tuam manus injecit, imperiali adminiſtratione regiâque dejicio: & Chriſtianos omnes imperio ſubjectos, juramento illo abſolvo, quo fidem, veris Regibus praſtare conſueverunt.* Quin & exutum regno, anathematis vinculo poſtea illigat, antea ſtringens gladium materialem quam ſpiritualem. Factum hoc circa annum Chriſti 1076. novo ſed penitus inuſitato exemplo. Imperator verò ſe anathemate ſolvi rogans, mandavit Pontifex, ut ſi hoc optaret, pedibus nudus (quamvis ſæviente adhuc hieme) ipſum accederet, ac ſe regio honore & nomine poſthac indignum profiteretur. Miſer Henricus, propius ut juſſus erat, acceſſit, atque intra ſecundum murorum ambitum receptus, omni comitatu extra relicto, regium cultum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

bjecit, ac ſine calceis in maximo & intenſſimo frigore, jejunus, uſque ad veſperam eſponſum Gregorii expectavit, verum fruſtra. *Helmold. Presbyt. in Chronic. Sclavor. cap. 29.* Addit Malmesburienſis, eundem, *nudis pedibus, forfices & ſcopas in manu habuiſſe, ut ſe flagellari paratum oſtenderet.* Secundo & tertio die idem experiebatur, pari tamen fortunâ. Quarto tandem die ad colloquium ejus admiſſus, anathemate ſolutus & Papæ reconciliatus erat, eâ tamen conditione, ut omnia ornamenta regia primùm deponeret, nec quicquam de rebus ad Imperium pertinentibus amplius ſtatueret. Ejus poſtea loco Rudolphum II. Sveviæ & Burgundiæ ducem Henrici ſororium ſubſtituit, illâ verò lege, ut *omnia Pontificalia inprimis abjuraret, clientelas Epiſcoporum abdicaret, neve velut hereditario jure filios ſuos ſucceſſores declararet,* (hic aſtuſtiam Pontificum notari velim,) quibus præſtitis, eidem coronam Imperialem hâc inſcriptione miſit:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho.

Ita Imperium ad Rodolphum delatum eſt, qui ab Henrico acie victus, & morti proximus protenſâ manu ſauciâ, ſic familiares ſuos affatus eſt: *Videtis manum meam dextram de vulnere ſauciam, hâc ego juravi domino Henrico, ut non nocerem ei, nec inſidiarer gloriæ ejus. Sed juſſio Apoſtolica Pontificumque petitio, me, ad id deduxit, ut juramenti tranſgreſſor, honorem mihi indebitum uſurparem.* Atque in hæc verba eſt mortuus. Teſtis eſt, *Abbas Stadenſ. in*

Chronic. ann. M. LXXX. Helmold. Chronic. Schlavor, cap. 29. 32. & 33.

Quæ tyrannis ut viam ſibi ſemel apperuiſſet, inſtar rapidi torrentis, in reliquos poſtea ſucceſſores graſſari cepit, alios ad tempus ſaltem demergens, alios infidâ voragine penitus abſorbens: Eodem enim modo reliqui Pontifices, in alios Imperatores idem venenum exſpuerunt. Paſchalis II. in Henricum IV. Imperatorem, ita irâ exarſit, ut non ſolum Henricum filium ejus unicum in ſuum patrem armaret, verum etiam omnibus Imperatoriis ornamentis exutum, è Regio throno dejiceret, anathemati involueret & fœdiſſimo carceri includi mandaret, in locum ſurrogato ejus filio Henr. V. *Sigon. lib. 9. d. regn. Ital. Krantz. in* Saxon. *lib. 5. c. 21. Henr. Erford. cap. 68.* Qui paulò poſt, ſummo mærore affectus, obiit. *Aventin. lib. 5. annal. Bojor. Helmold. lib. 1. c. 33.* Et addit Helmoldus. *At ſenex*, inquit, *Imperator mortuus eſt Leodii, ſtetitq; corpus ejus inhumatum in capella quadam, quinque annis. Tanta enim ſeveritate Dominus Papa & cæteri adverſarii ejus, in ipſum uſi ſunt, ut mortuum vel humari non ſinerent. vid. Aventin. dict. loc.* Quamvis rurſus alii ſcribant, corpus ejus terræ equidem demandatum fuiſſe, Paſchalem tamen Leodienſes ut id viciſſim inde eximerent, ſuoque & aliorum riſui exponerent compuliſſe. Henrico V. ejus filio, roganti ut patrem ſepelire liceret, id in totum denegaſſe. Unde non in vivum tantum tyrannidem ſuam exercuit, ſed & in mortuum, ipſum-

ſumque cadaver veluti canis rabidus iniquiſ-
mè ſævit; Tarquinii Superbi, *Liv. lib. 1. Flor.*
b. 1. cap. 7. & immaniſſimi tyranni Chri-
ierni II. Danorum Regis exempla imitatus.
Meurſ. hiſt. Danic. in vit. Chriſt. 11. plur. vid in.
ſcic. rer, expetend. fol. 49. 50. Paul. Lang. in cler.
iticenſ. ad annum M. C. V. Vrſpergens. in Chron.
Rurſus illorum exempla imitatus eſt Adri-
nus IV. Qui Fridericum Barbaroſſam, quod
: ejus nimiæ poteſtati opponeret, Romam-
ue non Papæ, ſed ſuam diceret, excommu-
icavit. Idem excommunicationis fulmen
jus ſucceſſor, Alexander III. in eun-
em Fridericum I. vibravit. Hoc idem quoque
rutum tonitru Friderici filius Philippus, ab
nnocentio III. pati coactus eſt. Pari modo
k fortunâ, piorum communione amotus eſt,
)ttho IV. omneſque Principes pupulique
qui ſacramentum ei dixiſſent, religione ſolu-
i, ab illo recedere, tanquam, à nefa-
io homine juſſi ſunt, ab Innocentio III. Nec
nora, Rex Bohemiæ, Dux Auſtriæ, Dux Ba-
ariæ, Landgravius quoque Thuringiæ, Mo-
untius ac Trevirenſis Archiepiſcopi, eum mox
eliquerunt, Fridericum Regem ſtatim deſi-
gnantes. *Sigon. lib. 6. Hiſtor. Ital.* Frederi-
cus II. à Gregorio IX, non ſemel, non iterum,
ſed tertiùm excommunicatus eſt. *Sigon. lib.*
18. Hiſtor. ital. Rurſus idem Imperator ab In-
nocentio IV. anathemate proſcriptus eſt in
concilio Lugdunenſi, duriſſima verò ejusdem
ſunt verba quibus Imperatorem execratus eſt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Eum principem, qui ſe imperio & regnis omnique honore & dignitate reddidit tam indignum, quique per ſuas iniquitates, adeo ne regnet vel imperet eſt abjectus, ſuis ligatum peccatis & abjectum, omnique honore & dignitate privatum à Domino oſtendimus, denuntiamus, & nihilominus ſententiando privamus: omnes, qui ei juramento fidelitatis tenentur aſtricti, ab hujusmodi juramento abſolventes, authoritate Apoſtolicâ firmiter inhibendo, ne quiſquam de cætero ſibi tanquam Imperatori vel Regi pareat, vel intendat: decernendo quoslibet, qui ei deinceps velut Imperatori vel Regi, conſilium vel auxilium præſtiterint, ſeu favorem, ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubjacere. Quæ certiſſima tantæ tyrannidis documenta, à Gratiano inter canones relata habentur, *c. ad Apoſtolicæ. in fin. extr. d. ſentent. & rejudic. in 6.* Hujus autem Friderici II. execrationis cauſas ipſe Innocentius indigitat & perſcribit his verbis: *quod pacem inter imperium & Eccleſiam violarit: Cardinales & Proceres Eccleſiæ prodeuntes ad concilium, aut comprehenderit, aut ſubmerſerit, aut ad indecoram ſubeundam ſervitutem coëgerit, quoſque captivos fecerit, eos fœdiſſimis carceribus ad extremum uſque ſpiritum maceraverit: quod idem nefariis de fide opinionibus imbutus ſit, amicitiam cum Sarracenis inierit, quod in regno Siciliæ ſacerdotes impotenter exterminarit, ac variis tormentis excruciatos necarit. dict. c. ad Apoſtolicæ. & ibi Gloſſ. extr. d. ſent.*

nt. & re judic. in 6. Quibus jam alias ſed multo minutiores cauſas præmiſerat antea Gregorius IX. hujus Innocentii IV. prædeceſſor. *igon. lib. 18. hiſtor. Ital.* Conradum IV. Friderici hujus filium idem Innocentius diris involvit. Ludovicum Bavarum imperio exuit & ſacris interdixit Johannes XXII. *quod illo nſcio paſſus eſſet ſe creari Imperatorem, quod egaret, Imperatorem ſubditum eſſe Pontifici.* n quem demum ita decrevit: *Quod ſi nobis btemperare detrectaverit, Patriarchis, Epiſcopis cunctis, ſacerdotibus, Principibus, civitatibus, imperamus, ut eundem deſerant ac nobis parere cogant. Aventin. lib. 7. annal. Bojor.* ta octo hactenus Romanorum Imperatores iris illis anathematum fulminibus è ſuis regnis ejecti ſunt. Atque utinam non etiam plura, proh dolor, perturbatarum, ſub ſpecie religionis Rerumpublicarum exempla, hiſtoriæ præberent. Sed & Pontifices eandem tyrannidem in cæteros Chriſtianos Monarchas exercuerunt: ſcilicet, contra Guilielmum Angliæ Regem & Johannem, qui tum temporis ſedem Apoſtolicam pro domino nondum agnoſcebant. *Matth. d. Paris. in Johann. pag. 225. Polyd. virgil. hiſt. Angl. lib. 25. Flav. Blond. lib. 6. decad. 2.* Philippum & Carolum VI. Gallos. *Roderic. d. Hoved. annal. part. poſter. Morn. myſt. inquit. Fr. Hotom. in brut. fulm.* Ludovicum quoque XII. Galliæ Regem, poſtquam urbes aliquot Italiæ, bello captas, Papæ Iulii II. ditioni adjunxiſſet, Pontifex loco

gratiarum actionis, hæreticum & ſchiſmaticum pronunciavit, proſcripſit, ac virulentis ſuis excommunicationum telis inſectatus eſt, & demum *Chriſtianiſſimi* titulo indignum judicavit: *Arnold. Ferron. in vit. Ludov. Gilb. Ducer. in lib. Epigr.* Henricum Navarræ Regem, & Henricum Borbonium Principem Condæum, Sixtus V. anatematis vinculo innodavit. *Franciſc. Hotomann. in fulm. brut. Tuſſan. Berchet. lingonenſ. in conſil. ſup. monit. Pap.* Gregorius XIV. publicæ pacis & Eccleſiæ catholicæ hoſtis, Henricum III. & ejus ſucceſſorem Henricum IV. Galliæ & Navarræ Reges Chriſtianiſſimos, iiſdem caninis furiis adortus eſt, illoſque indignè & contra omne meritum è gremio Eccleſiæ excluſit. Quamvis idem Henricus III. prius à Sixto V. diris impetitus & regno exutus eſſet, ut primo fidem ſubditorum, poſt etiam vitam amiſerit *Molin. d. monarch. tempor. cap. 5. Ludovic. Servin. vindic. ſecund. libert. Eccleſ. Galli. Bellarm. Tuſſan. Berchet Lingonenſ. in conſil. ſuper monit. Pap. Benign. Melleott. d. delict. comm. & caſ. privileg.* Boleſlaum Poloniæ Regem excommunicavit Gregorius VII. & ita Regio nomine privavit, ut longo poſt tempore Regis nomen in Polonia non audiretur. *Michou. & Cromer. lib. 4, Hiſtor. Polon. Crantz. lib. 3. Vandal. cap. 13. 14. Johan. Herburt. lib. 3. hiſtor. Polonic. cap. 8.* Ladiſlaum Vngariæ Regem, Alexander V. in concilio Piſano ſacris interdixit, & ſimul regno privavit, *Pla-*

n. in Al xand. Id quod Innocentius III. *licet. extr. d. vot. & vot. red.* Etiam filio Regis ngariæ minatur. Idem Georgium Bohemiæ egem; omni jure & honore regio indignum enſuit. *Bonſin. Libr. hiſtor. 1. & 3. dec. 4.* eonardus Donatus venetorum Dux à Paulo . in excommunicationis ſententiam incurrit. *Anton. Quirin. relat. rat. Reipub. venet. Marc. Anton. Peregrin. Reſponſ. pro decret reipub. venet. Theolog. venet. tract. d. interdict. Paul. V. Paul. venet. Monach. Servit. conſid. cenſur. Paul. V.* Porrò Pius V. Pontifex, Britanniæ egnum, anathematis importunitate, omnium prædæ expoſuit, ſubjectisque Eliſabetæ, piiſſimæ illius Reginæ imperio, poteſtatem ecit deficiendi, & contra ipſam arma ferendi, illam quoque excommunicavit, & quantum in ſe erat regno privavit, omneſque ei obedientes anathemati involvit. Idipſum quoque Paulus V. imitatus eſt, qui non miiori animo, erga ſereniſſimam illam Reginam fuit, veluti ex illius excommunicationis bullâ. Kalend. Octob. Anno. M. DC. VI. Romæ datâ, patet. *vid. apolog. Anglic. pro uram. fidel. Guilhelm. Cambden. rer. Anglic. part. 2. fol. 183. & ſeqq.*

Quantas verò turbas, quæ pericula, quos motus, bella, incendia, ruinas, interdicta illa Romanorum Pontificum in Regnis & Rebuspublicis pepererint, nemini vel parum in hiſtoriis verſato, ignotum eſſe poteſt. Tot inde machinationes & inſidiæ Regibus &

Prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Principibus, etiam à veris ſuis ſubditis ſtructæ; tot venena ad necem, tot ſicæ ad cædem paratæ; tot conſilia, ad Rerumpublicarum ruinam & everſionem inita, certiſſimum toti orbi Chriſtiano incendium jam dudum minabantur. Nec defuit eventus; hiſce enim callidis commentis Regem contra Regem excitarunt, ſubditos contra magiſtratum ut arma ſumerent, eundemque delerent, animarunt. Hinc horrendæ illæ lanienæ, furiales carnificinæ, ac cruentiſſima bella, quibus orbis Chriſtianus hactenus arſit, dimanarunt; fatebitur hoc miſerrima Germania, quæ toties ex incendiis illis, ab hâc cauſâ ibi exortis, fermè exſpiravit, viresque ſuas amiſit. Teſtabitur Anglia, quæ toties ruinam ſuam huic veneno debet. Nec Gallia magis quam illæ, aliæquæ Reſpublicæ à furialibus illis ferculis libera extitit.

Et quamvis ad motus in Rebuspublicis excitandos excommunicationis viâ non ſemper ſint uſi, alia tamen nunquam ipſis deerant media, quibus tantorum incendiorum, in Regnis & imperiis quo Imperatorum & Regum tolleretur nomen, præcipuam facem præberent. Nam aſſiduè vel ſuos Cardinales, vel Epiſcopos, vel alios quoſpiam primates ac emiſſarios, ad aulas Regum & Principum è ſuâ curiâ ac comitatu miſſitarunt, qui eorundem animos veluti mali quidam genii, ad tam funeſta ac internecina bella, ad ſumma incendia, ad vaſtitatem terris inferendam, ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

eges populoſque è medio tollendos & penitus
lendos inflammarent; cum interea illi, ut
otomanni utar verbis, quaſi laniſtæ ſangui-
rii, commiſſis inter ſe gladiatoribus, cru-
ntos iſtos ludos ex ſuâ Sancti Angeli mole
l Vaticano, ſpectatores eſſent; aut qui ad
nitationem Romanorum illius tyranni Nero-
s, incenſas à ſe reſpublicas ac Regna, à
â turri deſpicerent. Tyrannidi interim ipſo-
um nec ita ſatisfactum eſt; quæ enim bella
er ſuos, inter Reges excitare non poterant,
ſi duxerunt, ſeſeque Regibus & Imperato-
bus tanto furore oppoſuerunt, eorundemque
gna invaſerunt, tanquam illos, & hæc, primo
uoque ictu delere vellent. Ex infinitis ex-
mplis unum vel aliud ſaltem adſcribam.
lius II. qui poſtquam bellum Maximiliano I.
mperatori acerbiſſimum moviſſet, tandem
æ & furiarum ſuarum aculeos in Ludovicum
II. Galliæ Regem convertit, illum inpri-
is tetris excommunicationum fulminibus in-
ectatus eſt, & ita equidem, ut non ſolum
hriſtianiſſimi titulo privaret, ſed & eundem
ngliæ Regi, ut junctim prædicto Ludovico
ellum inferret, per ſuos, offerri curaret. Ipſe
erò Pontifex magno conflato exercitu Gallum
doritur, cumque armatas ſuas copias veluti
Anteſignanus & Imperator, ipſe loricatus, ex
rbe per Tiberis pontem educeret, multis
ominum millibus aſtantibus, ſimulq; audien-
ibus, dixit: *Quando nobis Claves Petri nil
roſunt, age gladium Pauli diſtringamus.* Ve-
luti

luti clarè teſtatur, *Arnold. Ferron. in Annal. Gall.* Quibus dictis ſimul, claves quas ſecum attulerat, è ponte in Tiberim projecit, gladiumque vaginâ eduxit. Quod facinus pluribus Epigrammatis occaſionem dedit & inter alia quoque his:

In Gallum, ut fama eſt, bellum geſturus acerbum,
Armatam educit Iulius urbe manum.
Accinctus gladio, claves in Tibridis amnem
Projicit, & ſævus talia uerba facit:
Hic gladius Pauli, nos nunc defendat ab hoſte,
Quandoquidem clavis nil juvat iſta Petri.

Veluti pluribus oſtendunt ac teſtantur, *Joach. Cur. Freiſtad. in annal. gent. Sileſ. Arnold. Ferron. in annal. Gall. in vit. Ludovic. XII. Gilbert. Ducer. libr. Epigramm. Molin. Myſter. iniquit. fol. 139.* Unde & Wicelius Paparum licet ſtrenuus defenſor, hunc Julium Marti quam Chriſto propiorem eſſe dicit, quippe, qui novem annorum ſpatio, plus quam ducentorũ hominũ millium mortis author fuit. Urbanus VIII. quamvis ex ſtudiis & bonis literis commendatus eſſet, genium tamen priſcorum Pontificum & tyrannidem non depoſuit, aſt potius imitatus eſt, qui tot civitatum & pagorum ruinis ac devaſtationibus, tot hominum millibus mortis occaſionem dedit, cum annis 1642, 1643, & 1644. qui & ipſi fatalis erat, contra Odoardum Farneſium Parmæ & Placentiæ Ducem, ipſe bellum gereret. Multa quoque devaſtationum harum veſtigia in Italia vidimus, quæ, multorum homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ominum lacrhrymas multoties extorſerunt, ræcipuè cum is qui Eccleſiæ potius defenſor ſſet, ejus & Reipublicæ magis deſtructor xtaret. Cujus viciſſim veſtigia hodiernum ontificem Innocentium X. imitari audivi-ius, qui novas copias rurſus conflat, quibus dem Duci bellum inferre poſſit.

Magna hæc ſunt & ſtupenda, quæ imma-em & truculentum Pontificum animum, ac eſſimam in Reges & Principes tyrannidem ex ſe probant. His enim & ſimilibus, aliis urimas Reſpublicas perforarunt, Principi-is arma excuſſerunt, & in manus ſubdito-im tradiderunt, ſibique mancipia fecerunt. a quoque violenter & tyrannicè in regna & incipatus debacchati ſunt, ac ſi ad flagel-ndum Eccleſiam & rempublicam egreſſi ſent. Commoverunt & conturbarunt ter-m, ut viderentur habere quod ſanare opor-ret, & revera tales ſunt, quales eoſdem grippa deſcribit, ita enim ille, *cap. 61. d. nit. ſcient.* Illi, *inquit*, lætantur cum mala int, exultantes in rebus peſſimis, vixque nent lachrymas, cum nil lachrimabile cer-int. *Et parum infra:* Sed habent vitio-m ſuorum efficaciſſimos titulos, nec quic-iam illis objici poteſt, quod non alicujus ncti exemplo conſtantiſſimè excuſent, aut eantur. Nam ſi improperetur illis quia docti & illiterati, dicent tales Chriſtum egiſſe Apoſtolos, qui nec Magiſtri legis nec ibæ fuerint, nec Synagogas nec ſcholas

un-

unquam frequentaverint: ſi linguæ barbaries objicitur, dabunt Moyſen impeditæ linguæ, & Ieremiam neſcientem loqui, quin & Zachariam, quod mutus eſſet, à ſacerdotio non excluſum. Quod ſi etiam ſacrarum literarum ignorantia, aut infidelitas, aut error, aut hæreſis objiciatur, dicent Ambroſium nondum Chriſtianum, ſed Catechumenum adhuc, in Epiſcopum electum: Et Paulum non ex infideli modo, ſed ex perſecutore ad Apoſtolatum vocatum: Auguſtinum quoque aliquando Manichæum fuiſſe, & Marcellinum martyrem in papatu idolis thura adoleviſſe. Quod ſi objiciatur illis ambitio, exemplo illis erint filii Zebedæi: ſi timiditas, timidi erant Jonas & Thomas: ſi perfidia, Petrus perfidiæ addidit periurium: ſi fornicatio, Oſeas meretricem, & Samſon ſcorta complexi ſunt, ſi percuſſio, ſi homicidium, ſi militia, Petrus Malcho auriculam amputavit, Martinus Iuliano militavit, & moyſes Ægyptium interfecit & abſcondit in ſtabulo. Adeò nihil penes ipſos refert, qualis quiſque ſit, qui accedit ad ſacerdotia; atque tunc horum magiſtrorum gladio oportet, ut quisque cervices ſuas ſupponat: gladio inquam, non gladio verbi Dei, cujus illi cuſtodes & miniſtri eſſe deberent, ſed gladio ambitionis, gladio avaritiæ, gladio mulctæ & extortionis, gladio mali exempli, gladio ſanguinis & occiſionis, quo armantur contra omnem veritatem & juſtitiam & honeſtatem;

Sce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere juſta
Incipit, evertetque aras reſpectus honeſti.
Libertas ſcelerum eſt, quæ regna invisa tuetur,
Sublatusque modus gladii, facere omnia ſævè.

Non impunè licet eorum placitis contradi-
ce, nec libidini eorum reſiſtere, niſi quis
ratus ſit, martyrium ſubire pro Chriſto,
c erit excremari pro hæretico. *Hactenus*
. Et certè nihil præter vera ipſum hiſce dixiſ-
rideo, quamvis etenim abominanda & ſce-
tiſſima illi perpetrent, nuſpiam tamen apud
; invenies aliquid cujus rei eſſe poſſint. Et
anquam decies in Imperatores & Reges ty-
nnicè inſultent, eoſdem diris devoveant,
no & Imperio exuant, ac omnino peſſum
nt, omnia tamen ex officio pietatis & pater-
curæ, ad ovile ſibi demandatum melius cu-
diendum, & ad hæreticos exſtirpandos
ere dicuntur, veluti ex omnibus excommu-
ationum illorum bullis manifeſtum eſt. Per-
ſſimos tyrannos! qui ſe etiam hac viâ, à tot
eribus & nefandiſſimis delictis, excuſare
unt, nam nec ſic quæſitus color, illos à con-
catæ Majeſtatis crimine liberare poteſt,
n propriæ fictæquè authoritatis, ſummæ
o ſuperbiæ & ambitionis intuitu ac perſua-
ne, ſine omni tamen mandato & præcepto
Chriſti vel Apoſtolorum tam atrociter ac
ormiter in ſacram Majeſtatem Politicam
ierint. Certum eſt olim apud Romanos
evolos extitiſſe tyrannos, Neronem, C. Ca-
ilam, Caracallam, Heliogabalum, Domi-
tianum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tianum, &c. illi attamen adhuc paulò ſaniores erant, in ſuos quippe ſubditos tantùm graſſabantur, ipſi verò Pontifices etiam in Reges & Principes divino & gentium jure ſuperiorem non agnoſcentes, ſævire & inaudita tentare auſi ſunt, inque eos dira ſua fulgura, omnem majeſtatem penitus evertentia, vibrare non erubuerunt, eâ ratione novi Nerones, Caligulæ, Heliogabali, & Domitiani, re ipſâ facti ſunt; ita ut meritò dicere liceat, Bonifacios, fuiſſe malifacios; Clementes, inclementes: Celeſtinos, ſceleſtinos ſeu ſceleſtos: Benedictos, maledictos; Felices, infelices: Innocentios, nocentes: Formoſos, deformes: Urbanos, inurbanos: Pios, impios: Leones, verè Leones: Lucios reverà lucios: Deus dedit: alius abſtulit; & demum, quot Pontifices tot monſtra & immanes Tyrannos extitiſſe.

CAP. XIX.

Pontificem Romanum nullo modo, nulloque jure in Reges & Principes eorumque ſubditos animadvertere poſſe, oſtenditur.

ROmanus Pontifex toties à diverſis Conciliis in ſuo ſeu Patriarchatu, ſeu Epiſcopatu reſtictus fuit, nec plus authoritatis quam cæteri habent, conſecutus eſt, veluti certiſſimum & clariſſimum eſt ex decretis, Con-

lii Africani, IV. *cap. 6.* Concilii Nicæni Anno omini, 325. *cap. 6.* Concilii Conſtantino-politani, I. *cap. 2. 3. & 5.* Anno Chriſti, 381. oncilii Epheſini A. D. 431. Concilii Chal-:donenſis, A. D. 451. *cap. 18.* Concilii Con-antinopolitani VI. ſub Juſtiano Imperatore ongregati, *cap. 36.* Et Concilii Cartha-inenſis, VI. *cap. 105.* Quam ſententiam ho-ierni Pontifices vix negare audent, partim ropter tot Conciliorum authoritatem, quæ eluti quatuor Evangelia, vel totidem paradiſi umina ſervari debent. *c. canones, §. inter. etera. Diſt. 15. c. ſicut ſancti, in pr. d. Diſt. 15.* artim quia prædeceſſores eorum Pontifices Romani alii, rotundis verbis, & ingenuè faſſi ùnt, ſe juribus & honoribus fratribus ſuis competentibus, penitus derogare nolle, nec equum eſſe, Epiſcopum quempiam in Eccleſia aniverſalem dici, dudum liberè profeſſi ſunt & ſanciverunt, idque diverſis quoque tempo-ribus. Pelagius II. Pontifex Max. *in Epiſt. omnibus Epiſcop. illicit. à Joann. Conſtantinopol. convocat.* veluti habetur, *c. nullus. Diſt. 99.* Et Gregorius Magnus Pontifex, *Eulogio Pa-triarch. Alexandr. lib. 7. Epiſt. 30. indict. 1.* de-ſcriptum & relatum inter canones, *c. ecce in præfatione. dict. Diſt. 99.* quorum verba, ad verbum in ſuperioribns, *cap. 4. fol. 40.* de-ſcripſimus.

Et ſi reliquorum Epiſcoporum reſpectu, conſideretur Romanus præſul, non majorem quam illi authoritatem habere, antea multis à

nobis

nobis probatum eſt, quo itaque jure hanc in Reges & Principes eorumque ſubditos poteſtatem habeat, nemo palponum ejus, aut quicunque alius fide aliquâ ei addictus, hactenus quopiam modo oſtendere potuit. Nititur tamen hoc demonſtrare, *Svarez in defenſ. fid. lib. 3. cap. 23. n. 10.* & cum ipſo, *Bellarm. d. Rom. Pontiſ.* ex jure canonico, quod ab Eccleſiâ univerſali approbatum eſt, idem evincere laborat. Videlicet, ex facto Zachariæ Pontificis, quod ex verbis Gregorii Pont. deſcriptum reperitur in *c. alius item. 15. q. 6.* Ibi: *Romanus Pontifex Zacharias Regem Francorum, non tam pro ſuis iniquitatibus, quam pro eo quod tantæ poteſtati erat inutilis, è regno depoſuit, & Pipinum Caroli Magni Imperatoris patrem in ejus locum ſubſtituit, omneſque Francigenas à juramento fidelitatis, quod illi fecerant, abſolvit. Quod etiam ex authoritate frequenti agit Sancta Eccleſia*, &c. Scilicet, cum gravior pæna, nunquam dari poſſit, quam Regem anathemate confoſſum, è dignitatis ſuæ ſolio præcipitare, omnique authoritate Regiâ ſpoliare, ac tandem ſubditis ſuis deridendum propinare. Ne itaque Romanus Pontifex, tanquam benignus pater, acerbiſſimam illam pænam, ſine graviſſimo Regis ſcelere infligere videretur, Childerici Francorum Regis in regendis ſubditis ſuis incapacitatem hic allegat, & eandem juſtam Regis deponendi cauſam judicat. Miror certè, & vehementer miror ſomnia & nugas Canoniſtarum; nam præterquam quod Baronius

us ipſe multos canones falſiſſimos eſſe ſæpè
obet, alii de hoc ipſo canone idem apertè fa-
ntur, falſum itaque eſt, quod hic Zachariæ à
ratiano adſcribitur, etenim omnes illius tem-
oris ſcriptores, probant Stephanum ſecundum
uiſſe, qui Pipinum in Italiâ contra ſibi in-
ſtos Longobardos vocavit, atque venien-
em abſolvit à juramento præſtito Regi ſuo
Chilperico, eodemque inaudito, nec vocato,
nec defenſo, nec accuſato, neque delato,
t ait, *Abb. Vrſpergens. in Chronic. Eutrop. hi-
ſtor. lib. 22.* & cum illis, *Eginhardus in vit.
Carol. Magn.* qui illius Cancellarius erat. Quam-
is rurſus *Aymonius lib. 4. d. geſt. Francor. cap.
11.* dicat: Zachariam antea conſultum fuiſſe,
quis mereretur Regis nomen in Francia, an is
qui nomen tantum haberet, nullam verò pote-
tatem, an verò qui regeret? Pontificem au-
tem pro Pipino reſpondiſſe, & ita hunc in
ſolium elevatum, Chilpericum vero in mo-
naſterium detruſum fuiſſe. Et quanquam Za-
charias pro Pipino conſultus, reſpondiſſet, illa
tamen reſponſio in conſequentiam trahi meri-
tò non debet. *Arg. l. quod verò. 14. l. in his. 15.
& l. ſeq. ff. d. ll. l. 1. ff. d. conſtit. Princip.* Nec
etiam Pontifex reverà judicare potuit, an Rex
in ſuo regno idoneus & par moli tantorum ne-
gotiorum eſſet. *Arg. c. non magnoperè. c. ſed
nec. c. clericis. X. ne cleric. vel Monach. negot.
ſecul.* Neque mittere potuit cognitores, qui
de Regis prudentiâ aut firmitate cognoſcerent.
Vel ſi ejus auctoritatis & ſolertiæ hic erat, cur
can-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

eandem in quoſdam Reges Gotthor. & Longobard. planè diſſolutos, cum Italiam infeſtarent non exercuit? tacuit eo tempore ſublimitas Papalis. Porro, ſi inutilis fuiſſet Rex, ut loquitur canon, hoc eſt, vitæ diſſolutæ, ut explicat Gloſſa, dandus fuiſſet ei coadjutor vel adminiſtrator, *arg. c. quamvis. c. petiiſti. 7. q. 1.* qui cum regni molem ſuſtinere poſſet, nulla etiam ratio eſt, cur Regi infirmo non ſubveniretur, nec æquitas concedere videbatur, ut ob cerebri vel judicii, aut ingenii imbecillitatem, avito regno ſpoliaretur, ejuſque liberi aut agnati paternâ fraudarentur ſucceſſione, quod tamen in Chilperico à ſe factum eſſe hic Zacharias gloriatur. Vel etiam ſi furioſus fuiſſet, vel bonorum ſuorum decoctor, qui nec tempus nec finem expenſarum habuiſſet, non idcirco omnibus ſuis exuendus eſſet bonis, ſed ad proximè agnatos maximè idoneos relegandus fuiſſet. *§. furioſi. 3. Inſt. d. curat. l. 1. in pr. ff. d. curat. furioſ. dand. l. his. qui. 12. §. Divus Pius 2. ff. d. curat. dat. ab his l. 1. l. ult. Cod. d. Curat. fur. dand.* Leges quippe morbos non puniunt, ſed ſcelera. Hactenus itaque Gratiani canon pro Zacharia ſcriptus, propoſito Canoniſtarum, nullo modo ſatisfacit, nec poteſtati Papæ favet, imò eandem potius oppugnat, quia ejuſdem ignorantiam, atque corrupti affectus pervicaciam ſaltem demonſtrat. Papa itaquè tranſlationis regni & depoſitionis Chilperici, author, dici neutiquam poteſt.

Neque etiam magis Canoniſtarum opinio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

c.grandi. x. d. ſuppl. nd. neglig. Prælator. in 6. vari poteſt. Cum enim ibi Magnates regni uſitaniæ, Aſphonſum coadiutorem Regi Sanio II. elegiſſent, atque ſubditi in illis partis parum de virtute juramenti homagii ligii ſormati; quod ipſi Sanctio, ejuſque filio raverant, valdè dubitaſſent, an ſi coadiutori pediviſſent, perjurii eſſent, Pontificem Roanum Innocentium IV. quid illis hoc in netio faciendum foret, conſuluerunt. Quod que per modum conſilii ſcriptum in ipſorum eris reperiebatur ut, *Hieronym. Bard. in ſuâ ronolog. ann. 1247. §. in regno Portugall.* ibit, hoc Bonifacius VIII. juriſdictionis aviſimus, tanquam auctoritate Pontificiâ factũ, exto libro decretalium compilavit. Cujus toritate ſi factum fuiſſet, neque Antonius rentinus, neque reliqui Hiſtorici qui omnia ocentii geſta annotarunt, hic tacuiſſent. od conſulendo itaque dicitur, ad poteſtan omnimodam pertinere non poteſt. Neque im Canoniſtæ opinionis ſuæ fundamentum quod ex *c. unam ſanctam. Extr. comm. d. ior. & obedient.* habere poſſunt, quo illa, quæ prius de Chilperico, vel poſtea de ctio dicta ſunt probantur; cum dudum antea tentiam dixerit Innocentius Papa III. *c. per erabilem. X. qui fil. ſunt legit.* Ibi, *cum in temporalibus ſuperiorem minimè recogno-*; ergo etiam nec Papa de horum regnis, quam Iuriſdictionem in eadem habens, onere potuit. Quo etiam collimat idem

Innocentius, *c. novit. X. d. judic.* cum ita ſcribit: Non putet aliquis quod Juriſdictionem illuſtris Regis Francorum perturbare aut minuere intendamus, cum ipſe jurisdictionem noſtram non debeat nec velit impedire. Apertè idem confirmat Alexander III. Pont. *c. cauſam. extr. qui fil. ſint legitim.* his verbis: Nos attendentes quod ad Regem pertinet, non ad Eccleſiam, de talibus poſſeſſionibus judicare, ne videamur juri Regis Anglorum detrahere. Honorius quoque III. Pont. *c. tuam non. Extr. d. ordin. cognition.* præſupponit, ſe idoneum judicem ad cognoſcendum d. natalibus Reginæ Cypri, at verò ad cognoſcendum de ipſius ſucceſſione, non ipſum ſed Regem Francorum exiſtere competentem, affirmat. *Fac. c. quoniam Diſt. 10. c. ſi duobus. X. d. appellat. c. cum ad verum. c. duo ſunt. Diſt. 96. Fac. text. in c. nos ſi incompetenter. §. ſed notandum. 2. q. 7. c. cum ſingula. X. d. prabend. in c. 6. 1. Diſt. 89.* Itaque etiam nec Pontifex de incapacitate vel Franciæ vel Luſitaniæ Regis cognoſcere, multo minus vi ſuæ juriſdictionis eoſdem deponere, regniſque ſuis privare potuit.

Et quamvis certum ſit Pontifices Romanos aliquando regno & Imperio, Imperatores & Reges de facto privaſſe & ſpoliaſſe, nunquam tamen illi ex ſuis canonibus demonſtrabunt, hoc ex abſolutâ ſuâ ſuper omnes alios poteſtate, vel ex juris & æquitatis fundamentis proceſſiſſe, ſed quatenus privati quidam homagium

um fidelitatis Pontifici præſtiterint, *Anton. Roſell. in tract. d. poteſt Imperat. & Pap. §. deci- rationi reſpond.* Rex Neapolis cum in eodem gno à Romano Pontifice inveſtitur, fide- atem & homagium illi facere debet. In aliis rò Regibus nihil certi unquam firmare nobis terint. Sed è contra ſæpè factum legimus od Pontifices ab Imperatoribus ſuis officiis nitus privati ſint. Ottho III. Johannem VIII. Papam, Simoniacum, ſuâ Sede pri- vit & oculos illi erui juſſit. Henricus II. nedictum IX. Sylveſtrum III. & Gregorium I. depoſuit, & alii alios, veluti pluribus in ſu- rioribus recenſuimus.

Nullo itaque, juris Canonici expreſſo ca- ne, vel minimo ſaltem juris illius apice, nc ſupremam in Pontifice Romano, Regis gno ſuo privandi poteſtatem probari poſſe, nſtat. Quod cum Pontifices ipſi animad- rtant, aliam ut ipſorum ſatisfiat tyrannidi m quærunt, profanis ſacra immiſcentes, at- e ita Reges atheiſmi, imminutionis privile- orum Eccleſiæ, hæreſeos, incredulitatis, tyrannidis in Eccleſiam arguunt. Omnia ta- n novo quopiam ſpiritu, nova Theologiâ, voque invento; illis etenim Atheiſmus am- us non eſt, veri Dei denegatio, omniſ- : impietatis ſub veri Numinis contemptu, ercitium; ſed ille demum ab illis Atheiſmi uitur, qui Papam ſupremum in Eccleſia & publicâ dominum, ac Deum in terris ne- e audet, quique ipſi omnem majeſtatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

cæleſtem & terreſtem cui terreni ſimul & cæ-leſtis imperii jura, ſunt commiſſa, non tribuit, cultumque divinum exhibere optat. Eccleſiæ autem nomine, neque cœtus fidelium amplius intelligitur, ſed inprimis ſanctiſſimus dominus Pontifex, ejuſdem lepidum caput, inde Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, Abbates, Canonici, Diaconi, Priores, Paranymphi, Rectores, Gardiani, Præſides, Vicarii, Subvicarii, Provinciales, Archimandritæ, Generales, Acoluti, &c. totaque illa nudipedum, Barbigerorum, Retiariorum, reliquorumque hiſtrionum & cucullatorum mandra. Libertas quoque Eccleſiæ, non eſt amplius pax conſcientiæ, aut libertas à Sathanæ ſervitute, ſed exemptio à Regum ſubjectione, & indigna regalis poteſtatis conculcatio, Regumque contemptus. Præterea hæreſis vocabulum tam latè ab ipſis ſumitur, ut neminem mortalium hodiè invenire liceat, qui Pontifice judice, crimen hæreſeos effugiet. Si quis ſacram ſcripturã linguâ vernaculâ legere auſus fuerit, vel ſi totum Roſarium certo numero *Pater noſter* & *Ave Maria* compræhenſum, perfectè non abſolverit, qui ſe cruce exactè ſignare noluerit, vel non potuerit, aut ſi quis aliquid contra Purgatorium, vel limbum patrum, vel cauponationem ac nundinationem indulgentiarum, vel contra clericorum exemptionem, oblationes, decimas &c. mutire vel ſaltem muſſitare audet, ſtatim ut piacularis ſacraque victima, deſtinatur ignibus, funibus, rotis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

otis, & inquiſitorum judicio exquiſitiſſimis
ruciatibus necatur. Aliam quoque hæreſeos
ceptionem Johannes XXII. cum Ludovicum
mp. imperio exuit, nobis detegit, *quod illo*
ſ io paſſus eſſet ſe creari Imperatorem, quod ne-
aret, Imperatorem ſubditum eſſe Pontifici.
uæ certè vera illa hæreſis, à Pontificibus
men excogitata & toties tum huic, tum aliis
nperatoribus objecta, quæ an ſufficiat ad
oncitandos populos ſubditoſque contra ſuos
eges & Principes, & tollendam juramenti
ligionem, nemo melius judicabit, quam
i ſacram hiſtoriam intueri, indequè exempla
quenda derivare velit; de quibus pluribus
fra. Guaginus quoque rèfert Philippum Pul-
rum declaratum fuiſſe hæreticum à Bonifa-
VIII. *quod Papæ in bello Hieroſolymitano*
m ferre recuſaret. En hæreſin. Accedebat
huc altera ejus hæreſis, *quod beneficiorum*
cleſiaſticorum collationem ſibi vendicaret. At-
e hæc procul dubio major Regis illius hæ-
is. Aventinus *lib. 3. Annal. Bojor.* refert
rgilium Epiſcopum Juvanenſem, qui Divus
ebatur, ſacerdotio & Eccleſiâ pulſum, quod
ilosophus eſſet, & Antipodes eſſe doceret,
entes nobis adverſa veſtigia; rem illó
o ridiculam & incredibilem. Aneas Syl-
s qui poſtea ad Pontificiam Sedem evectus
Pius II. dictus, ſcribit in ſuâ bullâ recognitio-
, ſe, in tenebris ambulaſſe, & procul à verâ
e receſſiſſe, quando credidit Concilium eſſe
ra Papam: *Contra*, inquit, *Concilii digni-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tatem mutire crimen hæreſis fuit. Innocentius & Patres Concilii Lugdunenſis poteſtatem deponendi Imperatorem indignè atque arroganter ſibi adſcribunt, & poteſtatem ſolvendi ſubditos juramento fidelitatis injuſtiſſimè ſibi vendicant, ſecuti fortaſſis exemplum Innocentii III. qui in Concilio generali Lateranenſi de hæreticorum fautoribus idem decretum voluit, *c. excommunicamus. §. moneantur. Extr. d. hæret.* Itaque ſi aliquis contra iniquiſſima hæc conciliorum decreta, vel etiam minutiſſima dicere audet, mox hæreticus erit. Heretici quoque dicendi illi omnes veniunt, qui concilio Niceno II. *ſeſſ. 4. & 6. & 7.* non aſſentiuntur, cum dicat Angelos eſſe corporeos, & imagines eſſe ſacris Evangeliis æquiparandas, majoremque imaginum, quam ipſius orationis vim eſſe. Hæretici etiam illi ſunt qui Concilio Carthaginenſi IV. ſtatuenti, eum qui die dominico jejunaverit non eſſe catholicum, & Gangrenſi concilio, quod illum qui die Dominico jejunat excommunicat, contradixerit. Omnes Præterea illi hæretici dicendi ſunt, qui maximos illos conciliorum errores longâ ſerie à nobis ſupra capite X. relatos & conſcriptos, ut puncta fidei, non amplectuntur. Atq; ita parum aberit, quin boni illi Conciliorum patres etiam Chriſtum ejuſque Apoſtolos & Evangeliſtas qui conciliis illis contraria & docuerant & ſcripſerant, hæreticos faciant. Impiiſſima illa. Sic & hodiè hæreſis eſt credere cum Paulo Apoſtolo, Epiſcopum debere eſſe unius uxoris vi-

s virum, aut ſatius eſſe in Eccleſiâ proloqui
inque verba lingua incognitâ, quam decem
illia, linguâ omnibus notâ. Habentur porrò
bullâ excommunicationis Leonis X. quâ
Iartinus Lutherus ejuſque ſequaces anathe-
atis vinculo & crudelitati ſubjiciuntur, Romæ
nno M.D XX. 17. Calend. Julii, ejus Pon-
ficatus, anno octavo, datâ, quæ incipit:
xurge Domine, & judica cauſam tuam, &c.
æque ad calcem ultimi concilii Lateranenſis
ldita eſt, ejuſdem Lutheri hæreſes, longâ
rie enumeratæ atque inter illas hæc duo do-
menta: *Certum eſt*, inquit Lutherus, *in manu*
cleſiæ aut Papæ, prorſus non eſſe ſtatuere arti-
los fidei. Et illud: *Optima pœnitentia, nova*
ta. Proh horrendas &, (ex mente Pontifi-
m) penitus exterminandas Lutheri hæreſes,
in Regibus & Principibus, regni Principa-
ſque, & omnis dignitatis ac Majeſtatis pri-
tione vindicandas, ipſâ demum acerbâ mor-
ulciſcendas, cum nemo Regum Imperium
i cum vitâ amiſerit. Si itaque ob tales hæ-
ſes, vel conſimiles ſaltem, quales hactenus
umeravimus: dignus eſſet Rex, ut ſuo Im-
rio privari poſſet, iniquiſſimum tamen foret,
illis judicari ac hæreſeos argui, qui eodem
mine ipſi erant peſſimè maculati; inter quos
pherinus unicus, Liberius unicus, Anaſta-
s II. Vigilius unicus, Severinus unicus, Jo-
nnes XXIII. Johannes XXIV. Gregorius
I. Bonifacius VIII. Eugenius IV. & alii.
l ſaltem ab illis tam inhumano ac crudeli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

modo corrigi, qui peſſimâ idololatriâ erant inquinati, quales: Marcellinus unicus, Conſtantinus unicus. Gregor. III. Paulus I. Adrian. I. Adrianus II. &c. Quibus ſedentibus, ſi Rex quiſpiam hæreſeos fuiſſet inſimulatus, quâ quæſo ratione, quo jure, quave fronte, homines omni religione penitus exuti, ac horrendæ idololatriæ deditì, de tali Rege ſententiam ferre potuiſſent? Deinde, ſi mox ob quamcunque hæreſin Rex ſuo regno privari poſſet, ſummæ negligentiæ ac lenitatis arguerentur meritò priores Pontifices, quod Reges Oſtrogothorum & Longobardorum in Italia, Veſtrogothorum in Hiſpaniâ, Vandalorum in Africa, qui Arriani erant, non excommunicaverint, & è regno ſuo ejecerint; Vel etiam in Imperatores Græcos, quorum multi hæretici fuerant, eandem abdicationis ſententiam non promulgaverint. Tacebant tum temporis boni illi Pontifices, nec ſemel mutire audebant; timentes ne de ipſorum luderetur jugulis; cum verò poſtea mitiores viderent Imperatores ac Reges, mox in omnem audaciam ac licentiam proruperunt, novoſque hos hæreſeos colores, quos ſuæ prætexerent tyrannidi, excogitarunt & quæſiverunt; nec meliores invenire poterant, quibus ſubditos adverſus ſuos Reges & Principes ad arma provocarent & incitarent, cum illi audito nomine hęretici, mox quęlibet execranda adeſſe, ſibi perſuaderent, juſtumque eſſe, ut talis è regno ob crimen illud pelleretur, judicarent. Interim, quæ quæſo illa eſt hæreſis, quam

am Pontificii hic nobis explicant; certò
hi perſuaſum habeo, unumquemque Chri-
inum ac pium hominem qui ſaltem Papæ
nitis in omnibus non paret, hâc ratione
reticum eſſe; & procul omni dubio, quod
c ſcribam, in hæreticorum ordinem, etiam
referet raſus ille ordo, bono tamen ſum
mo, cum me à crimine illo abſolvi poſſe
fidam, quamvis ad Romani vulturis viſum
quam genua flectem, utque novum Numen
orem. Denique & illud addendum, Ponti-
es novam tyranni ſignificationem adinve-
e: Non enim illis tyrannus, qui vel vi alie-
n regnum occupavit; vel qui durius ac inhu-
pius ſubditis ſuis imperat, quique potius ſuam
m ſubditorum utilitatem quærit; vel qui
eſtate legibus conceſſâ, ad ſuam ſaltem ex-
ndam libidinem abutitur, & ſubditorum
itur ſanguine: ſed qui Pontificum libidini,
ritiæ ac ſuperbiæ non ſatisfacit, aut qui Papæ
reto, Regno ſuo exutus, conatur illud ar-
omnique ope & operâ recuperare, defen-
e, ac retinere. Vel breviter: Tyrannus eſt,
Papæ quocunque modo adverſatur. Quod
nium Imperatorum ac Regum excommuni-
orum exempla ſatis & abundè docent; cum
nim aliquis Imperatorum, ſe Pontificiis illis
inibus oppoſuerat amplius non Imperator
tyrannus fuit. Scilicet, hæc eſt illa tyran-
cujus Pontifices illos arguunt, ut tutis &
nmodius in eoſdem execrandam ſuam ty-
nidem exercere poſſint. His itaque utun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tur viis quibus ſubditorum animos à ſuo Magiſtratu avertant, eoſdemque ad rebellionem, ac Regum internecionem invitent, ſi etenim Rex quiſpiam vel Imperator, aliquo horum criminum fuerit notatus, ac poſtea ex emiſſis ſicariis confoſſus, mox audies, non Regem occiſum, ſed vel Atheum, vel hæreticum, vel tyrannum.

Nec adhuc illa ad torturam Regum ſufficiunt, ſed ſi illorum criminum rei non ſunt, nova delicta excogitant Pontifices, quibus eoſdem involuant ac onerent, ut apud ſuos in peſſimam cadant ſuſpicionem, quæ poſtea cauſam eorundem ruinis offerat; nec unquam aliquid minus optant, quam ut Reges ſe inſontes probent. Inter infinita alia, exemplum unum nobis offert, *Helmoldus Presbyter*, *Chronic. Sclavor. cap. 32.* Circumſteterunt Henricum IV. jam penè à ſuis deſertum, Moguntinus, Colonienſis & Vormatienſis Epiſcopi, miſſi à Principibus conjuratis, eumque ſic ſunt affati: *Fac nobis reddi coronam, annulum, & purpuram, cateraque ad inveſtituram Imperialem pertinentia, filio tuo deferenda. Illo percunctante dejectionis ſuæ cauſam, reſponderunt dicentes; Quid quæris quæ tu optimè noſti? meminiſti qualiter univerſa Eccleſia tui cauſâ maximo ſchiſmatis errore multis jam annis laboraverit? Qualiter Epiſcopatus, Abbatias, præterea omnia Eccleſiæ regimina feciſti venalia, nec fuit in conſtituendis Epiſcopis, ulla legitimæ electionis facultas, ſed ſola pecuniæ ratio. Pro his & aliis*

cauſis

cauſis, ſanxit authoritas Apoſtolica, favitque Principum unanimitas, te non ſolum Regno, verum etiam Eccleſiaſticâ communione privatum. Quæ contra Rex ait: Dicitis quia ſpiratuales dignitates precio vendiderimus, veſtra quidem poteſtas eſt tale crimen nobis impingere. Dic ergo Moguntine, dic adjuratus per nomen æterni Dei, quid exegimus aut recepimus, quando te Moguntiæ præfecimus? Tu quoque Colonienſis, per eundem te conteſtamur, quid nobis dediſti pro ſede, cui noſtrâ munificentiâ præſides; Illis fatentibus nihil pecuniæ hujus rei gratiâ, aut oblatum aut acceptum; Rex ait, gloriâ Deo, quia vel in hac parte fideles inventi ſumus. Certè dignitates iſtæ præſtantiſſimæ ſunt, & magnum quæſtum cameræ noſtræ referre poterant. Porrò Dominus Wormatienſis qualiter à nobis ſuſceptus, ad quid promotus, ſcilicet pietate vel quæſtu erga eum uſi fuerimus, nec vos, nec ipſum latet. Indignam ergo beneficiis noſtris redditis gratiam. Nolite quæſo fieri participes eorum qui levaverunt manus adverſus dominum & Regem ſuum, & temeraverunt fidem & juramentorum ſacramenta. Ecce jam deficimus, parumque nobis vitæ reſtat, ſenio & labore confectis, ſuſpectate modicum, & nolite gloriam noſtram confuſione terminare: generalem curiam expetimus: ſi cedendum, propriis manibus filio coronam reddemus. Illis renitentibus & vim oſtendentibus, parumper ſecedens, Imperialibus ſe veſtivit inſigniis, & reverſus, hæc, inquit, Imperialis honoris ſunt inſignia, hæc mihi præſtitit æterni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Regis pietas, & Principum electio. Potens eſt Deus nos in his conſervare, & manus veſtras ab opere cœpto cohibere, quamvis ſimus armis & militiâ noſtrâ deſtituti: Securi, de tali violentiâ nobis non proſpeximus; ſed timor Dei vos coërceat, quos pietas non revocat. Quod ſi neutrum reveremini: ecce præſentes ſumus, non poſſumus viribus refragari. Haſitant aſtantes, ſed invicem ſe cohortantes, accepto conamine, Imperatorem adeunt, coronam capiti detrahunt, & ſede detractum omnibus Imperialibus exuunt: Imperator ab alto ductis ſuſpiriis ſic eos alloquitur: Deus ultionum Dominus videat & vindicet iniquitatem quam facitis, ignominiam ſuſtineo antea inauditam, ſed delicta juventutis apud juſtum judicem Deum luo. Vos tamen immunes à crimine non eritis, quia jusjurandum prævaricati, juſti vindicis ultionem non effugietis. Non proſperetur honor veſter, ſit portio veſtra cum eo qui tradidit Chriſtum. Quam hiſtoriam veriſſimam, ſuo quoque calculo approbat, & totidem ferè verbis deſcribit. *Carol. Sigon. lib. 9. hiſtor. d. regn. Ital.* Eandem iiſdem quoque verbis repetit *Albert. Krantz. in Saxon. lib. 5. cap. 20.* Hic quamvis optimus Imperator nullius criminis eſſet reus: quia tamen illi domino Paſchali, eum è regno ſuo expellendum fore placuit, delictorum cumulum juratus ipſi ordo finxit. O immanem beſtiæ illius in tantum Regem tyrannidem, quæ duriſſimis quoque animis lachrymas excutere poſſet! Nec enim ſceleratiſſimum illud monſtrum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

rum, Imperatoris innocentia, non ætas, neque
reces, ut à ſceleſtiſſimo propoſito deſiſteret,
novere poterant; fictis ſuis criminibus illum
nerat, de ſolio deturbat, purpuram detrahit;
uis quæſo Chriſtianus, qui aliquos ſaltem
onſcientiæ ſtimulos ſentit, factum hoc excu-
abit? Si etenim hæc juſta erat abdicationis
auſa, ſi hæc erat paterna Ponficis diſpenſatio,
hæc paſtoralis cura; neſcio ego quid infer-
ales illi Dii ſint, qui innocentiſſimos quoſque
enenis ſuis inſectantur.

Et quamvis tot tantaque crimina, Romani
li tyranni, ad Reges cruciandos & indignè
ffligendos excogitent, proprii tamen cere-
ri ductum hâc in parte ſequuntur, atque eo-
em à Dei mandatis longiſſimè diſcedunt;
nandat etenim jus divinum ut ſubditi Regibus
uis obediant. *Rom. 13. verſ. 1. 2. 3. & ſeqq.*
. Petr. 2. v. 13. Tit. 3. v. 1. Igitur Papa
ontrarium mandatum ſtatuere non poteſt, ſci-
cet, ut ſubditi Regibus ſint inobedientes, eo-
ue illos è regno ſuo expellant, contra jus quip-
e divinum diſpenſare prohibitus eſt. *c. literas*
xtr. d. reſtitut. ſpoliator. c. ſicut quædam. Diſt.
4. arg. c. ſciendum. Diſt. 29. Gloſſ. in c. propo-
uit. Extr. d. conceſſ. præbend. Hieremias
uoque præcepit populo, ut obediret Regi Ba-
el, dicens: Submittite colla veſtra ſubter ju-
um Regis Babylonii, eique & populo ejus
ervite, ut vivatis. *Hierem. 27. v. 12.* Ita Iſraë-
tæ ſe geſſerunt erga Pharaonem. *Exod. 5.*
v. 1. & ſeqq. Cui etiam veniam ſupplicarunt,
ut li-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ut liberè diſcedere poſſent. Ita quoque erga Cyrum ſe populus geſſit, à quo etiam reditus veniam impetravit, ut templum ædificaret. *Eſdr. cap. 1.* Contra quæ ſi Pontifex diſpenſaverit, ac ſubditos in Reges excitaverit, & regnis ſuis privaverit, ipſe ſui juris eſt everſor.

Et quamvis Imperatores, Regeſque tales extiterint, qui ad Imperia gubernanda parum idonei eſſent, qui Eccleſiæ jura diminuerint, qui divinæ Majeſtati rebelles, quive, (ex mente Pontificum) hæretici, Athei, tyranni, & demum beatiſſimo Pontifici minus obedientes fuerint, in manu tamen Pontificum nunquam erit, ſimilibus purpuram detrahere, è regno ſuo expellere, pedibuſque conculcare, ac tandem ſicarios, qui eoſdem tanquam vitâ indignos, interficiant, ſubornare & emittere. At potius tales, ſi qui eſſent, tolerandi ſunt, quouſque vixerint. Azias Rex Judæ, eo quod non eſſet Idolorum excelſa demolitus, & quia incenſum ſuper altare adolere præſumpſerat, quod ad ſacerdotis officium tantum pertinebat, leprâ percuſſus eſt à Deo, ſed leproſus factus, regno privatus non fuit, quamvis Jotham Regis filius palatium ejus gubernaret, terræque populum, veluti Patris ſui coadjutor, judicaret. Illique non armis, ſed ſuaſione reſtitit Pontifex Azarias. *2. Paralip. 26. v. 17. 18. 19. 21. 4. Reg. 15. v. 5.* Cumque Saul à Deo reprobatus eſſet, adhuc tamen judicavit, ejuſque Judicium quamdiu vixit populus expectavit. *1. Reg. 15.*

David,

David, adulter fuit & homicida, adhuc tamen
mperavit. *2. Samuel. 11. v. 4. 24.* Salomon,
d idololatriam inclinavit, regno attamen
ræfuit. *1. Reg. 11. v. 1. 7. 8.* Achab quamvis
lololatra eſſet, ipſique Baal in domo ejuſdem
uam in Someron ædificaverat, altare erexe-
t, interim decem tribus judicavit. *2. Reg. 16.*
. 29. 30. & capp. ſeqq. Inſolens ptopterea
ſt, & in ſcripturâ novum, gladio reprimendos
ſſe Principes, veræ religioni adverſantes. Nam
cet ſcriptura commemoret XIX. Reges Iſraë-
s & XIV. Reges Judæ, qui pactum cum Do-
nino initum violârint, & ad falſos Deos defe-
erint, populumque ſecum in fœdam apoſta-
am adduxerint; nunquam tamen Prophetæ
ctores fuêre ſubditis, ut contra tales inſur-
erent Reges. Cumque hi ſupremam ſuam au-
oritatem Deo jure acceptam ferant. *Rom.*
3. v. 1. & ſeqq. Non Pontificum Romanorum,
d Dei eſt eos exauctorare. *Dan. 2. v. 21.* Et
cet ſcriptura recenſet plurimos Reges qui à
eo defecerint, nullo tamen vel minimo apice
æcipit, Pontificibus aut ſubditis factam eſſe
teſtatem, regnum è manibus illorum Re-
m excutiendi, eoſque ad miſerrimam ſervo-
m ac mancipiorum ſortem relegandi. Nam
periculum aliquod impendere videretur reli-
oni veræ, à Principibus abutentibus ſeculari
tentiâ, judicium & auxilium Dei expectandum
it. Ipſe enim promiſit ſe Eccleſiæ ſuæ uſque
l conſummationem ſeculi adfuturum. *Matth.*
5. v. 20. & cap. 16. v. 18. & ſeqq. Itaque non
mox

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

mox ad arma recurrendum, non mox ſubditi ab Eccleſiaſticis ad cruenta bella, cædes nefarias, violentas ſanguinis effuſiones, ac poſſimam rebellionem ſunt invitandi, non mox Princeps exauctorandus, ac pedibus Pontificis conculcandus, neque enim talia arma Eccleſiaſticos decent. *2. Corinth. 10. v. 4.* Sed melius eſt, ut adhortationibus, objurgationibus, lenitate & doctrinâ, talem Principem ad vitam ſuam corrigendam moneant. *2. Tim. 4. v. 2.* Chriſtus quoque non jubet ut Apoſtoli Reges hæreticos & perſequutores vi armatâ aggrediantur, ſed ut fugâ ſibi conſulant, nam qui ad finem uſque ſuſtinuerit, iſte ſervabitur. *Matth. 10. v. 21. 22. 23. Marc. 13. 13. Luc. 21. v. 19.* Et expreſſè prohibet Paulus, *Rom. 13. v. 1. & Petrus 1. Epiſt. 2. v. 13, 14.* impio Magiſtratui hoſtiliter nos opponere. Hoc enim gratum eſt, ſi quis propter conſcientiam Dei, ſuffert moleſtias immerito afflictus. *1. Petr. 2. v. 19. 20.* Et quis neſcit Jeroboamum, à vera fide ad idololatriam defeciſſe, & tamen de ſolio Regio à ſummo Pontifice, deturbatum non fuiſſe, *3. Reg. 12. v. 28. 29. & ſeqq.* Propterea Apoſtolus diſertè jubet, ne fidelis infidelem deſerat. *1. Cor. 7. v. 12. 13.* Reipſâ quoque ſuo exemplo & vitâ monſtrarunt ac probarunt ipſi Apoſtoli, qui ſub iniquiſſimis Romanorum tyrannis, ac crudeliſſimis Imperatoribus utpote; Tiberio, Nerone, Galba, Vitellio, Veſpaſimo, Domitiano, &c. vixêre, cruentorum tamen & ſeditioſorum conſiliorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ctores nunquam fuêre; aſt potius eorundem
licio & Majeſtati ſe ſubjectos voluêre. Chri-
is ipſe non declinavit judicis infidelis Pilati
ibunal. *Johann. 19. v. 4. 13, 14. & ſeqq.* Quæ
nnia ſatis clarè probant Regem vel hæreſi in-
ctum, vel idololatram, vel tyrannum, non
ox ad Pontificis tribunal, ut cauſam dicat,
candum, non mox propterea omni honore
gio eundem privandum, nec confeſtim ab
piis quibuſdam cucullatis coronâ & purpurâ
eundum fore. Nam cum Iſraëlitæ à Rege
araone affligerentur, illum in judicium, ut
l ſe purgaret, vel ſententiam ſibi dici audiret,
on vocarunt, nec in eum ideo conſpirârunt,
t rebellionem concitârunt, ſed ad Deum
i voces eorum exaudivit, conſtanter cla-
ârunt. *Exod. 3. v. 24.* Sic nec captivi ſub
ranno Nebuchodonoſore & aliis Regibus,
s diem dixerunt ſuſcipiendi Judicii, cauſam-
e coram Pontifice quopiam examinandi,
l ad Deum qui Regibus & Pontificibus om-
bus ſuperior eſt, provocarunt. Nam propter
ccata ſubditorum, Deus plerumque Reges
furore ſuo dat, atque hypocritam regnare
it. Miſerrimi quoque omnium eſſent Prin-
es, ſi cenſuræ, ac judicio ſubditorum ex-
ſiti eſſent, impoſſibile enim foret Principem,
amvis bonum & juſtum, omnibus placere
ſſe, maximè verò malis, qui juſtitiæ metu
rumq; terrentur, atque bonis ſibi adverſariis
ident. Nec unquam melior, juſtior, in-
centior inveniri potuit ipſo Principe, & Rege
Regum

Regum Jeſu Chriſto, quam nihilominus populus ſuaſione & ambitione eorum, qui præſtantiores haberi volebant, ad mortem poſtulavit, eique inſignem latronum Principem Barabbam prætulit. *Matth.27. verſ.16,20,21. Marc.15.v.11. Luc.23.v.18.*

Porrò ipſi quoque Eſſæi qui inter Judæos exquutionem verbi Dei profitebantur, definiverunt, etiam Principes ſupremos, qualeſcunque eſſent, immobiles inter ſubditos, ut ſacratos, à Deo miſſos eſſe debere, velut teſtatur Joſeph. d. fact. Judæor. quoniam lege divinâ ſcriptum eſt, Principi populi tui non maledices. *Exod.22. v.28. Actor.13. v.5. Canon. Apoſtol.54. & 83.* Multo magis prohibitum eſt in eundem invehere; qui enim poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. *Rom. 13. v. 2.* Et quamvis Reges, Principeſve vitiis obnoxii, hæreſi polluti, atheiſmo maculati eſſent, attamen eorum Majeſtati & poteſtati detrahendum non eſt. Nam & filii Samuelis degenerabant, & in populo tyrannicè vivebant, ita ut populus juſtam occaſionem eligendi ſibi Regem habere videretur, tamen conſultus Deus, eorum petitionem ægrè tulit, dicens: non te ſed me ſpreverunt ne regnem ſuper eos. *1.Reg.8. v.7.* Propterea notatu dignum eſt, quod Michaëlem Orſauthum Hungariæ Palatinum dixiſſe legimus, nam cum reliqui proceres Matthiam è ſolio ſuo dejicere cogitarent, reſpondebat ille: *Quemcunque,* inquit, *ſacrâ coronâ coronatum videris etiamſi*

bos

os fuerit, adorato, & pro Sacro Sancto Rege ucito & obſervato. Bonfin. lib. 3. Hiſtor. Hunar. decad. 4. Et quanquam noſter Salator, ſæpè avaritiam, impietatem, aliaque Phaſæorum & Scribarum ſcelera, reprehendet, tamen eis quia in cathedra & ſede poteſtatis ſedebant, obtemperari juſſit. *Matth. 2. v. 17. Marc. 11. v. 14. Luc. 20. v. 22.* Nec iquis magis in imperio ſuo, tyrannidi deditus ſe poteſt. quam Nabuchodonoſor (de quo ulo antea) Aſſyriorum Rex, qui civitatem ieruſalem invaſit, templum ejuſque ſanctuaum polluit, domos diremit, civitatem deruxit, *Dan. cap. 1. 2. & ſeqq.* Et tamen rophetæ Dei qui ſub ejus premebantur tyrande, conſilium minimè injerunt quâ ratione um tollerent, ejuſque ſubditos contra ipſum rmarent; at potius præceperunt, ut populus ontinuò pro ipſo & regno ejus oraret, ut illi iiſque ejus Deus longævam æternamque vim concederet. *Baruch. cap. 1. v. 12. 13.* Si ique Deus populo cuidam vel hæreticum, l tyrannum, in peccatorum ſuorum pænam iſiſſet, non continuo ille à Pontifice excomunicandus, non ſtatim omni honore ſpolianıs ac demum à ſubornatis Sicariis veluti bos actandus erit, aſt potius ſi in errore perſevet, pro ipſo vehementius orandum, ut ad niorem tandem viam ac vitam redeat. *1. Tim. v. 1. 2. & ſeqq.*

Et certè iniquiſſimè agunt nobiſque impoınt illi, qui, quod alias de remiſſione peccatorum

torum ſpirituali, & interno rerum divinarum regimine dictum eſt, mox ad turbandas Reſpublicas eaſque evertendas, ad aliud externumque forum transferunt, quaſi eadem peccata, ob quæ aliquis fidelium communione privatus eſt in Eccleſia, illum quoque à Republica excludant. *c, nos ſanctorum. c. juratos. 15. q. 6.* Quaſi ille qui membrum Eccleſiæ non eſt, neque Reipublicæ membrum eſſet. Diſtinctiſſimæ quippe res ſunt Eccleſia & Reſpublica. *c. quoniam. Diſt. 10. c. utinam. c. denique. c. cum adverum. Diſt. 96. Novell. 6. in pr. c. victor. Diſt. 27. c. d. capitulis. c. ſuſcipitur. dict. Diſt. 10. Joh. 18. v. 36. & cap. 6. v. 15.* de quibus alibi pluribus egimus. Nam excommunicatio remedium ſpirituale eſt ac Eccleſiæ internum, ac Principi non magis Reipublicæ adminiſtrationem aufert, quam alicui privato rerum ſuarum dominium. *Gloſſ. in c. paſtoralis. in verb. ſubtrahuntur. Extr. d. appellat. recuſ. & relat.* Eò enim tendit excommunicatio, ut lucrifiant fratres, qui aberrarunt. *Matth. 18. verſ. 15. c. novit. Extr. d. judic.* ut peccatore tradito Sathanæ ad interitum carnis, ſpiritus ejus ſalvus ſit, in die Domini Jeſu. *1. Cor. 5. v. 5. 1. Timoth. 1. v. 20.* Non ut regna Principibus auferantur, ut rectè ſcripſit Fridericus II. ad Innocentium IV. *Pontificem quidem in ſpiritualibus habere poteſtatem, ut peccatores quoslibet poſſit abſolvere, & ligare, nuſquam tamen legi, quod Papa divinâ vel humanâ lege concedente, poſſet transferre pro lubitu imperium:*

aut

de Regibus & Principibus , *in regnorum* *vatione temporaliter judicare. Naucler. ge-* *rat. 42. Banoſ. d. polit. & hierarch. Rom.* *p. 17.* Nam omnis peccati mortalis cenſura rtinet ad Eccleſiam. *c. novit. Extr. d. judic.* d ſi Rex tyrannidem in Republicâ exercet, hæreſi tali, qualis antea deſcripta eſt, laborat, Papæ dominationi & inſanæ ſuperbiæ ſeſe ponit, peccatum mortale non eſt. Itaque c hic aliqua excommunicatio, & exinde re- orum jactura locum habebit, nec ſubdito- n arma. Jus enim quæſitum auferre peccatum gnum eſt, interim ſubditos in ſuum Domi- m contra jus divinum & humanum irritare, ltò majus eſt. *Anton. Capyc. deciſ. 166.* *m. 12.* Ea verò quæ cum peccato ſunt con- ncta, nec Pontificem facere debere dicen- m eſt. *c. faciat. 22. q. 2.* Unde ſequitur, ſi ntifex juramentum Regi ſuo à ſubditis præ- um non ſervari præcipiat, ut deinde perju- m oriatur, obediendum illi non eſt, quia ccandi licentiam dare minimè poteſt, ut pro- t: *Felin. in c. ſi quando. Extr. d. reſcript. &* *c. accepimus. Extr. d. fid. inſtrument. Abb.* *c. cum teneamur. Extr. d. præb.* Item cum ex ejus ecepto aliquod ſcandalum oritur, aut malum urum prævidetur, ei minimè obediendum t. *Innocent. in c. inquiſitioni. Extr. d. ſentent.* *comm. Abb. in c. cum parati. Extr. d. appellat.* *uſ. n. 10.* Ex tali autem excommunicatio- , quâ quis ſimul Republicâ excidit, ac ſubditi obedientiâ Regi debitâ revocantur, ſcanda-

lum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

lum malumque futurum oritur, quo in caſu obedientia Pontifici nulla debetur.

Extendit itaque plus juſto Pontifex Romanus Eccleſiaſticum illum nervum, cum eundem etiam ad Rempublicam referre vult, non enim ſcriptura ſacra extenſionem illam patitur, contra quam tamen nec Papa diſpenſare poteſt, veluti antea probavimus, & nobiſcum adhuc probant. *Johann. Majorin. lib. 4. ſentent. diſtinct. 24. quæſt. 16. Dominic. Sot. lib. 1. d. Juſtit. & jur. quæſt. 7. artic. 3. Turrecremat. libr. 2. d. Eccleſ. cap. 107. Aquin. in quodlib. 4. art. 13. & quodlib. 9. artic. 15. Summ. Angelic. in verb. Papa.* Peſſimè igitur peccant hâc in parte Pontifices, quod eo medio populum ad rebellionem in Regem commovent, ut tali vexatione meliorem illum faciant, quoniam tanquam Dei poteſtatem uſurpantes, arguendi ſunt, ut ſcribit Anacletus Papa in ſuà Epiſtola 1. relatâ poſtea inter canones. *c. ſi omnia. 6. q. 1.* Si omnia, *inquit*, in hoc ſeculo vindicata eſſent, locum divina judicia non haberent, ſupervacuis enim ad beneficia laborat impendiis, qui ſolem certat facibus adjuvare, ideo ſi aliquis putat ſe Deo in hoc placere, quod ſervos ſuos accuſet, & ut meliores fiant, dicit ſe hoc agere, in vanum laborat, & plus invidiæ ſtimulis agitatur, quam charitatis; quoniam gratiæ plenitudo, adjectione non indiget, nec ulla requirit commendationis augmenta. *Hæc ille.* Eorundem quoque non eſt de ſimilibus judicare, quæ potius Dei judicio reſer-

nda ſunt. Deus enim modis non caret, ibus uti poteſt, quando malos Reges tollere, t emendare voluerit. Rex ſolum à Deo pendet, cui etiam ſoli pro ſubditorum ſuo-m regimine redditurus eſt rationem. *Rom.* . *v. 1.* Quod etiam Atheiſmi ac hæreſeos ges arguere ſolet Pontifex, & propterea gio munere indignos cenſere, in eo rurſus gis peccat, cum ejus non ſit de illis judicare. *conſuluiſti. 2. q. 5. c. erubeſcant. Diſt. 32. c. riſtiana. 32 q. 5.* Ergo ob illlas & conſimi- cauſes non poteſt Reges excommunicare, regno ſuo abdicare.

Et veluti hactenus Pontifex nullo penitus ju- poteſtatem aliquam habuit, Regem quem- am è Majeſtatis ac potentiæ ſuæ ſolio, tetris s fulminibus deturbandi, ita neque iiſdem ditos à juramento, quo Principi ſuo nem obedientiam & ſubjectionem debent, erandi & ſolvendi. Nam inprimis certum , illud fidelitatis juramentum, quod à ſub- is Regi fit, homagium ligium appellari. *Spe- lat. in tit. d. feud. §. quoniam. n. 3.* Sed ho- agium pro rebus temporalibus tantùm præ- ri, certum eſt, quod ipſum jus Canonicum am docuit, *in c. ult. Extr. d. reg. jur.* Indi- um eſſe, *ait*, & à Romanâ Eccleſiâ alie- m, ut pro ſpiritualibus facere quis homa- um compellatur. Homagium appellamus lelitatem, obſequium, obedientiam, & jura quæ fiduciarius Domino, ex formulâ neficii dare, facere tenetur. *Bodin. lib. 1. d. republ.*

republic. cap. 10. num. 108. Homagium enim eſt ſacramentum fidelitatis, quod pro aliquo ſpirituali facere quis non debet, cum illud ſit ſimoniacum. *c. ex diligenti. Extr. d. ſimon. & ne aliq. pro ſpirit.* Pro ſolis itaque temporalibus præſtari debet. *Alexand. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. n. 20. ff. d. damn. infect. Decius Conſil. 413. n. 3. Anton. Corſett. in c. grandi. Extr. d. ſupplend. neglig. prælat.* Et hæc cauſa erat quod Innocentius III. definivit, hoc fidelitatis ſacramentum, quod inter Reges præſtatur, ad ejus juriſdictionem non pertinere, eò quia temporalia ſolum concerneret. *c. novit. Extr. d. judic. Ignæus in repet. l. 1. §. non alias. ff. ad SC. Syllanian. n. 415* Cum enim litis occaſione, bellum inter Reges Angliæ & Galliæ eſſet ortum, tandem tranſactione initâ atque juratâ, Rex Franciæ iterum Angliæ Regem tædio afficiebat, pacis capitula non obſervando, & cum Regis Angliæ intererat in tranſactione perſiſtere, atque ſuper obſervantiâ juramenti ageretur, quod in temporalibus conſiſtebat, conſultus Innocentius Papa reſpondet, non eſſe intentionis ſuæ, turbare juriſdictionem Regis, nam cum de rebus feudalibus ageretur, pro quibus fidelitas facta fuerat, ipſe qui directus Dominus eſt, & feudi, & jurisjurandi pro eo præſtiti, competens judex eſt. *Bodin. lib. 1. d. Republ. cap. 10. Bald. conſil. 275.* Cum itaque homagii præſtatio utpote quæ pro temporalibus fit, ad Papæ juriſdictionem non pertineat, ut pluribus oſtendit,

Abbas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Abbas in c. 1. n. 4. Extr. d. jurejur. Bartol. in *1. §. & poſt. ff. d. nov. oper. nunc. n. 7.* Ean-
em igitur quo minus Regi, cui debetur offerri
ebeat, impedire non poteſt, Papa enim
aturalem obligationem Regi quæſitam tol-
ere non debet, ut habetur in *Clement. Pa-*
oralis. d. rejudicat. Innocent. c. cum inter. Extr.
. renunciat. Itaq; multò minus ne ſubditi ſacra-
ientum præſtitum obſervent, impedire poteſt.
Quam in rem *Ambr. lib. 3. offic. c. 10.* ita ſcribit:
nnocens credit omni verbo, non vitupe-
anda facilitas, ſed laudanda bonitas, hoc eſt,
nnocentem eſſe, ignorare quod noceat, etſi
rcumſcribitur ab aliquo, de omnibus tamen
enè judicat, qui fidem in omnibus eſſe arbi-
atur. Hâc igitur mentis ſuæ devotione in-
inatus Joſua, ut crederet Gabaonitis, teſta-
ientum diſpoſuit, pacem dedit, confirmavit
ocietatem. Sed ubi in terras eorum ventum
t, deprehenſâ fraude, quod cum eſſent fini-
mi, advenas ſe eſſe ſimulaverunt, circum-
riptum ſe populus parum indignari cæpit,
oſua tamen, pacem quam dederat, revocan-
am non cenſuit, quia firmata erat ſacramenti
ligione, ne dum alienam perfidiam redar-
ueret, ſuam fidem ſolveret. *Hæc ille.* Jura-
entum propterea omne ſervandum eſt, niſi
rgat in ſalutis detrimentum ac pejorem exi-
m. *c. quod David. c. juravit David. & capp.*
qq. 22. q. 4. Nam ſi jurejurandi religio
icumque tandem præſtita, ſervanda non
ſet, tranſitus fieret de uno malo in aliud,

Z ſcilicet

ſcilicet à perjurio ad offenſionem, quod cum fit, juramentum etiam ſuâ naturâ illicitum, ſervandum eſt. *c. ſi quis præventus. §. ecce. 22. q. 4.* Ibi: cæterum ſi propterea deſeritur, ut in aliud malum tranſeatur, illicitum ſacramentum damnabiliter ſervatur, ſed damnabilius contemnitur. *Et c. mulier. §. ex his itaque. dict. c. 22. q. 4.* Ibi: Ut in aliud malum pernitioſum declinet, tanto gravius delinquit, quanto damnabilius peccata peccatis accumulantur. Sed cum aliquis ſubditus juramentum quod ſuo Regi præſtitit contemnit & revocat, ad perfidiam declinat, ac perjurus fit, cum ita nequiter credentem decipiat. *cap. 1. 22. q. 2.* Perjurii verò non mitior pæna quam homicidii, hoc enim corpus illud animam damnificat. *c, ille. 22. q. 5. c. prædicandum. 22. q. 1.* Adeo, ut ſi in diſpendium animæ juramentum non vergat, omnino ſervandum eſt. *c. ſive. 10. c. veniens. Extr. d. jurejur.* Juramentum verò fidelitatis, quo Principi ſubditus eſt obſtrictus, in diſpendium animæ non vergit, nec etiam ſine perjurii ac perfidiæ crimine ſolvi poteſt, ergo etiam illud omni ex parte ſervandum venit, *dd. cc.* à quo nec Papa aliquem ſolvere poteſt. *c. faciat. & ibi Gloſſ. 22. q. 2. Felin. in c. ſi quando. Extr. d. reſcript. Abb. in c. cum teneamur. extr. d. præbend.* Cumque, ut diximus, homagium & fidelitatis ſacramentum, non niſi pro temporalibus præſtari ſoleant. *dict. c. ult. extr. d. Reg. jur. c. ex diligenti. extr. d. ſimon. c. nimis. extr. d. jurejur.* Temporalia

autem

utem ad Pontificem non ſpectant, *c. noſtri.* *3. q. 3. c. tequidem. 11. q. 1. c. peccat. c. prin-* *pes. c. quando. 25. q. 5. c. præcipimus. Diſt. 90.* rgo etiam de juramento Principi à ſubditis ræſtito diſponere non poteſt, multò minus l revocare & annihilare, nec eoſdem ut in rincipis perſonam & officium invehant, nimare debet, cum hoc anathema ſit. Ut xpreſſè diſpoſitum eſt in *Concil. Toletan. XVI.* *ap. 8.* & *Bruchard. & Ivo ex dict. Auguſtin.* tant, poſtea verò à Gratiano inter *cc.* relatum, is verbis: ſi quis laicus juramentum violando rophanat, quod Regi & Domino ſuo jurat, poſtea perverſè & dolosè regnum ejus tra- taverit, & in mortem ipſius aliquo machina- ento inſidiatur, quia ſacrilegium peragit, in hriſtum Domini manum mittens, anathema t. *Eſt paulo poſt:* Epiſcopus verò, presbyter, iaconus, ſi hoc crimen commiſerit degradetur. *ſi quis laicus. 22. q. 5.* Porrò, cum Romanus ontifex, etiam ſubditos, ſi excommunicato ipſo Regi amplius obedientiam præſtiterint, eundem omni vi & viribus, è regno non ecerint, excommunicat, & anathematis ſui rrore ad perfidiam & perjuria ſollicitat, uare & ipſe ad exitum vitæ eſt excommuni- atus. Veluti generaliter ſtatuit Concilium latiſconenſe *cap. 17.* relatum inter *cc. c. ſi quis* *nvictus. 22. q. 5. c. ſiquis coactus. eod.* Eâ nim ratione etiam ipſe eſt perjurus. *c. qui* *mpulſus. eod.* Et propterea à ſede ſuâ eponendus. *dict. c. ſi quis laicus. in fin. 22. q. 5.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Juramentum itaque fidelitatis à ſubditis Regi præſtitum, illæſum manebit, quamvis etiam ipſe ſit tyrannis, vel hæreſi quâpiam infectus, ne illi in perjurii crimen incurrant, ejusque pænam promereri velint. *c. juramenti. c. qui compulſus. & ſeqq. per tot. 22. q. 5. Levit. 5. v. 4. 1. Reg. 8. v. 31. 2. Paralip. 36. v. 1. 1. Thimoth. 1. v. 10.* Neque tanta erit Papæ authoritas, ut eosdem à religione illâ, quâ magiſtratui ſuo ſunt obſtricti, movere poſſit, eò enim Eccleſiaſtica ejus poteſtas ſeſe non extendit, ut, etiam ad ea, quæ extra Eccleſiam ſunt referatur; Horrendum etiam eſt, quod ſubditos à tali jurisjurandi religione contra omne jus abſolvendo, non ſolum imperium Regibus etiam innocentiſſimis auferat, ſed & quod pejus, eosdem perjuros reddendo, ſeipſum tantæ perfidiæ & perjurii authorem reddit. Quæ res immaniſſimo illi monſtro Gregorio VII. ex concilio Epiſcoporum maximè exprobrata fuit. Extat quoque apud *Aventin libr. 5. annal. Bojor.* Epiſcopi Trajectenſis regiæ cauſæ pertinaciſſimi defenſoris, ut ait *Schafnaburg. in Chron.* oratio, cujus particulam quantum ad præſens facit, adſcribam. Itaque paulo poſt principum, inquit: *Joſues hoſtibus aſtutis, fallacibus, juramentum quod mendaciter extorſerant, ſervavit. Nabocodonoſoro impio Regi, Judæos Regesque eorum fidem frangentes immortalis cœli Majeſtas, per Hieremiam Hezechielemque vates ſuos coarguit, ſeque ſpretum teſtatur. Qui juramentum con-*

mnit fœdus ſpernit, pactum ſolvit, fidem fran-t, illum deſpicit, per quem juravit: Illi facit juriam, cujus nomini adverſarius credidit. ivo ego dicit dominus, juramentum quod ſprevit, dus, quod prævaricatus eſt, ponam in caput us. Nunquid qui ſolvit pactum, effugiet, non nſiderandum cui ſed per quem juraveris. Multò im fidelior eſt ille qui propter nomen Dei tibi edidit, quam tu, qui occaſione divinæ Maje-tis, hoſti tuo, imo jam amico moliris inſidias. e Tiberio & Nerone non ſolum leviſſimis tyran-s, ſed impuriſſimis quoque monſtris præceptum cimus: Reddite Cæſari quæ ſunt Cæſaris; , Deum timete, Regem honorate. Principibus i non ſine cauſâ gladium portant, etiamſi ali fuerint, non modo dicto audi ntes eſtote, rum pro iis ſupremum Deum deprecamini, quò nquillam quietamque vitam agamus. Omnis im poteſtas à Deo eſt. Qui poteſtati reſiſtit, vinæ providentiæ repugnat. Idcircò ambitioſi ſuperbi ſunt, qui illud Domini Deique noſtri gium; quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum in cælis. Et, quodcunque ligaveris perterram, erit & ligatum in cœlis, perfrictâ nte interpretando, adulterant, ſuæ libidini vire cogunt, & nobis ceu pueris & omnium um imperitis aſtu illudere ſtudent. Et certè nec elius dici unquam potuit; revera clavium illâ teſtate, ad omnem tyrannidem exercendam, omnia ſcelera & crimina impunè perpe-nda, peſſimè abutuntur, ac ipſis Chriſtianis dem multa imponunt Pontifices, quid quæſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

illa poteſtas ad perjurii crimen committendum prodeſt? Nec enim Chriſtus tali poteſtate, ſceleribus, perfidiæ, cædibus, inſidiis, adverſus Principes viam aperire voluit, aſt potius, ut illa in vero ſuo vigore & exercitio intra Eccleſiam maneret, præcepit. *Matth.* 16 *verſ.* 19. *Joh.* 20.23. *Matth.*18.*v.*17. 1.*Cor.*5.*v.*4.5.

Ex nullis itaq;vel juris Canonici vel juris divini regulis hactenus probari potuit, Pōtifici, Reges excommunicandi,eosq;regno privandi,& ſubditos à fidelitatis ſuæ juramento abſolvendi potestatem conceſſam eſſe, quippe cum excommunicatio Eccleſiæ non verò Reipublicæ ſit clavis ligans, illius internum regimen, non verò hujus curam & gubernationem reſpiciens, veluti multis hactenus probavimus. Ac quamvis quidam Pontifices eò impudentiæ ſint progreſſi, ut fidelitatem ſibi ab Imperatoribus jurari & præſtari voluerint, quodque Imperatores quoſdam vel Reges deponere, viciſſim alios ſubſtituere, ſubditos à fide datâ ſolvere non erubuerint, attamen illa omnia, execranda Pontificum facta probant, nullum verò jus: credo etiam firmiter hodiernos Pontifices ac ſaniores Canoniſtas illorum factorum pænitere. Debebant ſanè non facta, ſed textus ſacræ ſcripturæ vel alia documenta firma in medium adferri, quibus jus iſtud ſuperioritatis comprobaretur, quæ cum deficiant, futile profectò & inane eſt, quicquid nudis factis & vanis verbis aſſeritur. Quod verò antea citatum verſum attinet, quo Petra

Petro,

Petro, & Petrus Rudolpho diadema dediſſe
dicitur, novimus bonum illum Principem Ru-
dolphum, à portentoſâ pecude Gregorio VII.
perfidis & aſtutis perſuaſionibus ſeductum,
& ad ſpem imperii capeſſendi illectum, ac ad
fidem Imperatori datam, frangendam, per-
ſuaſum fuiſſe. Sceleratiſſimum & turpiſſimum
Diaboli vicarium, contra quem in concilio
Norico omnium Epiſcoporum & optimatum
Germaniæ & Italiæ, unanimi conſenſu publi-
cum teſtimonium juſtiſſimè editum eſt, quod
videlicet, non à Deo ſelectus eſſet, ſed à ſe
ipſo, fraude & pecuniâ irrepſiſſet, Eccleſia-
ſticum ſubvertiſſet ordinem, Chriſtiani Imperii
perturbaſſet regnum, Regi Catholico & pa-
cifico intentaſſet mortem, qui inter concordes
diſſeminaſſet diſcordiam, inter pacificos lites,
inter fratres ſcandala, inter conjuges divortia,
& quicquid inter piè viventes ſtare videbatur
concuſſiſſet, ob quæ & infinita ſcelera in exi-
lium ire juſſus eſt, tandem temporali morte
liberatus, in æternum deceſſit exilium. Re-
liqua Pontificum fulmina in ſuperiori capite
enumerata, hic ſpecialiter non tango; ſufficit
hactenus demonſtraſſe, Pontifices injuſtiſſimè
contra canones, contra verbum Dei, iis
fuiſſe uſos, quod ſaniores Pontificii ſuo etiam
calculo hactenus probarunt. *Lucas d. penna in
l. 3. Cod. d. his qui numer. liberor. Freſc. lib. 2.
ſubfeud. in 2. n. 9. Curt. conſil. 73. col. 29. in
2. Joann. Gerſon. tract. d. auferabil. Pap. con-
ſiderat. 14. Joann. Majorin. libr. 4. ſentent. di-*

 ſtinct.

ſtinct. 24. q. 12. Turrecrem. lib. 2. d. Eccleſ. cap. 107. Anton. d. Roſell. tract. d. poteſt. Imperat. & Pap. §. decima rationi reſpondetur. Propterea etiam *Aventin. lib. 7. Annal. Bojor.* de Johanne XXIII. qui Lotharium Imperatorem excommunicavit, verba faciens, dicit: Ludovicus IV. Imperator, divini humanique juris conſultiſſimos quoſque in Italia, Germania, Galliis, præcipuè Bononiæ, atque Lutetiæ, jure utroque, atque ſacris literis peritos conſuluit. Hi omnes ſcripſêre acta & dogmata Joannis adverſus Cæſarem, Chriſtianæ ſimplicitati & divinæ philoſophiæ repugnare, extant hujuſmodi conſilia Theologorum, in bibliothecis in membranis ſcripta, contra Joannem XXII. &c. Etiam *Henric. Rebdorffenſ.* hæc addit: Ludovicus ſolemnes nuntios mittit de conſilio Principum ad Papam Benedictum pro reconciliatione, quibus in Alemanniam reverſis, Principes Electores Imperii conveniunt, & per juramenta definiunt: quod quicunque de cætero ipſum Ludovicum tenet excommunicatum, aut qui ceſſat à divinis propter ſententias papales; proſcriptus ſit corpore & in rebus. *Hæc ille.* Et quamvis idem Johannes XXII. Ludovico IV. litem præeminentiæ moveret, quam poſtea ejus ſucceſſor Benedictus XII. reaſſumpſit, tandem tamen ita definita erat, prout *Albertus Crantz. metropol. Saxon. lib. 9. cap. 15.* determinat. Ludovicus &c. In Germaniam *inquit* revertitur, conventuque Regni convocato permagnifico,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Francofordiam, ad quem etiam Reges Imperio non parentes, vocaverat. Venerat Rex Angliæ Imperio nihil debens, aderat Rex Bohemiæ Johannes Henrici VII. filius, cæterique regni tam ſpirituales quam temporales Principes. Ibi conſtituta ſunt multa, quæ ex dignitate Imperii tum ſunt viſa, inter alia verò, quod electus à Principibus aut à majore & ſaniore parte, adminiſtrationem habeat, citra aſſenſum Pontificis. *Et paulo infra*: Quis enim Romanus Pontifex conſecravit Conſtantinopolitanos Imperatores? Et quis ante Carolum multos Chriſtianos Cæſares? Et ante Conſtantinum Ethnicos quis conſecravit Imperatores. *Hæc ille*. Rurſus poſtea eadem controverſia diligentius fuit expenſa & accuratius deliberata, conſentientibus omnium Electorum, Ducum, Prælatorum & Laicorum in jure peritorum ſuffragiis, pro Imperatore denuò contra Pontificem, ſententia Coloniæ lata eſt, per quam apertè declaratum fuit, imperium non dependere à Papa, sed ſolâ electione verum Imperatorem conſtitui, ſine ullâ Papæ vel ſedis papalis approbatione, & contrarium ſentientes & aſſerentes omnibus feudis Imperii ipſo facto privandos ac læſæ majeſtatis reos pronunciandos fore, veluti Fridericus de Roſate teſtis hujus rei oculatus & juratus refert, & ſententiam integram eo nomine conceptam & poſtea publicatam idem recitat, quam veluti notabilem, & diſcurſus hujus quaſi compendium hic adſcribam.

Licet juris utriusque teſtimonia manifeſtè declarent Imperialem dignitatem & poteſtatem immediatè à filio Dei ab antiquo proceſſiſſe, & Deum per Imperatorem & Reges mundi, jura humano generi apertè tribuiſſe, & quod Imperator ex ſola electione eorum, ad quos pertinet, verus efficitur Imperator, nec alicujus alterius eget confirmatione & approbatione, quemadmodum in temporalibus ſuperiorem non habet in terris, ſed eidem ſubſunt nationes, & ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus mandaverit quæ ſunt Dei Deo, & quæ ſunt Cæſaris Cæſari fore reddenda: quia tamen quidam avaritiæ & ambitionis cæcitate devicti, & nullius ſcripturæ intelligentiam ſe habere dicentes, ſed divertentes à tramite recti ſenſus in quædam iniqua & prava commenta, & in aſſertiones deteſtabiles prorumpunt, contra poteſtatem & authoritatem Imperialem & jura Imperatorum, Electorum & aliorum Principum & Imperii fidelium committentes, fallaciter aſſerentes, quod Imperialis dignitas & poteſtas eſt à Papa, & quod electus in Imperatorem non eſt verus Imperator nec Rex, niſi prius per Papam, ſive ſedem Apoſtolicam confirmetur, approbetur, & coronetur, & per hujuſmodi pravas aſſertiones & peſtifera dogmata hoſtis antiquus movet lites, & jurgia ſuſcitat, contentiones ut pariat & ſeditiones procuret. Ideo ad tantum malum evitandum de conſilio & conſenſu Electorum & aliorum Principum Imperii declaramus, quod Imperialis dignitas & poteſtas eſt immediatè à ſolo Deo & quod de jure & Imperii conſuetudine antiqui-

iquitus approbata eſt, poſtquam aliquis eligitur
ı Imperatorem ſive Regem ab Electoribus Impe-
i concorditer & majori parte eorundem, ſtatim
x ſola electione eſt verus Rex & Imperator Ro-
nanorum cenſendus & nominandus, & eidem
ebet ab omnibus Imperio ſubjectis obediri, &
dminiſtrandi jura Imperii & cætera faciendi,
uæ ad Imperatorem verum pertinent, habet
lenariam poteſtatem, nec Papæ ſive ſedis Apo-
olicæ, aut alicujus alterius approbatione, co-
rmatione, authoritate indiget ac conſenſu. Et
ac in perpetuum valiturâ lege decernimus, ut
lectus in Imperatorem concorditer, vel à ma-
ori parte Electorum, ex ſola electione cenſeatur
r habeatur ab omnibus pro vero & legitimo
nperatore, & eidem ab omnibus ſubjectis Impe-
io debeat obediri, & adminiſtrationem & juris-
ictionem Imperialem, & imperialis poteſtatis
enitudinem habeat, & habere ac obtinere ab
nnibus cenſeatur & firmiter aſſeratur. Quicun-
ue autem contra hæc declarata, decreta vel defini-
t, aut aliquod eorum, aſſerere ſeu dicere, aut aſſe-
ntibus aut dicentibus conſentire, vel eorum
andatis, vel literis, vel præceptis obedire præ-
mſerint, eos omnibus feudis, quæ ab Imperio
tinent, & omnibus gratiis, juriſdictionibus,
ivilegiis, & immunitatibus à nobis & præ-
ceſſoribus noſtris eis conceſſis, ex nunc privamus,
r ipſo jure & facto decernimus eſſe privatos.
iſuper eos crimen læſæ majeſtatis decernimus
curriſſe, & pœnis omnibus impoſitis crimen læſæ
ajeſtatis committentibus ſubjacere. Datum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

in Colonienſi civitate Alemanniæ. Alberic. d. Roſat. in l. benè à Zenone. n. 16. Cod. d. quadrienn. præſcript. & in l. ſi quos. n. 2. Cod. d. offic. præfect. prætor. orient. Infinita hic alia addere poſſem teſtimonia, rei huic fidem facientia, interim cum prolixitatem vitem, lectorem ad ipſos Authores relego. *vid. Abbas Vrſperg. in Chronic. Ioh. Naucler. in chronic. generat. 45. Hedion. in rer. memorab. paralipom. ad Vrſperg. Chron. Albert. Argent. in Chron. Huldric. Mut. in Chron. Marq. Freher. in append. rer. German. Melch. Haimensf. Goldaſt. in rational. conſtit. Imperial. part. 2. prim. part.*

Et quamvis Canoniſtæ ex quibuſdam juris Canonici locis, Pontificum illimitatam potentiam probare nitantur, illis tamen nihil efficiunt & præſtant, cum propria eorundem ſint figmenta & Gratianorum ſeu adulatorum Pontificum ſomnia & nugæ, inquè nullo vel divini vel humani juris articulo fundata, itaque in propriâ eorundem cauſâ minus idonea ſunt, ut pluribus antea à nobis oſtenſum eſt. Non poſſum tamen quin faſtuoſa illa verba, Innocentii III. in *c. ſolitæ. Extr. d. major. & obed.* antea equidem in ſuperioribus à me relata, hic rurſus repetam; *quanta inquit, inter ſolem & lunam, tanta inter pontificem & Reges eſt differentia; Et quantum ſol ſuperat lunam, tantum Imperatoribus ſuperiores & excellentiores ſunt Pontifices.* Sed ut hujus præeminentiæ Pontificalis quantitatem præciſè & ex-

actè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tè etiam quoad ſcrupula tertia vel quarta
finitam haberemus, addit gloſſator Cano-
cus hæc verba: Igitur cum terra ſit ſepties
ajor lunâ, ſol autem octies major terrâ: re-
it ergò ut Pontificalis dignitas, quadrageſies
oties ſit major regali dignitate. *Hæc ille*. Alius
rò Gloſſator hic errorem calculi deprehen-
ns, & fortè magnitudinem authoritatis Pon-
iciæ diminutam videns, ita, ut non quoad
ædam ſcrupula ſaltem, ſed & quoſdam gra-
s in priori ſupputatione ſit erratum, ſub-
ngit propterea ille, Manifeſtum eſt, quod
agnitudo Solis, continet magnitudinem
rræ, centies & quadrageſies ſepties & duas
edietates ejus. Item palam eſt, quod ma-
itudo Solis continet magnitudinem Lunæ,
pties millies & ſeptingeſies, & quadrageſies
ater & inſuper ejus medietatem. *Hactenus*
. Tantæ itaque magnitudinis Pontificem
bent Cononiſtæ & Pontificii omnes, de quo
erito gloriari quoque poſſunt. Interim &
oc Pontificium eſt figmentum, quod ſatis &
arè probat, Pontifices eorumque Gloſſatores
cræ ſcr. & bonarum artium æquè peritos eſſe.
uod Johannes Andreas animadvertens de
oc canonico calculo ſcribit: *Quod per rati-
em non capio, id Aſtrologis relinquo*. In *d. c.
ite. poſt Gloſſ.* At ſi Papa eſt Sol, & Impe-
tor Luna, quinque reliqui Planetæ relin-
entur Jeſuitis & reliquo cucullatorum ordini:
ercurius propter linguæ volubilitatem, ve-
s propter libidines: Mars propter ſeditio-

nes,

nes & bella, Iupiter propter dominandi cupiditatem: Saturnus propter inquiſitionem & bella; atque ut ſydera illa erratica ab Ecclipticâ, quæ via Solis eſt, recedunt: Ita & illi à Duce Jeſu aberrant. *Dan. Ott. in diſſert. d. jur. publ. Arum. in diſc. d. jur. publ.* Porrò ſcribit Nicolaus II. in *c. omnes. Diſt. 22. Chriſtum beato æternæ vitæ Clavigero jura terreni ſimul & cæleſtis imperii commiſiſſe.* Sed præterquam quod etiam hic in propriâ cauſa teſtimonium video, attamen quoties de illo Pontificali Clavigero cogito, in mentem venire ſolent, quod de Numa Auguſtinus memoriæ prodidit. Numa, *inquit*, cum civitatem putaverit Deorum, falſorum tamen, numeroſitate muniendam, in eandem turbam referri, mortuus ipſe non meruit, tanquam cælum multitudine Numinum conſtipaſſet, judicatus eſt, ut locum ibi reperire ipſe non poſſet, *Auguſt. d. Civet Dei lib. 18. cap. 24.* Idem, ne Clavigeris illis fiat, metuendum eſt, ut tot ſanctis, quos invocant, in cælum receptis, nullus poſtea locus vel introitus ipſis pateat. Quibus addatur pia & elegans Bernhardi oratio, quâ Eugenium Papam reprehendit: Si pergis inquit uſurpare orbem, contradicet tibi qui dicet: Meus eſt orbis & plenitudo ejus. *Exod. 19. v. 6.* Non tu ille, de quo Propheta: Et erit omnis terra poſſeſſio ejus. Reliqua faſtuoſa ſuperbiæ & ambitionis Papalis documenta cap. 11. hujus tract. à nobis enumerata, blaſphemiæ & im-

pie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

pietatis pleniſſima ſunt, & refutatione penitus indigna atque igni æterno potius reſervanda. Ea demum quæ cap. XI. objiciebantur, in ſuperioribus paſſim, ſuis locis ſunt examinata & refutata.

Cap. XX. Et Ultimum.

De poteſtatis & authoritatis Pontificum diminutione, ipſiuſquè tandem Papatus ruinâ.

HActenus itaque poteſtatem illam quam Romani Pontifices, in Imperatores, Reges, & Principes, ac univerſam Eccleſiam Chriſtianam exercuerunt, in nullo juris divini vel humani articulo fundatam, ſed planè violentam ac tyrannicam fuiſſe, oſtendimus; reſtat ut aliquid de papalis poteſtatis diminutione ac demum extinctione & ruinâ agamus; parci tamen hic erimus nec multis ipſum Lectorem detinebimus. Et inprimis equidem extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, quod poſtquam Pontifices ſua capita ad ſummum ſe elevaſſe judicaſſent, omnia priſca ac meliora Conciliorum & Eccleſiæ Apoſtolicæ ſtatuta mutare, novaſque conſtitutiones in eorundem locum reponere ac condere ambitio illorum voluerit; quibus Chriſtiani ligarentur, donec pecunia ab impetrantibus harum legum gratiam, illis ſolveretur. Numus itaque divitibus lici-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

licitum fecit, quod pauperibus prohibitum remanſit, illicitiſque his legum & conſtitutionum humanarum retibus, non tantum maxima numorum copia expiſcata eſt, ſed & ſumma inter Chriſtianos orta iniquitas, plena offendicula & ſimultates, dum pauperes his laqueis ſe illaqueatos eſſe viderent, non ob aliud niſi ob ſpinas Evangelicas, (ita enim Chriſtus divitias non ſemel appellat) quas non poſſidebant; quod ſi numi ſpes refulſerit, id quod primo erat prohibitum, impunè & liberè facere, licitum eſt. Hinc omnia ſcelera, & flagitia, pecuniis Romæ licita æſtimantur, ſint furta, ſint, homicidia, inceſtus, ſcortationes, adulteria, vel quæcunque alia, quæ etiam natura negavit, crimina, numo viſo & accepto in licita declinant, daturque abſolutio. Qui abſolutionum hæc pretia ac nundinationes Apoſtolicas videre deſiderat, TAXAM CONCELLARIÆ APOSTOLICÆ inſpiciat in quo libro inter alia fol. 36. hęc habentur. *Abſolutio pro monacho portante ſotulares roſtratos, & tunicas nodatas, groſſi 7. Abſolutio pro presbytero, qui conjunctos in gradu prohibito, matrimonialiter copulavit, coram eis celebravit, groſſi ſeptem. Pro eo, qui in Eccleſia cognovit mulierem, & alia mala commiſit, groſſi ſex. Pro Presbytero qui nonnullas perſonas clandeſtinè matrimoniavit, & clandeſtinis matrimoniis interfuit, groſſi ſeptem. Pro laico, qui res ſacras de loco ſacro cepit, groſſi ſeptem. Abſolutio pro eo, qui matrem, ſororem, aut aliam conſanguineam, vel affinem ſuam, aut com-*

matrem

atrem carnaliter cognovit, groſſi quinque. ro eo, qui virginem defloravit, groſſi ſex. Pro riurio, groſſi ſex. Pro laico qui Abbatem vel ium presbyterum minorem Epiſcopo, monachum el Clericum interfecit, groſſi ſeptem, octo vel vem. Abſolutio ſuper homicidio laicali, pro ico, groſſi. 5. Pro presbytero, decano, aut rico, quando ſignatur ſupplicatio per, FIAT, oſſi octodecim vel ſedecim. Abſolutio pro eo, i interfecit patrem, matrem, fratrem, ſorom uxorem, aut alium conſanguineum laicum: ia ſi aliquis eorum eſſet clericus teneretur interfor viſitare ſedem Apoſtolicam, groſſi quinque, l ſeptem. Pro marito qui uxorem ſuam percuſſit, quâ peperit abortivum, & ante tempus, groſſi x. Pro muliere, quæ bibit aliquem potum, aut ium actum fecit, per quem deſtruxit fœtum in ero vivificatum, groſſi quinque. Horrenda ec ſunt, & impietate pleniſſima, quibus tamen ontifices miſerrimo populo omnem ſuam ex-gunt facultatem, quo fine tot reſervationes diſpoſitiones mentales & pectorales, aliaque pecuniam extorquendam figmenta invenê-. Matrimoniorum tot diſpenſationes ac in-mera excogitarunt obſtacula, ex affinitatis blicæque honeſtatis cognatione ſpirituali, gali, & conſanguinitatis, tam multis gradis originem trahentia, in quibus relaxandis, ncedendis, diſponendis, pecuniarum inter-ntu ſuam interponunt authoritatem, omnia-e licita faciunt. Nuptiarum ſolemnia, cele-ari à dominica ſeptuageſimæ prohibuerunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſed ita demum interdictum illud procedit, ſi facere quis intendat. At ſi numi ſpes refulſerit, quod primum erat prohibitum, impunè & liberè facere licet. Omnia denique ſcelera & nefandiſſima crimina igne & rotâ alias punienda, non ſolum licita, verum etiam honeſta ſunt, ſi in profundiſſimum avaritiæ Pontificum gurgitem æris copia fuerit immiſſa. Unde etiam illis nata illa Taxa Poenitentiariæ Apostolicæ, in quâ unicuique peccato, ac cujuſcunque nominis crimini, certum impoſitum ac conſtitutum eſt pretium, quo ſoluto, omnis impunitas conceſſa eſt; taleſque nundinationes, emptiones & venditiones publicè Romæ inſtituuntur, deſtinatis ad eas certis quibuſdam ædibus ac palatiis, ita ut nec viculus ſit, in quo tales non inveniantur tabernæ. Referam quod ipſe, cum Romæ eſſem, vidi & notavi; Non procul à *S. Maria Rotunda*, ſeu *Pantheo*, viculus eſt *S. Helenæ*, quem cum tranſirem, ibi magnam tabernam apertam vidi, plurimoſq; homines, tanquam ad nundinas, eandem intrantes, & ego tantum hominum confluxum inſpiciens, rei novitate captus, cum reliquis eandem intravi, ibi Simoniacæ illæ nundinationes inſtituebantur, nec deerant emptores, inter alios duo erant Principis Auriæ fideles, qui Genuæ homicidium perpetrarunt, illi mox ibi acceptâ indemnitatis ſchedulâ abſolvebantur, pro quâ quilibet tres numerabat Julios, ſeu 4. partem Imperialis. Fornicationes autem adulteria & inceſtus, tam graviter non puniun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

niuntur, in illis abſolutio pro Julio habetur. eretricius verò quæſtus ibi liberrimus eſt; æcipuè cum Pontifices ipſi publica lupanaria omæ foveant & permittant, inque fiſcum um annuatim, ultra triginta millia coronato- m pro lactis cenſu inferant, ideoque Eccle- procerum id munus eſt, ut una cum Eccle- rum proventibus lenociniorum etiam nume- nt mercedem. Henricus Cornelius Agrippa tractatu *d. vanit. ſcient.* ſe aliquando Romæ m rationes inirent, hæc verba audiviſſe. ert: *Habet ille duo beneficia, unum curatum reorum 20. alterum prioratum, ducatorum adraginta, & tres putanas in burdello, quæ dunt ſingulis hebdomadibus, Julios 20.* liberum eſt omnibus etiam ipſis Eccle- ſticis lupanaria ingredi. Nam & hoc Romæ tatu dignum, ubicunque enim ſumptuoſa Cardinalium & Prælatorum palatia, ma- ifica templa, & ſacerdotum Monachorum- collegia, ut plurimum in proximo egre- quoque lupanaria erunt. Illis nundina- nibus, accedit *praxis Cancellariæ Apoſto-* **, ejuſque regulæ. His omnia beneficia cleſiaſtica Romam protrahuntur, atque favorem nepotis, conſanguinei, aut affinis uſdam Pontificis vel Cardinalis, ſeu aliorum orundam domeſticorum, aggravantur, ut in aliis provinciis nati, ubi beneficia ſita t, non aliunde quam ex conſanguineis, & miliaribus Papæ vel Cardinalis, magnâ pe- uniæ ſummâ numeratâ, aut magna penſione

annuâ

annuâ reſervata aſſequi poſſint. Neque in hoc inexplebilis, nepotis illius, auri ſitis extinguitur, qui novas quotidiè artes excogitat, qualis eſt illa, cum ſuper beneficio aliquo vacaturo, duo aut tria millia aureorum ad futuros caſus reſervantur collatoribus ordinariis, tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus, eorumque juri ordinario, ac ipſis denique Eccleſiaſticis beneficiis in prægrande exitium, perniciem, attenuationem, & detrimentum. Nam cum caſus aliquis futurarum reſervationum exiſtit, aſſequiturque is beneficium, cui prius reſervata erant ſuper hoc millia, tum ad ſupremam opem, confingunt permutationem, reſervationem, ſurrogationem; reſervantes ſibi ingreſſum, regreſſum, acceſſum, atque alias id genus fraudes, quibus jus ordinariorum Collatorum ita exhauritur, & attenuatur, ut aut nunquam, aut vix tandem poſt multorum annorum curricula, patroni & collatores ordinarii, ad jus ſuum pervenire poſſint. Hujus generis ſunt, gratiæ, reſervationes pectorales, mentales, generales, ſpeciales, regreſſus, acceſſus, incorporationes, uniones, concordata, &c. Quæ omnia ſuis vocant excogitatis nominibus, ob pecuniæ & privati lucri amorem ſuper beneficiis, & prælaturis ubique exiſtentibus. Accedit porrò tributum ex *Annatis* & *Vacantiis*, his verbis primi anni reditus appellantur, quos Romani Pontifices ſibi vendicant, ſuoque ærario adſciſcunt & annumerant: ſed ii plerumque duplicantur, ac triplicantur. Illis

additur

ditur tributum ex præventionibus,reſignatio-
nus in favorem, commendationibus, diſpen-
tionibus ætatis, ordinis, irregularitatis, vi-
corporalis. Item, ex gratiis expectativis,
devolutionibus, beneficiis, vacaturis, ex
vilegiis, exemptionibus non viſitandi,
per procuratorem viſitandi, homologatio-
nus concordatorum, tranſactionibus ſub be-
placito Papæ factis, permutationibus bene-
iorum cum diſpenſatione, mandatis Epi-
opalibus, expeditionibus in forma ratione
ngrui, creandis Notariis & Protonotariis
oſtolicis, cum coadjutoribus, literis ma-
ris aut minoris juſtitiæ, dignitatibus ſeculari-
s, Eccleſiaſticis, novis fundationibus, aut
tiquarum immutationibus, pro reductio-
regularium monaſteriorum in ſecularem
tum, vel reſtitutione in integrum, pro li-
arum bullarumque plumbo, pro fructibus
rcipiendis in abſentiâ, pro legitimationi-
s, altaribus portatilibus, pro non obſtantiis,
o indultis clericorum ſecularium,pro revocat.
duct. acceſſ. receſſ. pro TOLERAMUS, ſeu
lerantiis concubinarum, de quibus antea, &
o reſcriptis ad Literas,&c. Et quis denique o-
nes illas fraudum, captionum & circumven-
onum ſpecies, quibus opibus & pecuniis ſim-
cis populi inſidiantur,easdemquè exhauriunt,
umerare poſſet? Maximæ autem partis ha-
m fraudum & exactionum, præcipuè verò
nnatarum & Vacantiarum, Bonifacius
III. autor eſſe dicitur, nam poſtquam ile
pri-

primus indulgentiarum nundinas, in purgatorium extendiſſet, ac loculos ex opulentiſſimis theſauris ex Jubilæo Romæ inſtituto, pinguiores reddidiſſet, fundamenta jecit, ut qui in ejus locum poſtea eſſent ſucceſſuri, non in urbe Româ tantum, ſed in toto orbe dominatum adipiſcerentur. Legem hanc tulit, ut quicunque Eccleſiaſticum munus obtineret, unius anni fructus in Pontificis Ærarium conferret; quam conſtitutionem, nullâ interjectâ exceptione, regna omnia admiſerunt, ſi ab Angliâ diſceſſeris, quæ tantummodò Epiſcopatus hoc onere gravari dixit. Ex quâ conſtitutione quale lucrum ſenſerint ejus ſucceſſores, facilè conjicere poſſumus, ſatisque nobis de Johanne XXI. à quibusdam XXII. probat, *Johann. Villan. hiſtor. lib. 11. cap. 20.* his verbis: *Nota, che doppo la ſua morte ſi trouò nel teſoro della chieſa in Avignone in moneta d' oro, il valore & computo di 18. millioni di fiorini d' oro, & di piu: & in vaſellamenti, Croci, corone, mitre, & altri giorelli, con pietre pretioſe la ſtima di largo di ualuta di 7 millioni di fiorini d' oro, ch' ogni millione, è mille migliaja di fiorini d' oro di valuta: Et noi ne potiamo fare fede piena & teſtimonianza vera ch' il noſtro fratello carnale, huomo degno di fede ch' allhora era in corte mercatante di Papa, che da Theſorieri, e dà altri, che furono deputati à contare, & à peſare il detto theſoro, gli fù detto, & avertito, & in ſomma recato, per farne relatione al collegio de' Cardinali per mettere in inventario,*

& col

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

[illegible]ol il trouarono. Il detto theſoro fù ragunato
[illegible]la maggior parte per il Papa Gioanni per ſua
[illegible]ſtria e ſagacità. Ch' inſino l' anno M.CCC.
[illegible]. preſe la reſervatione di tutti i beneficii col-
[illegible]ti di Chriſtianità, e tutti li voleva dar
[illegible], dicendo, ch' il faceua per leuar le
[illegible]onie: e di queſto egli traſſe, & ragu-
[illegible]inſieme queſto theſoro. E oltre à ciò, la
[illegible]a riſervatione quaſi mai nò confermò elet-
[illegible]e d' uno prelato; mà promoveua un Veſ-
[illegible] in un Arciveſcovato; & al Veſcovato del
[illegible]noſſo, promoveva un minor Veſcovo, & allhora
[illegible]iva ben ſouente, ch' una vacatione d' un Veſ-
[illegible]to grande ò Arciveſcouato, ò Patriarcato
[illegible]ua ſei e piu promotioni, & il ſimile d' altri
[illegible]ficii; onde molte e grandi proviſioni di mo-
[illegible], tornavano alla camera del Papa. Id eſt:
[illegible]andum, Pontifice è vivis ſublato, Avenione
[illegible]arium Eccleſiaſticum: auctum ingenti pe-
[illegible]â, cujus ſumma, ſubductis rationibus,
[illegible]es, & octies centena millia florenorum au-
[illegible]um amplius colligebat. Inſuper vaſa, cru-
[illegible], coronas, mitras, gemmas, aliaquè pretio-
[illegible]pellectilia reperta, quæ ſepties decies corun-
[illegible] florenorum, ac pluris æſtimabantur, atqui
[illegible]ies mille, ſunt decies centena millia florenorum
[illegible]eorum. Hoc autem mihi exploratiſſimum
[illegible] facilè potuit; nam ærario præfecti, atque alii
[illegible]erſiti, per quos pecunia illa numeraretur, exa-
[illegible]aretur que ponderibus, fratri meo, viro alio-
[illegible]a ſpectatæ fidei, ibi tum fortè mercaturam
[illegible]rcenti hoc ipſum firmiſſimè aſſeverarunt. Eâ

re ad

re ad Cardinalium Collegium delatâ, ut in apophaſin bona illa relata deſcriberentur; nihil me alienum à veritate dixiſſe, compertum eſt, corrogavit tantam numorum copiam, præcipuè Johannis Pontificis mira induſtria, mentiſq; agitatio atque ſolertia. Etenim jam indè ab anno M. CCC. XIX. ubicunque Chriſtiana religio colitur, omnia ſacerdotia, Collegiata, ut vocant, ſibi reſervata, ipſe tantùm conferens eo obtentu, ut ſacrorum nundinationes tollerentur, hunc theſaurum ingentem congeſſerat. Hoc nimirum reſervationis commento, nullum fere Antiſtitem in dignitatis gradu confirmabat; ſed Epiſcopum ad Archiepiſcopatus gradum provehebat, & ad provecti Epiſcopatum, minorem Epiſcopum efferebat. Quo factum fuit, ut ſede aliquâ Epiſcopali, aut Archiepiſcopali, aut Patriachali, Antiſtite orbata, ſæpè ſex & interdum plures eligerentur; eundem morem inſtitutumquè quoad alia minora ſacerdotia deinceps ſequutus, innumerabilem pecuniam in Eccleſiaſtico ærario coacervavit. Hæc Villanus. Cui adde Polydorum Virgilium, *lib. 8. cap. 2. d. invent. rer.* Quantum etiam è regno Galliæ ex ſimilibus Annatis, vacantiis & expectativis habuerint Pontifices, nobis Franciſcus Duarenus monſtrat, in ſuo de Beneficiis libro; ita enim ille *poſtulator. artic. LXXII*: Ut ſpeciatim ac ſiggillatim demonſtremus, quantoperè hoc triennio, pecuniâ regnum exhauſtum ſit, animadvertendum eſt, Pii Pontificis tempore, vacaſſe in hoc regno plus quam viginti Archiepiſcopatus & Epiſcopatus,

atus, nec dubium eſt, quin tam pro annuo
lo Vectigali, quod *Annatam* vocamus, quam
ro reliquo ſumptu neceſſario & extraordina-
o in ſingulas bullas, ſena aureorum millia de-
enſa, numerata ſint; quæ ſumma eſt centum
t viginti millium aureorum. Et Articulo
,XVIII. *Abbatiæ ad ſexaginta eo am-*
lius vacaverunt in hoc regno, quarum ſin-
ulæ duobus millibus aureorum ad minimum con-
ſtiterunt: Summa ergo eſt, centum & viginti
illium aureorum. LXXIV. Eodem tempore prio-
atus, decanatus, præpoſituræ, præceptoriæ &
liæ dignitates, qualituo inſignitæ non ſunt, pluſ-
uam ducentæ vacaverunt, ac in ſingula hujuſ-
odi beneficia aurei numerati ſunt quingenti.
umma itaque eſt centum millium aureorum.
XXV. Conſtat in hoc regno, ut minimum cen-
m millia paræciarum eſſe, quæ inhabitantur &
colantur. Nec ulla eſt, in quâ eo tempore gra-
am expectativam aliquis non impetraverit, in
arum ſingulas, viginti quinque aurei impenſi
nt, tam pro itineris ſumptu quam pro bullarum
nfectione, pro non obſtantiis, prærogativis, an-
llationibus, & aliis ſpecialibus clauſulis, quæ
atiis expectativis adſcribi conſueverunt. Item pro
ecuterio proceſſu, ſuper eiſdem gratiis facto.
umma hæc eſt vicies quinquies centena millia
reorum. Hæc ille. Atque hæc omnia ita
Senatu ſupremo Pariſienſi computata eſſe
firmat idem. Deum atque Hominum fidem!
æ miſeria eſt, opimos & pingues illos ſa-
ificulos ex miſeri & dementati populi faculta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tibus ſaginari, tantamque pecuniarum ſummam, Romam exportari, & mox in luſtris, ganeis & helluationibus Pontificum, Cardinalium, & Prælatorum conſumi. Hinc Pontificum & eorum familiarium ſuperbia, hinc ille luxus Romanus, hinc iſte ſplendor. Judicium de his Bernhardi audiamus, ita enim ille in *Cant. cantic. ſerm. 33.* Honorati incedunt de bonis domini, cui domino honorem non deferunt. Inde is quem quotidiè vides meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, Regius apparatus, aurum in frænis, ſellis & calcaribus, & plus calcaria quam altaria fulgent. Inde ſplendidæ menſæ, & cibi & ſcyphi. Indè commeſſationes & ebrietates, inde cythara, lyra, & tibia. Inde redundantia torcularia, & promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria. Inde referta marſupia. Proh! hujuſmodi volunt eſſe & ſunt Eccleſiarum Præpoſiti, Decani, Archidecani, Epiſcopi: Archiepiſcopi: *& mox*, ipſe enim eſt Antichriſtus. Quò ſine omni dubio reſpexit Hezechiel *cap. 34.* Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos. Nonne greges à paſtoribus paſcuntur? lac commedebatis & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis, quod confractum eſt, non alligaſtis; & quod abjectum eſt, non reduxiſtis; & quod perierat, non quæſiviſtis; ſed cum auſteritate imperabatis
eis,

ϵis, & cum potentiâ. Adhibeant itaque Romani Pontifices aures & percipiant quid de illis Ambroſius ſcripſit, *comm. in Luc. lib. 7. cap. 10.* his verbis: Si prohibemur aurum poſſidere, quid eripere quid auferre conamur, ſi quod habes, donare præceperis, quemadmodum congeris, quod poſſidere pohiberis? Qui prædicas non furandum, furaris? Qui dicis non mæchandum mæchaberis? Qui exeraris idola, ſacrilegium facis? Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei per vos blaſphematur. Non ſic Apoſtolus Petrus, qui primum dominicæ executor ſententiæ fuit, ut oſtenderet, non in vacuum, Domini effuſa mandata, cum poſceretur à paupere, ut ei aliquid pecuniæ elargiretur, ait, argentum atque aurum non habeo. Ille gloriatur, quod non habeat argentum, atque aurum, vobis pudor eſt, minus adhuc habere quam cupitis. Hæc D. Ambroſius non minus diſertè quam verè. Interim ipſos dimittam & poſtremò tanquam auctarii loco Romanis illis ſanguiſugis illam D. Bernhardi adhortationem, utili reprehenſione conjunctam largiar; ita enim ille in *declarat. 1. verb. Evang. Matth. 19. huc nos relinquimus, &c.* Qui, *inquit*, altari ſervit, de altario vivat, juxta Apoſtolum, vivat inquam, & non ſuperbiat non luxurietur, denique non ditetur, non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, nec loculos inde congreget, nec in vanitate & ſuperfluitate diſper-

get :. non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos, aut nepotes. Et rurſus *ſuper Cant. Cant. ſerm. 78.* Unde Clericis exuberare exiſtimas rerum affluentiam, veſtium ſplendorem, menſarum luxuriem, congeriem vaſorum aureorum & argenteorum, niſi de bonis Eccleſiæ? Inde eſt, quod illa pauper, & inops, & nuda relinquatur, facie miſeranda, inculta, hiſpida; propter quod non eſt hodiè Eccleſiam ornare, ſed ſpoliare; non eſt cuſtodire, ſed perdere; non eſt defendere, ſed exponere; non eſt inſtruere, ſed proſtituere; non eſt paſcere gregem, ſed mactare ac devorare, dicente Domino de illis: devorant plebem meam ſicut eſcam panis. *Hæc ille.*

Cum itaque papatus nihil aliud ſit quam avaritæ regnum, flagitiorum domus, omniſque ſceleris profligatiſſimi contubernium, verumque aſylum, quod ſimulatâ religione decipit, defraudat, ac circumvenit ſupremi Numinis legem, verè Chriſtianos illud veluti vitiorum ac fraudum ſentinam omniſque tyrannidis fomentum fugere & execrari decet, qui enim tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicabit ſuperbo, induet ſuperbiam. *Eccleſiaſtic. cap. 13.* Ne æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis, quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur. *Proverb. cap. 24.* Hinc itaque factum eſt quod permittente Deo & mirabiliter diſponente, gratia SS. illuminante, ut à Papæ Romani devotione, & ultronea obe-

obedientia diſceſſerint, ac per Chriſti miſericordiam ab ejusdem horrendâ tyrannide liberati ſint: Anglia, Scotia, Svecia, Gothia, Dania, Norvegia, Irlandia, Gronlandia, Bohemia, Moravia, Sileſia, Luſatia, Tranſylvania, magna pars Poloniæ, magna pars Germaniæ & Galliæ, Fœderatæ Belgii provinciæ, Tractus Genevenſis, &c. Nec dubitandum eſt, quin illi qui in doctrinæ illius tenebris adhuc verſantur, vitia tamen & fraudes Pontificum vident, ab illis ex animo liberari optent.

Ruinam verò Papatus quod ſpectat, inprimis D.Bernh. ex authoritate Apoſt. Pauli Pontificem Romanum alloquentem, audiamus: *Itaque*, inquit, *ſecundum Apoſtolum indignè tibi uſurpas, tu Apoſtolicus, officium vile, gradum contemptibilem. Vnde & dicebat Apoſtolus, Epiſcopum inſtruens: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus. Ego autem parco tibi; non enim fortia loquor, ſed poſſibilia: putas ne hæc tempora ſuſtinerent, ſi hominibus litigantibus pro terrena hæreditate, & flagitantibus abs te judicium, voce domini tui reſponderes: O homines, quis me conſtituit judicem ſuper vos? In quale mox judicium tu venires? Quid dicet homo ruſticanus & imperitus, ignorans primatum tuum, inhonorans ſummam & praecelſam ſedem, derogans Apoſtolicæ dignitati? Et tamen non monſtrabunt puto, qui hoc dicent, ubi aliquando quiſpiam Apoſtolorum, judex ſederit hominum, aut diviſor terminorum aut diſtributor terrarum. Stetiſſe denique lego Apoſtolos ju-*

dicandos; judicantes ſediſſe non lego. Erit illud, non fuit. Itane imminutor eſt dignitatis ſervus, ſi non vult eſſe major Domino ſuo: aut diſcipulus, ſi non vult eſſe major eo qui eum miſit: aut filius ſi non transgreditur terminos, quos poſuerunt patres ſui? Quis me conſtituit judicem ait ille Magiſter & Dominus; & erit injuria ſervo, diſcipuloque, niſi judicet univerſos. Mihi tamen non videtur bonus æſtimator rerum, qui indignum putat Apoſtolis, ſeu Apoſtolicis viris non judicare de talibus, quibus datum ſt judicium in majora. Quidni contemnant judicare de terrenis poſſeſſiunculis hominum; qui in cæleſtibus & Angelos judicabunt. Ergo in criminibus non in poſſeſſionibus poteſtas veſtra, quoniam propter illa, & non propter has, accepiſtis, claves regni Cælorum, prævaricatores utique excluſuri, non poſſeſſores. Ut ſciatis, ait, *quia filius hominis habet poteſtatem in terrâ dimittendi peccata. Quænam tibi major videtur dignitas & poteſtas, dimittendi peccata, an prædia dividendi? ſed non eſt comparatio. Habent hæc infima & terrena judices ſuos Reges & principes terræ. Quid fines alienos invaditis, quid falcem veſtram in alienam meſſem intenditis, non quia indigni vos, ſed quia indignum vobis talibus inſiſtere &c.* Idem cum laudaret & in medium proferret illud Pauli ad Epheſeos. *Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, providentes non coactè ſed ſpontaneè ſecundum Deum, nec turpis lucri gratiâ, ſed voluntariè, nec ut dominantes*

in cleris,

n cleris , &c. His ipſis rurſus attexit. *Et e dictum ſolâ humilitate putes , non etiam veritate, vox Domini eſt in Euangelio: Reges entium dominantur eorum, & qui poteſtatem abent ſuper eos benefici vocantur*, Et infert, *vos autem non ſic. Planum eſt, Apoſtolis interdi- itur dominatus. I ergo tu, & tibi uſurpare aude ut Apoſtolus dominatum, aut dominus Apo- tolatum. Planè ab alterutro prohiberis; ſi u- rumque ſimul habere voles, perdes utrumque.* Prophetica certè vox hæc Bernhardi , & quam præcipuè Pontifices memoriç ſuæ imprimerent, qui tam neſariè abutuntur ſacris oraculis. Non aliis etenim quàm illis comminatur Bern- ardus , ac futurum prædicit , ut qui temerè ſurpant ea , quæ ſint aliena , divina juſtitiâ xigente , à ſuis quoque juribus , ſi quæ ha- ent , excidant. Eſt igitur quod horreant aticinium illud Ieremiæ : Quæ habitas ſuper quas multas locuples in theſauris , venit finis uus pedalis præciſionis tuæ. *Hierem cap. 51.* llos expaveſcere oportet in quos iſta cadunt, & ea timere , quæ ibi comminatus eſt Domi- us : Ecce, *inquit* , ego ad te mons peſtifer , qui corrumpis univerſam terram veniam , & ex- endam manum meam ſuper te , & evolvam e de petris,& dabo te in montem combuſtio- nis. Quænam verò hæc eſt urbs apud Hiere- miam, locuples in theſauris , & quæ ſedet ſuper quas multas , niſi ea , de quâ in Apocalypſi prorſus eadē prædicat Johannes? Nempè quod ſedeat ſuper aquas multas , & circumdata ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

purpura, & coccino, & inaurata auro, lapide pretioſo, & margaritis; *additâ inſuper explicatione, ne quis errori locus eſſet.* Aquæ, quas vidiſti, ubi Meretrix ſedet, populi ſunt, & gentes, & linguæ; & mulier quam vidiſti, eſt civitas magna, quæ habet Regnum ſuper Reges terræ. Eidem itaque palam denuntiatur exitium & ſuprema everſio, Prædictum quoque dudum hoc ipſum à Sybylla invenio, cujus hi verſus:

Tunc ſanè generatio decima poſthac apparebit
Hominum; cum terræ concuſſor, Auſtrorum conditor,
Idolorum Zelum franget, populumque concutiet
Romæ ſepticollis, magnæ autem divitiæ peribunt
Irrigatæ multo igne à flamma vulcani. Et alibi:
Veniet tibi aliquando cælitus, ô ſuperba Roma,
Cæleſtis plaga, & incurvabis cervicem prima,
Et allideris terræ, & ignis te totam abſumet
Inclinatam novæ, terræ ſedibus, & divitiæ peribunt,
Et fundamenta tua vulpes & lupi tenebunt,
Et tu eris tota deſerta penitus, ac ſi nunquam fuiſſes,

Vat. Sibyll. lib. 2. Lactant lib. 7. div. inſt.

Hæc eadem in Apocalypſi quoque contineri ſcimus, ubi de Babylonis excidio ſic Angelus prædicat: cecidit, cecidit, babilon magna, & facta eſt habitatio Dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis volucris immundæ & odibilis. *Et poſtea.* Ideo in unâ die venient plagæ ejus, mors, luctus, & fames, & igne conburetur, quia fortis eſt Deus, qui judicabit illam. Interim, ut tandem concludamus, rogandus eſt Deus

T. O.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

. O. M. ut miſeram Eccleſiam, quam pre-
oſo ſuo ſanguine redemit, ſibique in his ter-
s collegit, ejuſque nutritios ac defenſores,
otenti ſuo brachio conſervet ac ſuſtentet;
uibus etiam vires addat, & ſuam benedi-
ionem ex alto largiatur, ut Pontificiam illam
yrannidem, quà tot Reges & Principes ſunt
ppreſſi, Majeſtates conculcatæ, Reſpublicæ &
egna everſa, tandem maſculè excutiant, &
eretricem illam magnam, quæ ſuper mul-
s aquas ſedet, & cum quâ Reges terræ
ortati ſunt, *Apocalypſ. 17. verſ. 12.* ſolam
ddant & nudam, carnesque ejus comedant,
eandem igne exurant, *Apoc. 17. v. 16.*
et etiam Deus in corda eorum, ut faciant
od placitum eſt ei, & ut conſentiant, do-
c compleantur verba Dei. *dict. c. 17. v. 17.*
Feliciſſimos itaque Principes, quibus da-
m eſt Chriſto adverſus Chriſtiani orbis ty-
nnos, Pontifices Romanos, militare, Ec-
eſiam Dei è graviſſimâ eorundem ſervitute,
ndem viciſſim in libertatem vindicare, &
nique de perditiſſimis illis Eccleſiæ & Rei-
blicæ hoſtibus à quibus divina omnia & hu-
ana conculcantur, triumphare! Tales
riſtianos Imperatores, *ut Auguſtini verbis*
amur, verè felices dicimus, adhuc tamen
, interim poſtea ipſâ re futuros, cum id quod
poſcimus, advenerit. *Auguſtin. lib. 5. d.*
itat. Dei.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

OCT. MEN.

ODA

IN ADVLATORES PONTIFICIS ROMANI.

Adulatores ad Pontificem.

PAter beate digna ſat merentibus
Quænam Rependes premia?
Pro te pudoris cuncta fræna rupimus,
Et fronte perfrictâ nihil
Intactum, iuauſum, liquimus, mendacio
Vt turpi pulſa veritas,
Sinceritasquè amabilis, nivea & fides
Cogatur hinc faceſſere.
Nos nos locamus te ſupremo vertice.
Cælumque ſupra attollimus:
Nos te vocamus alterum Iovem, tuis
Claudi, parere nutibus,
Sedes Olympi dicimus, & horrida
Nigrantis Orci limina.

Arma-

rmamus ipſi ultricibus flammis
Tuam hanc fulgurantem dextram,
ec jam veremur aſtra cælo dicere
Lapſura, nî tu fulcias.
n regna cuncta, quæ cadens Sol aſpicit
Surgenſque tibi aſcribimus;
quod coronis fulgeant nitentibus
Reges, Ducesque, & ipſius
uod ſceptra geſtent Imperî, totum hoc tuì
Iuramus eſſe muneris.
n noſtra cunctos limites modeſtiæ
Traſcendit impudentia,
um mille linguâ blandienti nomina
Tibi ſuperba affingimus.
nc turba honores credula immenſos tibi
Largitur, hinc vulgus ſtupet.
od ſi quis extet altiori ſpiritu
Cui libera indignatio,
em tumentem ſuſcitet, fallacias
Qui tenet has refellere,
ctroque fido veriora perſonet,
Quam gratiora Curiæ,
hunc venenis viperinis illata,
Torquemus omnes ſpicula.
id jam, Beate Pater, quid vis amplius?
Tu Numen & præſens Deus,
certè ſpes mortalium vocabere,
Salusque mundi publica:
o Thiaras, Infulas, Oſtrum, manu
Potenti nobis divide.

Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Nam magna quanquam pro te adorti geſſimus,
Majora adhuc conabimur,
Ipſumque detrahemus è ſolio Iovem
Vt ipſe ſolus imperes.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

LAURENTII VALLENSIS PATRITII ROMANI,

De falſo credita & ementita Conſtantini donatione, Declamatio.

PLures à me libri compluresque emiſſi ſunt, in omni ferè doctrinarum genere. In quibus quod à nonnullis magniſque & longo jam ævo probatis autoribus diſſentio, cum ſint qui indignè ferant meque ut temerarium ſacrilegumquè criminentur. Quid tandem nunc facturi quidam putandi ſunt? quantoperè in me debacchaturi? & ſi facultas datur quam avidè me ad ſupplicium feſtinanterquè rapturi? qui non tantum adverſus mortuos ſcribo, ſed adverſus etiam vivos, nec in unum alterumve, ſed in plurimos: nec contra privatos modo, verum etiam contra magiſtratus. At quos magiſtratus? nempe ſummum Pontificem, qui non temporali ſolum armatus eſt gladio, Regum ac Principum more, ſed Eccleſiaſtico quoque, ut ab eo nequè ſubter ipſum, ut ſic loquar, clipeum alicujus Principum protegere te poſſis, quo minus excommunicatione, anathemate, execra-

tione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tione feriare. Quod ſi prudenter ut dixit, ſic feciſſe exiſtimatus eſt, qui inquit. Nolo ſcribere in eos, qui poſſunt proſcribere, quanto mihi magis idem faciendum eſſe videtur in eum, qui ne proſcriptioni quidem reliquerit locum, quique inviſibilibus me poteſtatis ſuæ jaculis perſequatur, ut jure poſſim dicere quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à tua fugiam facie? Niſi fortè putemus, patientius hæc eſſe laturum ſummum ſacerdotem, quàm cæteri facerent. Nihil minus ſiquidem Paulo quod bona ſe conſcientia converſatum eſſe diceret, Ananias princeps ſacerdotum coram tribuno qui judex ſedebat juſſit obverberari, & Phaſſur eâdem præditus dignitate Hieremiam ob loquendi libertatem conjecit in carcerem. Sed illum tribunus ac præſes, hunc Rex adverſus injuriam Pontificis tutari & potuit & voluit. Me verò quis tribunus, quis præſes, quis Rex è manibus ſummi ſacerdotis, ſi me rapuerit ille, etiam ut velit, eripere poterit? Verum non eſt cauſa cur me duplex hic periculi terror conturbet, arceatque à propoſito. Nam neque contra jus faſque ſummo Pontifici licet aut ligare quippiam aut ſolvere & in defendenda veritate atque juſtitiâ profundere animam, ſummæ virtutis, ſummæ laudis, ſummi præmii eſt. An vero multi ob terreſtrem patriam defendendam mortis adière diſcrimen: ego ob cœleſtem patriam aſſequendam (aſſequuntur aut eam qui Deo placent, non qui hominibus) mortis diſcrimine deterrebor? Faceſ-

ceſſat igitur trepidatio, procul abeant me-
;, timores excidant. Forti animo, magnâ
luciâ, bonâ ſpe, defendenda eſt cauſa ve-
atis, cauſa juſtitiæ, cauſa Dei. Neque enim
verus habendus eſt orator, qui bene ſcit
cere, niſi & dicere audeat. Audeamus igi-
r accuſare, quicunque digna committit ac-
ſatione. Et qui in omnes peccat, unius
o omnium voce carpatur. At non debeo
lam objurgare fratrem, ſed inter me &
ſum. Imò publicè peccans, & qui priva-
m conſilium non admitteret, publicè ar-
endus eſt, ut cæteri timorem habeant. An
on Paulus, cujus verbis modo ſum uſus, in
; Petrum coram eccleſia reprehendit, quia
prehenſibilis erat? & hoc ad noſtram do-
rinam ſcriptum reliquit. At non ſum Pau-
s, qui Petrum poſſum reprehendere. Imo
aulus ſum qui Paulum imitor, quemadmo-
im, quod multo plus eſt, unus cum Deo
iritus efficior, cum ſtudioſè mandatis illius
otempero. Neque aliquem ſua dignitas ab
crepationibus tutum reddit, quæ Petrum non
ddidit multoſque alios eodem præditos
adu: ut Marcellum, quod dijs libaſſet, ut
æleſtinum, quod cum Neſtorio hæretico
ntiret: ut quoſdam etiam noſtrâ memo-
a, quos ab inferioribus (quis enim non eſt
ferior Papa?) reprehenſos ſcimus, ut ta-
am condemnatos. Neque verò id ago,
quempiam inſectari cupiam, & in eum
aſi Philippicas ſcribere. Hoc enim à me
facinus

facinus procul abſit, ſed ut errorem à mentibus hominibus convellam, ut eos à vitiis ſceleribuſque vel admonendo vel increpando ſummoveam. Non auſim dicere, ut alii per me edocti, luxuriantem nimiis ſarmentis Papalem ſedem, quæ Chriſti vinea eſt, ferro coërceant, ad plenas vuas, non graciles labruſcas ferre compellant. Quod cum facio, num quis erit qui aut mihi os, aut ſibi aures velit occludere, ne dicam ſupplicium mortemque proponere? Hunc ego ſi hoc faciat, etiam ſi Papa ſit, quid dicam eſſe? bonum ne paſtorem? an aſpidem ſurdam, quæ nolit exaudire vocem incantantis, velit ejusdem membra morſu præſtingere venenoque. Scio jamdudum expectare aures hominum quodnam Pontificibus Romanis crimen impingam, profectò ingens, ſive ſupinæ ignorantiæ, ſive immanis avaritiæ, quæ eſt Idolorum ſervitus, ſive imperandi vanitatis, cujus crudelitas ſemper eſt comes. Nam aliquod jam ſæculis aut verò intellexerunt donationem Conſtantini commentitiam fictamque eſſe, aut ipſi finxerunt, ſive poſteriores in majorum ſuorum dolis veſtigia imprimentes, pro verâ, quam falſam cognoſcerent, defenderunt. Dedecorantes pontificatus Majeſtatẽ, dedecorantes veterum Pontificũ memoriam, dedecorantes religionem Chriſtianam & omnia cędibus, minis, flagitiiſq; miſcentes, ſuam eſſe ajunt urbem Romam, ſuum regnũ Siciliæ Neapolitanumque. Suam univerſam Italiam, Gallias, Hiſpanias, Germanias, Britannos,

nnos, ſuum denique occidentem. Hæc
im cuncta in ipſa donationis pagina conti-
ri. Ergo hæc omnia tua ſunt ſumme Pon-
ex? omnia tibi in animo eſt recuperare,
nnes Reges ac Principes occidentis ſpoliare
bibus, aut cogere ut annua tibi tributa pen-
ent, ſententia eſt? At ego contra exiſtimo,
ſtius licere principibus ſpoliare te imperio
nni quod obtines. Nam ut oſtendam, do-
tio illa, unde natum eſſe ſuum jus ſummi
ontificis volunt, Silveſtro pariter & conſtan-
no fuit incognita. Verum antequam ad con-
tandam donationis paginam venio quod
um iſtorum patrocinium eſt, non modo
ſum, verum etiam ſtolidum, ordo poſtu-
, ut altius repetam. Et primùm dicam,
on tales fuiſſe Conſtantinum Silveſtrumque
um quidem qui donare vellet, qui jure do-
re poſſet, qui, ut in manum alteri ea tra-
ret, in ſua haberet poteſtate. Hunc autem
i vellet accipere, quique jure accepturus
ret. Secundò loco, ſi hæc non eſſent,
æ veriſſima atque clariſſima ſunt, neque
nc acceptaſſe, neque illum tradidiſſe poſſeſ-
nem rerum quæ dicuntur donatæ, ſed eas
nper in arbitrio & imperio Cæſarum per-
anſiſſe. Tertiò nihil datum Silveſtro à
onſtantino, ſed priori Pontifici, ante quem
baptiſmum acceperat, donaque illa me-
ocria fuiſſe, quibus Papa degere vitam poſ-
. Quartò, falſo dici, donationis exem-
um aut apud decreta reperiri, aut ex hiſto-
riâ

ria Silveſtri eſſe ſumptum, quod neque in illa neque in ullâ hiſtoriâ invenitur. In eo quædam contraria, impoſſibilia, ſtulta, barbara, ridicula contineri. Præterea loquar de quorundam aliorum Cæſarum vel ſimulatâ, vel frivolâ donatione. Ubi ex abundanti adjiciam, ſi Silveſter poſſediſſet, tamen ſive illo, ſive quovis alio Pontifice à poſſeſſione dejecto, poſt tantam temporis intercapedinem, nec divino nec humano jure poſſe repeti. Poſtremò ea quæ à ſummo Pontifice tenentur, nullius temporis longitudine poſſe præſcribi. Atque quod ad primam partem attinet, (loquamur aiunt de Conſtantino prius, deinde de Silveſtro) non eſt committendum, ut publicam quaſi & Cęſaream cauſam non majore quam privati ſolent, ore agamus. Itaque quaſi in concione Regum ac Principum orans, ut certe facio, nam mea hæc oratio in manus eorum ventura eſt, libet tanquam præſentes, & in conſpectu poſitos alloqui. Vos appello Reges ac Principes (difficile eſt enim privatum hominem animi regii concipere imaginem,) veſtram mentem inquiro, conſcientiam ſcrutor, teſtimonium poſtulo. Numquid veſtrum quiſpiam ſi fuiſſet Conſtantini loco, faciendum ſibi putaſſet, ut urbem Romam, patriam ſuam, caput orbis terrarum, reginam civitatum potentiſſimam, nobiliſſimam, diutiſſimam populorum, triumphatricem nationum, & ipſo aſpectu ſacram, liberalitatis gratiâ donaret alteri, & ſe ad humi-

ſimile oppidum conferret, deinde Byzan-
tium? Donaret præterea, una cum Roma,
Italiam non provinciam, ſed Provinciarum vi-
ctricem, donaret tres Gallias, donaret duas Hiſ-
panias, donaret Germanos, donaret Britannos,
totum donaret Occidentem, & ſe altero ex
imperii oculis orbaret? Hoc ego, ut quis
fuerat compos mentis, adduci non poſſum,
ut credam. Quid enim vobis expectatius,
quid jucundius, quid gratius contingere ſolet,
quam imperiis acceſſionem veſtris vos regniſ-
que adjungere? & longè latequè quam maxi-
mam proferre ditionem? In hoc, ut videre vi-
detur, omnis veſtra cura, omnis cogitatio,
omnis labor dieſque nocteſque conſumitur.
In hoc præcipua ſpes gloriæ, propter hoc
voluptates relinquitis, propter hoc mille peri-
cula aditis, propter hoc cariſſima pignora,
propter hoc partem corporis æquo animo
amittitis. Siquidem neminem veſtrum aut
audivi aut legi à conatu ampliandi imperii
fuiſſe deterritum, quod aut luminis, aut ma-
nus, aut cruris, aut alterius membri jacturam
feciſſet. Quin ipſe hic ardor, atque hæc latè
dominandi cupiditas, ut quiſque maximè po-
tens eſt, ita eum maximè angit atque agitat.
Alexander non contentus deſerta Lybiæ pedi-
bus peragraſſe, Orientem ad extremum uſ-
que Oceanum viciſſe, domuiſſe Septentrionem,
inter tot vulnera, tot caſus recuſantibus jam
deteſtantibuſque tam longinquas, tam aſpe-
ras expeditiones militibus, ipſe ſibi nihil
effe-

effeciſſe videbatur, niſi & occidentem, & omnes nationes, aut vi, aut nominis ſui autoritate, ſibi tributarias reddidiſſet. Parum dico, jam Oceanum tranſire, & ſi quis alius orbis eſſet explorare, ac ſuo ſubjicere arbitrio deſtinaverat. In cœlum tantùm ut opinor, tentaſſet aſcendere. Talis ferè eſt omnium Regum voluntas, & ſi non omnium talis audacia. Taceo quanta ſcelera, quot abominanda propter imperium aſſequendum ampliandumve admiſſa ſunt, ut nec fratres à fratrum, nec filii à parentum, nec parentes à filiorum ſanguine nefarias abſtineant manus. Adeo nuſquam magis, nuſquam atrocius, graſſari ſolet humana temeritas, & quod mirari poſſis, non ſegniores ad hoc videas animos ſenum quam juvenum, orborum quam parentum, Regum quam tyrannorum. Quod ſi tanto conatu dominatus peti ſolet, quanto majore neceſſe eſt, conſervetur. Neque enim tantopere miſerum eſt non ampliari imperium quàm imminuere. Neque tam deforme, tibi alterius regnum non accedere tuo, quam tuum accedere alieno. Nam, quod à Rege aliquo aut populo, legimus, nonnullos præpoſitos regno aut urbibus, id factum eſt non de primâ, nec de maximâ, ſed de poſtremâ quodammodo ac minimâ imperii parte. Atque eâ ratione ut donantem, qui donatus eſt, quaſi dominum, & ſe miniſtrum illius ſemper agnoſceret. Nunc quæſo nonne abjecto animo, & minimè generoſo videntur eſſe, qui opinantur

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

nſtantinum meliorem à ſe imperii alienaſſe
rem? Non dico Romam, Italiamque &
era, ſed Gallias, ubi ipſe prælia geſſerat,
ſolum diu dominatus fuerat, ubi ſuæ glo-
ſuique imperii rudimenta poſuerat. Ho-
nem, qui cupiditate dominandi nationibus
la intuliſſet. Socios affineſque bello ci-
perſequutos imperio privaſſet. Cui non-
n perdomitæ ac profligatæ reliquiæ eſſent
rius factionis. Qui cum multis nationibus
la gerere non modo ſoleret ſpe gloriæ im-
iique, ſed & neceſſe haberet, utpote à
baris quotidie laceſſitus. Qui filiis, qui
njunctis ſanguine, qui amicis abundaret.
Senatum populumq; Romanum huic facto
ugnaturum noſſet. Qui expertus eſſet,
tabilitatem victarum nationum, & ad
nem ferè Romani principis mutationem
bellantium, Qui ſe meminiſſet more alio-
m Cæſarum non electione patrum conſen-
que plebis, ſed exercitu, armis, bello,
minatum occupaſſe. Quæ tam vehemens
uſa & urgens aderat, ut iſta negligere, &
nta liberalitate uti vellet? Aiunt, quia effe-
us erat Chriſtianus. Ergo ne imperii optima
rte ſe abdicaret? Credo, ſcelus erat, flagi-
m, nefas, jam regnare, nec cum Chri-
anâ religione conjungi poterat regnum.
ui in adulterio ſunt, qui uſuris rem auxerunt,
ii aliena poſſident, hi poſt baptiſmum alie-
m uxorem, alienam pecuniam, aliena
na reddere ſolent, hanc cogitationem ſi
habes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

habes Conſtantine, reſtituere urbibus libertatem, non mutare dominum debes. Sed non id in cauſa fuit, tantum in honorem religionis, ut faceres, adductus es. Quaſi religioſum ſit magis, regnum deponere quam pro tutela religionis illud adminiſtrare. Nam quod ad accipientes attinet, neque honeſta erit illis neque utilis iſta donatio. Tu verò ſi Chriſtianum te oſtendere, ſi pietatem indicare tuam, ſi conſultum non dico Romanæ Eccleſiæ vis, ſed Eccleſiæ Dei, nunc præcipuè, nunc principem agas, ut pugnes pro his, qui pugnare non poſſunt, nec debent. Ut eos tua autoritate tutos reddas, qui inſidiis injuriiſque obnoxii ſunt. Nabuchodonozor, Cyro, Aſſuero, multiſque aliis principibus ſacramentum veritatis Deus aperire voluit, à nullo tamen eorum exegit, ut imperio cederet, ut partem regni donaret, ſed tantum libertatem Hebræis redderet, eoſque ab infeſtantibus finitimis protegeret. Hoc ſatis fuit Judæis, hoc ſat erit & Chriſtianis. Factus es Conſtantine Chriſtianus. At indigniſſima res eſt, Chriſtianum te nunc Imperatorem, minorem eſſe principatu, quàm fueras infidelis. Eſt enim principatus præcipuum quoddam Dei munus, ad quem gentiles etiam principes à Deo eligi exiſtimantur. At erat levatus à leprâ, ideò vero ſimile eſt referre gratiam voluiſſe, & majore menſurâ reddere quod acceperat. Ita ne? Naaman ille Syrus ab Heliſæo curatus, munera tantùm offerre voluit,

non

dimidium bonorum, Conſtantinus dimi-
imperium obtuliſſet? Piget me impudenti
læ tanquam indubitatæ hiſtoriæ reſponde-
Sic enim hæc fabula, ex Hiſtoria Naaman
Heliſæi, ut altera Draconis, ex fabuloſo
cone Beli adumbrata eſt. Sed ut iſta con-
m, nunquid in hâc hiſtoriâ de donatione
nentio? Minimè. Verum de hoc com-
dius poſtea. Levatus eſt à lepra, cœpit
id mentem Chriſtianam, Dei timore,
amore imbutus eſt, illi honorem habere
it. Non tamen perſuaderi poſſum eum
a donare voluiſſe. Quippe cum videam
inem, aut gentilem in honorem Deorum,
fidelem in honorem Dei viventis imperium
oſuiſſe, ſacerdotibuſque donaſſe. Siqui-
ex Regibus Iſraël nemo adduci potuit, ut
no more ad templum Hieruſalem popu-
ſacrificaturos ire permitteret, eo videlicet
ore, ne fortè ad Regem Iudæ à quo defe-
nt redirent, ſacro illo cultu religionis ad-
iti ac templi majeſtate. At quanto hoc
is eſt, quod feciſſe dicitur Conſtantinus?
e quid tibi propter curationem lepræ blan-
is, Hieroboam primus à Deo in Regem
ël electus eſt, & quidem ex infirmâ con-
one, quod meâ ſententiâ plus eſt, quam
leprâ levatum, & tamen is non eſt auſus
um ſuum Deo credere, & tu vis Conſtan-
m regnum Deo donaſſe, quod ab illo non
epiſſet? Qui præſertim id quod in Hiero-
m non cadebat, offenderet filios depri-
merte

meret amicos, negligeret ſuos, læderet patriam, mœrore omnes afficeret, & quaſi in alium hominem verſus. Certè non defuiſſent qui eum admonerent, & inprimis filii, propinqui amici. Quos quiſquis eſt qui non putet protinus Imperatorem fuiſſe adituros? Ponite igitur illos ante oculos mente Conſtantini auditâ, trepidos, feſtinantes, cum gemitu lacrymiſque ad genua principis procumbentes, & hâc voce utentes.

Ita ne pater antehac filiorum amantiſſime, filios privas, exhæredas, abdicas? Nam quod te optimâ maximâque Imperii parte exuere vis non tam querimur quam miramur. Querimur autem quod eas ad alios defers, cum noſtrâ & jacturâ & turpitudine. Quid enim cauſæ eſt, quod liberos tuos expectatâ ſucceſſione imperii fraudas, qui ipſe una cum patre regnaſti? Quid in te commiſimus? quâ in te, quâ in patriam, quâ in nomen Romanum, ac majeſtatem imperii impietate digni videmur? quos præcipua optimaque prives principatus portione? qui à patriis laribus, à conſpectu natalis ſoli, ab aſſuetâ aurâ, à vetuſtâ conſuetudine relegemur? Penates, phana, ſepulchra, exules relinquemus, neſcio ubi aut qua terrarum regione victuri? Quid nos propinqui, quid nos amici, qui tecum toties in acie ſtetimus: qui fratres, parentes, filios hoſtili mucrone confoſſos, palpitanteſque conſpeximus, nec alienâ morte territi ſumus, & ipſi parati pro te mortem oppetere, nunc abs te univerſi deſtituimur? Qui Romæ gerimus

us magiſtratus, qui urbibus Italiæ, qui Galliis, i Hiſpaniis, qui cæteris Provinciis præſumus t prefuturi fuimus, omnes ne revocamur, oms privati jubemur eſſe? An jacturam hanc unde penſabis? Et quomodo pro merito ac o dignitate poteris, tantâ orbis terrarum parte eri traditâ? Num qui præerat centum popu-, eum tu Cæſar uni præficies? Quomodo i iſtud in mentem venire potuit? quomodo bita tuorum te cœpit oblivio, ut nihil te mieatur amicorum, nihil proximorum, nihil iorum? Utinam nos Cæſar ſalvâ tuâ dignie atque victoriâ in bello contigiſſet occumre potius, quam ut iſta cernamus. Et tu idem de imperio tuo ad tuum arbitratum ere potes, atque etiam de nobis, uno duntat excepto, in quo vel ad mortem uſque mus contumaces, ne à cultu deorum immorium deſiſtamus, magno etiam aliis exemplo, ſcias tua iſta largitas quid mereatur de relione Chriſtianâ. Nam ſi non largiris Silveo imperium, tecum Chriſtiani eſſe volumus, iltis factum noſtrum imitaturis. Sin largiris, n modo Chriſtiani fieri non ſuſtinebimus, l inviſum, deteſtabile, execrandum nobis c nomen efficies. Taleſque reddes, ut idem tu & vitæ & mortis noſtræ miſerearis. c nos ſed te ipſum duriciæ accuſes.

Nonne hâc oratione Conſtantinus, niſi expatam ab eo volumus humanitatem, ſi ſuâ ntenon movebatur, motus fuiſſet? Quid ſi s audire noluiſſet? Nonne erant qui huic facto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

& oratione adverſarentur & manu? An S. P. Q. R. ſibi tantâ in re nihil agendum putaſſet? Nonne oratorem, ut ait Virgilius, gravem pietate & meritis advocaſſet, qui apud Conſtantinum hanc haberet orationem.

Cæſar, ſi tu tuorum immemores, atque etiam tui, ut nec filiis hæreditatem, nec propinquis opes, nec amicis honores, nec tibi imperium eſſe integrum velis; non tamen S. P. Q. R. immemor poteſt eſſe ſui juris, ſuæque dignitatis. Etenim quomodo tibi tantum promittis de imperio Romano quod non tuo ſed noſtro ſanguine partum eſt? Tune unum corpus in duas ſecabis partes? & ex uno duo efficies regna, duo capita, duas voluntates? & quaſi duobus fratribus, gladios, qui de hæreditate decernant, porriges? Nos civitatibus, quæ de hâc urbe benemeritæ ſunt, jura civitatis damus, ut cives Romani ſint. Tu à nobis dimidium imperii aufers, ne hanc urbem parentem ſuam agnoſcat. Et in alveis quidem apium ſi duo Reges nati ſint, alterum qui deterior eſt, occidimus. Tune in alveo imperii Romani ubi unus & optimus princeps es, alterum & hunc deterrimum, & non apem, ſed fucum collocandum putas? Prudentiam tuam vehementer deſideramus Imperator. Nam quid futurum eſt, ſi vel te vivo, vel poſt tuam mortem, aut huic parti quam alienas, aut alteri quàm tibi relinquis, bellum à barbaris nationibus inferatur? Quo robore militum, quibus copiis occurremus? Vix

nunc

nc totius imperii viribus poſſumus, tunc po-
rimus? An perpetuò membrum hoc cum
o in concordiâ erit? Vt reor, nec eſſe po-
rit; quum Roma dominari velit, nolit pars
a ſervire. Quin & te vivo, breve intra
mpus, revocatis veteribus præſidiis, ſuffe-
s novis, te in tuum regnum profectò & lon-
agente, hic altero dominante, nonne omnia
va, id eſt diverſa atque adverſa erunt? Re-
o ferè inter duos fratres diviſo, protinus &
pulorum animi dividuntur, & prius à ſe
is, quam ab externis hoſtibus bellum
ſpicantur. Idem eventurum in hoc imperio
is non videt? An ignoras hanc olim inpri-
s fuiſſe cauſam optimatibus cur dicerent,
ius ſe in conſpectu populi Romani eſſe mo-
uros, quam rogationem illam ferri ſinerent,
pars Senatus ac pars plebis ad incolendum
ios mitteretur, duasque urbes communes
pulo Romano eſſe? Si enim in unâ urbe
ntum diſſenſionum eſſet, quid in duabus ur-
bus futurum? Ita hoc tempore, ſi tantum
cordiarum in uno imperio (teſtor conſcien-
m tuam ac labores) quid in duobus imperiis
t? Age verò putas ne hinc fore, qui tibi
illis occupato eſſe auxilio aut velint, aut
ant? Ita ab armis atque ab omni re bellicâ
horrentes erunt, qui præficientur militibus
que urbibus, ut ille qui præficit. Quid?
nne hunc tam imperitum regnandi, & in-
iæ facilem, aut Romanæ legiones, aut
æ Provinciæ ſpoliare tentabunt? Ut quem

ſperabunt vel non repugnaturum, vel pœnas non repetiturum, credo mehercule ne unum quidem menſem illos in officio manſuros, ſed ſtatim, & ad primum profectionis tuæ initium rebellaturos. Quid facies? Quid conſilii capies, quum duplici atque adeò multiplic bello urgebere? Nationes, quas ſubegimus, continere vix poſſumus, quomodo illis accedente ex liberis gentibus bello reſiſtetur? Tu Cæſar, quid ad te ſpectet, ipſe videris, nobi autem hæc res non minus, quam tibi, cura eſſe debet. Tu mortalis es, Imperium populi Romani decet eſſe immortale, & quantum in nobis eſt eritneque imperium modò, verum etiam pudor. Scilicet, quorum religionem contemnimus, eorum accipiemus imperium? & principes orbis terrarum huic cotemptiſſimo homini ſerviemus? Urbe à Gallis captâ, Romani ſenes demulceri ſibi barbam à victoribus paſſi non ſunt. Nunc ſibi tot ſenatorii ordinis, tot prætorii, tot tribunitii, tot conſulares, triumphaleſque viri, eos dominari patientur, quos ipſi tanquam ſervos malos omni contumeliarum genere ſuppliciorumque affecerunt? Iſtine homines magiſtratus creabunt; Provincias regent? bella gerent? de nobis ſententias capitis ferent? Sub his nobilitas Romana ſtipendia faciet? honores ſperabit? munera aſſequetur; Et quod majus, quodque altius penetret vulnus accipere poſſumus? Non ita putes Cæſar Romanum degeneraſſe ſanguinem, ut iſtud paſſurus ſit æquo animo, &

non

non quâvis ratione devitandum exiſtimet, quod mediusfidius neque mulieres ſuſtinerent, ſed magis ſe una cum dulcibus liberis, ſacriſque penatibus concremarent. Ut non Carthaginenſes fœminæ fortiores fuerint, quam Romanæ. Etenim Cæſar ſi Regem te delegiſſemus, haberes tu quidem magnum de imperio Romano agendi arbitrium, ſed non ita ut vel minimum de ipſius imminueres majeſtate. Alioquin qui te feciſſemus Regem, eâdem facultate te regno abdicare juberemus, nedum poſſes regnum dividere, nedum tot provincias alienare, nedum ipſum regni caput peregrino atque humillimo homini addicere. Canem ovili præfecimus, quem, ſi lupi mavult officio fungi, aut ejicimus, aut occidimus. Nunc tu cum diu canis officio in ovili Romano defendendo ſis functus, ad extremum in lupum nullo exemplo converteris? Atque ut intelligas, quandoquidem nos pro jure noſtro coges aſperius loqui, nullum tibi in populi Romani imperio jus eſt. Cæſar vi dominatum occupavit, occupavit Auguſtus, & in vitium ſucceſſit, & adverſariorum partium profligatione ſe dominum fecit. Tiberius, Gajus, Claudius, Nero, Galba, Ottho, Vitellius, Veſpaſianus, cæterique, aut eâdem aut ſimili viâ libertatem noſtram prædati ſunt. Tu quoque, aliis expulſis, aut interemptis dominus effectus es. Sileo, quod ex matrimonio natus non ſis. Quare ut tibi noſtram mentem teſtificemur Cæſar, ſi non libet tibi Romæ princi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

patum tenere, habes filios, quorum aliquem in locum tuum nobis quoque permittentibus, ac rogantibus naturæ lege ſubſtituas. Sin minus, nobis in animo eſt, publicam amplitudinem, cum privatâ dignitate defendere. Neque enim minor hæc injuria Quiritum, quam olim fuit violata Lucretia. Neque nobis deerit Brutus, qui contra Tarquinium ſe ad libertatem recuperandam huic populo præbeat ducem. Et in iſtos primum quos nobis præponis, deinde & in te ferrum ſtringemus, quod in multos Imperatores, & quidem leviores ob cauſas, fecimus.

Hęc profecto Conſtantinũ, niſi lapidem eum aut truncum exiſtimamus, permoviſſent. Quæ, ſi populis non dixiſſet, tamen dicere apud ſe, & his paſſim verbis fremere, credibile erat. Eamus nunc, & dicamus Conſtantinum gratificari voluiſſe Silveſtro, quem tot hominum odiis, tot gladiis ſubjiceret, ut vix, quantum ſentio, unum Silveſter diem in vitâ facturus fuiſſet. Nam eo, pauciſque aliis abſumptis, videtur omnis ſublatum ire de pectoribus Romanorum tam diræ injuriæ contumeliæque ſuſpicio. Age porro ſi fieri poteſt concedamus neque preces, neque minas, neque ullam rationem aliquid profeciſſe, perſtareque adhuc Conſtantinum, nec velle à ſuſceptâ ſemel perſuaſione diſcedere. Quis non ad Silveſtri orationem ſi res vera fuiſſet, unquam commotum aſſentiatur? quæ talis haud dubiè fuiſſet.

Oratio

Oratio Silveſtri ad Conſtantinum.

Princeps optime, ac fili Cæſar. Pietatem quidem tuam tam pronam tamque effuſam, non poſſum non amare atque amplecti, veruntamen quod in offerendis Deo muneribus, immolandiſque victimis nonnihil erres, minimè demiror, quippe qui adhuc es in Chriſtianâ militia tyro. Ut non decebat olim à ſacerdote omnem pecudem, feramque, & ovem ſacrificari, ita non omne ab eodem accipiendum eſt munus. Ego ſacerdos ſum, ac Pontifex, qui diſpicere debeo, quid ad altare patiar offerri. Ne fortè, non dico immundum animal offeratur, ſed vipera aut ſerpens. Itaque ſic habeas: Si foret tui juris, partem imperii cum Regina orbis Roma, alteri tradere quam filiis, quod minimè ſentio, ſi populus hic, ſi Italia, ſi cæteræ nationes ſuſtinerent, ut quos oderunt, & quorum religionem adhuc reſpuunt, capti illecebris ſæculi, eorum imperio obnoxii eſſe vellent, quod impoſſibile eſt, tamen ſi quid mihi credendum putas, fili amantiſſime, ut tibi aſſentiar, ullâ adduci ratione non poſſum, niſi vellem mihi ipſi eſſe diſſimilis, & conditionem meam obliviſci, ac propemodum Dominum Jeſum abnegare. Tua enim munera, ſive ut tu vis, tuæ remunerationes, & gloriam, & innocentiam, & ſanctimoniam meam, atque omnium qui mihi ſucceſſuri ſunt, pollucrent, ac prorſus everterent, viamque iis qui ad cognitionem veritatis

ritatis venturi ſunt, intercluderent. An verò Heliſæus à Naaman Syro, à leprâ curato, mercedem accipere noluit, ego te curato accipiam? Ille munera reſpuit, ego regna mihi dari ſinam? Ille perſonam Prophetæ maculare noluit, ego perſonam Chriſti, quam in me gero, maculare potero? Cur autem ille accipiendis muneribus perſonam Prophetæ maculari putavit? Nempè quod videri poterat, vendere ſacra, fœnerare donum Dei, indigere præſidiis hominum, elevare atque imminuere beneficii dignitatem. Maluit ergo ſibi principes ac Reges beneficiarios facere, quam ipſe beneficiarius illorum eſſe. Imò ne mutuâ quidem beneficentiâ uti. Beatius eſt enim multo, ut inquit Dominus, dare quam accipere. Eadem mihi atque adeò major eſt cauſa, cui etiam à Domino præcipitur dicente, infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones ejicite, gratis accepiſtis, gratis date. Ego ne tantum flagitium admittam Cæſar, ut Dei præcepta non exequar? ut gloriam meam polluam? melius eſt, ut inquit Paulus, mihi mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. Gloria noſtra eſt, apud Deum honorificare miniſterium noſtrum, ut idem inquit: vobis dico gentibus, quamdiu ego quidem ſum gentium Apoſtolus, glorificabo miniſterium meum, ego Cæſar aliis quoque ſim, & exemplum, & cauſa delinquendi, Chriſtianus homo, ſacerdos Dei, Pontifex Romanus, vicarius Chriſti? Jam vero innocentia ſacerdotum

tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

um quomodo incolumis erit inter opes inter
nagiſtratus,inter adminiſtrationem ſecularium
negotiorum ? Ideo ne terrenis renunciamus,
ıt eadem uberiora aſſequamur ? Et privata
ıbjecimus , ut aliena poſſideamus, & publica?
Noſtræ erunt urbes, noſtra tributa, noſtra
vectigalia. Et cur clericos, ſi hæc fecerimus,
ıos vocari licebit? pars noſtra, ſive ſors, quæ
Græcè dicitur κλῆρος, dominatus eſt, non ter-
enus, ſed cœleſtis. Levitæ, qui idem clerici
ſunt, partem cum fratribus non fuêre ſortiti,&
u nos jubes etiam fratribus ſortiri portionem?
Quo mihi divitias atque opes, qui Domini voce
ubeor nec de craſtino eſſe ſollicitus ? & cui di-
ctum eſt ab illo, nolite theſaurizare ſuper terrā,
ıolite poſſidere aurum, neque argentum, neque
pecuniam in zonis veſtris. Et, difficilius eſt divi-
em introire in regnum cælorum, quam came-
er foramen acus tranſire. Ideoque pauperes
ibi miniſtros elegit, & qui omnia reliquerunt,
t eum ſequerentur, & paupertatis ipſe fuit
xemplum. Uſque adeo divitiarum, pecunia-
umque tractatio innocentiæ inimica eſt, non
ıodo poſſeſſio illarum atque dominatus.
Jnus Judas, qui loculos habebat, & porta-
at, quæ mittebantur, prævaricatus eſt, &
more pecuniæ, cui aſſueverat, magiſtrum,
Dominum Deum, & reprehendit, & pro-
idit. Itaque vereat Cæſar, ne me ex Petro
icias Judam. Audi etiam quid Paulus dicat.
Nihil intulimus in hunc mundum, haud du-
ium quod nec auferre quid poſſumus, ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

bentes ajunt alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa, & inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes, erraverunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis; tu autem homo Dei hæc fuge. Et tu me accipere jubes Cæſar quæ velut venenum effugere debeo? & quod præterea pro tuâ prudentiâ Cæſar conſideres, quis inter hæc divinis rebus faciendis locus? Apoſtoli, quibuſdam indignantibus quod viduæ ipſorum in miniſterio quotidiano deſpicerentur, reſponderunt, non eſſe æquum relinquere ſe verbum Dei, & miniſtrare menſibus; & tamen viduis miniſtrare, quantò aliud eſt quam exigere vectigalia? curare ærarium? ſtipendium numerare militibus? & mille aliis curis hujuſmodi implicari? Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus, inquit Paulus. Nunquid Aaron, cum cæteris Levitici generis, aliud quam Domini tabernaculum procurabat? ejus filii, quia ignem alienum in thuribula ſumpſerant, igni cœleſti conflagraverunt. Et tu jubes nos ignem ſecularium divitiarum vetitum, ac prophanum, in ſacrata thuribula, id eſt in ſacerdotalia opera ſumere? Num Eleazar, num Phinees, num cæteri Pontifices, miniſtrique, aut tabernaculi, aut templi, quicquam, niſi quod ad rem divinam pertineret,

admi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

dminiſtrabant? adminiſtrabant dico. Imò,
dminiſtrare poterant, ſi officio ſuo ſatisfacere
olebant? Quod ſi nolint, audiant execratio-
iem Domini dicentis. Maledicti qui opus
Domini faciunt negligenter. Quæ execratio
uum in omnes, tum in te Pontifex maximè
adit. O quantum eſt Pontificale munus!
uantum eſt caput eſſe Eccleſiæ! Quantum
ſt præponi paſtorem tanto ovili, è cujus ma-
u uniuſcujuſque agni, oviſque amiſſæ ſanguis
xigitur. Cui dictum eſt, ſi amas me pluſ-
uam alii, ut fateris, paſce agnos meos. Ite-
um ſi amas me, ut fateris, paſce oves meas,
ertiò ſi amas me, paſce oves meas. Et tu
ibes Cæſar capras etiam paſcere, & porcos
ui nequeunt ab eodem paſtore cuſtodiri,
uid, quod me Regem facere vis, aut potius.
Cæſarem, id eſt Regum principem? Do-
iinus Jeſus Chriſtus, Deus & homo, Rex &
acerdos, quum ſe Regem affirmaret audi de
uô regno locutus eſt; Regnũ meum inquit non
ſt de hoc mundo. Si n. de hoc mundo eſſet re-
num meum, miniſtri mei utique decertarent.
Et quæ fuit prima vox, ac frequenter cla-
ıor prædicationis ejus? Nonne hæc? Pœ-
tentiam agite, appropinquavit enim regnum
elorum. Appropinquavit regnum Dei, cui
omparabitur regnum cælorum Dei, cui com-
ırabitur regnum ſeculare nihil ad ſe per-
ıere declaravit? Eoque non modo re-
ıum hujuſmodi non quæſivit, ſed oblatum
ıoque accipere noluit. Nam cum intelliget,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ret aliquando, populos deſtinaſſe ut eum raperent, Regemque facerent, in montium ſolitudines fugit. Quod nobis qui locum ipſius tenemus, non ſolum exemplo dedit imitandum, ſed etiam præcepto, inquiens, Principes gentium dominantur eorum. Et qui majores ſunt poteſtatem exercent in eos. Non ita erit inter vos, ſed quicumque voluerit inter vos major fieri, ſit veſter miniſter. Et qui voluerit primus inter vos eſſe, erit veſter ſervus. Sicut filius hominis non venit ut miniſtretur ei, ſed ut miniſtret, & det animam ſuam redemptionem pro multis. Judices olim Deus, ut ſcias Cæſar, conſtituit ſuper Iſrael, non Reges, populumque ſibi nomen regium poſtulantem deteſtatus eſt. Nec aliter ob duritiem cordis illorum Regem dedit, quam quod repudium permiſerat, quod in novâ lege revocavit. Et ego regnum accipiam qui vix judex eſſe permittor? An neſcitis, inquit Paulus, quod ſancti de hoc mundo judicabunt? Et ſi in vobis judicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis judicetis. Neſcitis quod angelos judicabimus, quanto magis ſecularia? Secularia igitur judicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in eccleſia, eos conſtituite ad judicandum. Atqui judices de rebus controverſis tantummodo judicabant, non etiam tributa exigebant. Ego exigam, qui ſcio à domino interrogatum Petrum, à quibuſnam Reges terræ acciperent tributum, cenſumve, à filiis an ab alienis? Et quum hic reſ-

eſpondiſſet, ab alienis, ab eodem dictum, rgo liberi ſunt filii. Quod ſi omnes filii mei int Cæſar, ut certè ſunt, omnes liberi erunt, ihil quiſquam ſolvet, Igitur non eſt opus nihi tuâ donatione, quâ nihil aſſecuturus um, præter laborem, quem ut minimè de- eo, ita minimè poſſum ferre. Quid quod ne- eſſe haberem, poteſtatem exercere ſangui- is, punire ſontes, bella gerere, urbes diri- ere, regiones ferro iniquè vaſtare? Aliter on eſt quod ſperem, poſſe me tueri, quæ radidiſſes. Et ſi hæc fecero, ſacerdos, ontifex, Chriſti vicarius ſum? Ut illum n me tonantem audiam, atque dicentem: Domus mea domus orationis vocabitur omni- us gentibus, & tu feciſti eam ſpeluncam la- ronum. Non veni in mundum, inquit do- ninus, ut judicem mundum, ſed liberem um, & ego qui illi ſucceſſi, cauſa mortium ro? Cui in perſona Petri dictum eſt: Con- erte gladium tuum in locum ſuum. Omnes nim qui acceperint gladium, gladio peri- unt. Ne defendere quidem nobis ferro nos cet. Siquidem defendere dominum Petrus olebat, cum auriculam abſcidit ſervo, & tu ivitiarum aut comparandarum aut tuendarum auſâ, uti ferro nos jubes? Noſtra poteſtas, ſt poteſtas clavium, dicente domino: Tibi abo claves regni cœlorum. Quodcunque gaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœ- s, & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit lutum in cœlis, & portæ inferorum non præ-

vale-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

valebunt aderſus eas. Nihil ad hanc poteſtatem, nihil ad hanc dignationem, nihil ad hoc regnum adjici poteſt. Quo qui contentus non eſt, aliud ſibi quoddam à diabolo poſtulat, qui etiam domino dicere auſus eſt: tibi dabo omnia regna mundi, ſi cadens in terram adoraveris me. Quare Cæſar, cum pace tuâ dictum ſit, noli mihi diabolus effici, qui Chriſtum, id eſt, me regna mundi à te data accipere jubeas. Malo enim illa ſpernere quam poſſidere. Et ut aliquid de infidelibus, ſed ut ſpero, futuris fidelibus loquar, noli me de angelo lucis reddere illis angelum tenebrarum, quorum corda ad pietatem inducere volo, non ipſorum cervici jugum imponere, & gladio quod eſt verbum Dei, non gladio ferri mihi ſubjicere, ne deteriores efficiantur, ne recalcitrent, ne cornu me feriant, ne nomen Dei meo irritati errore blaſphement. Filios mihi chariſſimos volo reddere, non ſervos; adoptare, non emere; generare non manucapere; animas eorum offerre ſacrificium Deo, non diabolo corpora. Diſcite à me, inquit dominus, qui mitis ſum, & humili corde, capite jugum meum, & invenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuave, & pondus meum leve. Cujus ad extremum, ut finem faciam, illam in hâc re ſententiam accipe, quam quaſi inter me & te tulit. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Quo fit, ut nec tu Cæſar tua relinquere, neque ego quæ Cæſaris

s ſunt, accipere debeam, quæ vel ſi millies
fferas nunquam accipiam.

Ad hanc Silveſtri orationẽ Apoſtolico viro di-
nã, quid eſſet, quod amplius Conſtantinus poſ-
t opponere? Quod quum ita ſit, qui ajunt do-
ationem factam eſſe, nonne injurioſi ſunt in
onſtantinum, quem ſuos privare, imperium
ue Romanum voluiſſe convellere. Injurioſi
S. P. Q. R. Italiam totumque occidentem
uem contra jus faſque imperium mutari per-
iſiſſe. Injurioſi in Silveſtrum, quem in-
gnam ſancto viro donationem acceptam ha-
uiſſe, injurioſi in ſummum Pontificem, cui
cere terrenis potiri regnis, & Romanum
oderari imperium arbitrantur. Hæc tamen
mnia eò pertinent, ut appareat Conſtanti-
um, inter tot impedimenta, nunquam fuiſſe
cturum, ut rem Romanam Silveſtro ex
aximâ parte donaret, quod iſti aiunt. Age
orrò, ut credamus iſtam donationem, de
uâ facit pagina veſtra mentionem, debet con-
are etiam de acceptatione Silveſtri. Nunc de
â non conſtat. At credibile eſt dicitis, ratam
unc habuiſſe donationem, ita credo, nec
tam habuiſſe modo, verum etiam petiiſſe, ro-
aſſe, precibus extorſiſſe credibile eſt. Quid vos
edibile, quod præter opinionem eſt homi-
um, dicitis? Nec quia in pagina privilegii de
onatione fit mentio, putandum eſt fuiſſe ac-
ptatam. Sed è contrario, quia non fit men-
o de acceptatione, dicendum eſt non fuiſſe
onatum. Ita plus contra vos facit, hunc

donum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

donum reſpuiſſe, quam illum dare voluiſſe. At beneficium in invitum non confertur. Neque verò tantum donata reſpuiſſe Silveſtrum ſuſpicari debemus, ſed tacitè etiam indicaſſe, nec illum dare juſtè, nec ſe jure accipere poſſe. Sed ô cæcam ſemper inconſultamque avaritiam! demus, ut tabulas quoque de aſſenſu Silveſtri proferre poſſitis, veras, incorruptas, ſinceras, num protinus donata ſunt, quæ in tabulis continentur? Ubi poſſeſſio? Ubi in manus traditio? Nam ſi chartam modo Conſtantinus dat, non gratificari Silveſtro voluit, ſed illudere. Veriſimile eſt dicitis, qui donat quippiam, eum & poſſeſſionem tradere. Videte quid loquamini, quum poſſeſſionem non eſſe datam conſtet, & an datum ſit jus ambigitur. Veriſimile eſt, qui poſſeſſionem non dedit, eum ne jus quidem dare voluiſſe. An non conſtat poſſeſſionem unquam traditam fuiſſe, quod negare impudentiſſimum eſt. Nunquid Silveſtrum Conſtantinus in Capitolium, quaſi triumphantem, inter frequentium Quiritum ſed infidelium plauſum duxit? In ſellâ aureà ſimul aſſiſtente univerſo Senatu collocavit? Magiſtratus pro ſuâ quemque dignitate Regem ſalutare & adorare juſſit? Hæc erga novos principes fieri ſolent, non tantum aliquod palatium velut Lateranenſe tradi. Num poſtea per univerſam Italiam circumduxit? Adiit cum illo Gallias? Adiit Hiſpanias? Adiit Germanos, cæterumque occidentem? Aut ſi gravabantur

ambo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ibo tantùm obire terrarum , quibuſdam
n ingens officium delegarunt ? qui & Cæ-
is vice traderent poſſeſſionem , & Silveſtri
ciperent ? Magni hi viri , atque eximiæ au-
ritatis eſſe debuerunt , & tamen qui fuerint
ioramus. Noſtrâ memoriâ , ut exempla
uſta omittam , nunquam aliter factitatum
limus , quum quis aut urbis , aut regionis, aut
ovinciæ dominus factus eſt , ita demum tra-
am exiſtimari poſſeſſionem , ſi magiſtratus
ſtini ſummoveantur , novique ſubrogentur.
oc ſi tunc Silveſter fieri non poſtulaſſet , ta-
en magnificentiæ Conſtantini intererat , ut
clararet non verbo , ſed re poſſeſſionem
dere , ſuos præſides amovere , alioſque ab
ſubſtitui jubere. Non traditur poſſeſſio,
æ penes eoſdem remanet , qui poſſidebant,
novus dominus illos ſummovere non audet.
d fac iſtud quoque non obſtare , & nihilo-
nus putari Silveſtrum poſſediſſe , atque o-
nia præter morem , præterque naturam tunc
e dicamus adminiſtrata. Poſtquam ille
it , quos provinciis urbibuſque rectores Sil-
ter præpoſuit , quæ bella geſſit ? quas na-
nes ad arma ſpectantes oppreſſit ? per quos
c adminiſtravit ? Nihil horum ſcimus , reſ-
ndetis. Ita puto , nocturno tempore hæc
nnia geſta ſunt , & ideo nemo vidit. Age
: in poſſeſſione Silveſter ? Quis eum de
ſſeſſione dejecit? Nam perpetuò in poſſeſſio-
non fuit , neque ſucceſſorum aliquis ſaltem ,
ue ad Gregorium magnum , qui & ipſe

caruit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

caruit poſſeſſione. Qui extra poſſeſſionem eſt, nec ſe ab eâ dejectum probare poteſt, is profectò nunquam poſſedit, & ſi ſe poſſediſſe dicat, inſanit. Vides ut te inſanum etiam probo? Alioquin dic quis Papam dejecit, ipſene Conſtantinus, an ejus filii, an Julianus, an aliquis alius Cæſar? Profer nomen expulſoris, profer tempus, unde primùm, unde ſecundò, ac deinceps expulſus eſt. Num per ſeditionem, & cædes, an ſine his? Conjurarunt in eum pariter nationes, an quæ prima? Quid? nemo omnium auxilio fuit? Ne illorum quidem qui per Silveſtrum aliumve Papam præpoſiti urbibus ac provinciis erant? Uno die univerſa amiſit? an paulatim & per partes? Reſtitit ipſe ſuique magiſtratus, an ad primum tumultum ſe abdicarunt? Quid? ipſi victores non in eam fæcem hominum, quam indignam imperio ducebant, ferro graſſati ſunt? In ultionem contumeliæ, in tutelam occupatæ dominationis, in contemptum religionis noſtræ, in ipſum etiam poſteritatis exemplum. Omnino eorum qui victi ſunt nemo fugam cepit? nemo latuit? nemo timuit? O admirabilem caſum! Imperium Romanum tantis laboribus, tanto cruore partum tam placidè tam quietè à Chriſtianis ſacerdotibus vel partum eſt, vel amiſſum, ut nullus cruor, nullum bellum, nulla querela interceſſerit. Et quod non minus admirari debeas, per quos hoc geſtum ſit, quo tempore, quomodo, quamdiu, prorſus ignotum. Putes in ſyl-

ı ſylvis inter arbores regnaſſe Silveſtrum, non
.omæ, & inter homines, & ab Hybernis
nbribus frigoribuſque, non ab hominibus
jectum. Quis non habet cognitum, qui
aulo plura lectitarit, quot Reges Romæ,
uot conſules, quot dictatores, quot tribuni
lebis, quot cenſores, quot ædiles creati
ıerint, nemoque ex tanta hominum copiâ,
x tantâ vetuſtate nos fugit. Scimus item quot
thenienſium Duces, quot Thebanorum,
uot Lacedemoniorum extiterint, pugnas
orum terreſtres navaleſque univerſas tene-
ıus. Non ignoramus qui Reges Perſarum,
ſedorum, Chaldæorum; Hebræorum fue-
nt, aliorumque plurimorum. Et quomodo
orum quiſque aut acceperit regnum, aut te-
uerit, aut perdiderit, aut recuparaverit. Ro-
ıanum ajunt, ſive Silveſtrianum imperium,
uâ ratione inceperit, aut quâ deſierit, quan-
o, per quos, in ipſâ quoque urbe neſcitur.
nterrogo enim quos harum rerum teſtes, au-
toreſque proferre poſſitis? nullos reſponde-
s. Et non pudet vos non tam homines quam
ecudes dicere, veriſimile eſſe Silveſtrum poſſe-
iſſe? Quod quia vos non poteſtis, ego è
ontrario docebo, ad ultimum uſque diem
itæ Conſtantinum, & gradatim deinceps o-
ınes Cæſares poſſediſſe, ut ne quid habeatis
uod hiſcere poſſitis. At perdifficile eſt, &
ıagni ut opinor operis hoc docere. Evoluan-
ur omnes Latinæ Græcæque hiſtoriæ, citen-
ır cæteri autores, qui de illis meminere tem-
poribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

poribus, at neminem reperies, in hâc re ab alio diſcrepare. Unum ex mille teſtimoniis ſufficiat. Eutropius, qui Conſtantinum, qui tres Conſtantini filios à patre relictos, dominos orbis terrarum vidit, qui de Juliano filio fratris Conſtantini ita ſcribit: Hic Julianus qui fuit Diaconus in Romanâ Eccleſiâ Imperatorque effectus, apoſtatavit in Idolorum cultu, rerum potitus eſt, ingentique apparatu Parthis intulit bellum, cui expeditioni ego quoque interfui. Nec de donatione imperii occidentis tacuiſſet, nec Paulo poſt de Joviano, qui ſucceſſit Juliano, ita dixiſſet: Pacem cum Sapore neceſſariam quidem, ſed ignobilem fecit, mutatis finibus, ac nonnullâ imperii Romani parte traditâ, quod ante, ex quo Romanum imperium conditum erat, nunquam accidit. Quin etiam legiones noſtræ apud Claudium Propontum Teleſtinum, & in Hiſpania apud Numantiam, & in Numidia ſub jugo miſſæ ſunt, ut nihil tamen finium traderetur. Hoc loco libet vos qui nuperrimè defuncti eſtis, convenire Pontifex Romane, & te Eugeni, qui vivis, cum Felicis tamen veniâ. Cur donationem Conſtantini magno ore jactitatis, frequenterque vos ultores erepti imperii quibuſdam Regibus Principibuſque minamini? & confeſſionem quandam ſervitutis à Cæſare, dum coronandus eſt, & à nonnullis aliis principibus extorquetis? Veluti ab Rege Neapolitano atque Siciliæ, id quod nunquam aliquis veterum Romanorum Pontificum fecit,

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

on Damaſus apud Theodoſium, non Syrinus ud Arcadium, non Anaſtaſius apud Honoım, non Joannes apud Juſtinianum, non i apud alios ſanctiſſimi Papæ, apud optimos æſares, ſed ſemper illorum Romam Itaımque cum Provinciis quas nominavi fuiſſe ofeſſi ſunt. Eoque numiſmata aurea, ut de iis monumentis ſileam, templiſque urbis omanæ circumferuntur, non Græcis, ſed atinis literis inſcripta, Conſtantini jam Chriiani, & deinceps cunctorum fermè Imperaorum, quorum multa penes me ſunt, cum âc plerumque ſubſcriptione, ſubter imaginem crucis, CONCORDIA ORBIS, ualia infinita reperirentur ſummorum Ponticum ſi unquam Romæ imperaſſetis, quæ ulla reperiuntur, neque aurea, neque argena, neque ab aliquo viſa memorantur, & taen neceſſe erat illo tempore proprium habe: numiſma, quiſquis imperium Romæ teneret, ltem ſub imagine Salvatoris aut Petri. Proh nperitiam hominum, non cernitis ſi donatio onſtantini vera eſt, Cæſari, de Latino louor, nihil relinqui? En qualis Imperator, ualis Rex Romanus erit, cujus regnum ſi quis abeat, nec aliud habeat, omnino nil haeat Quod ſi itaque palam eſt Silveſtrum on poſſediſſe, hoc eſt Conſtantinum non radidiſſe poſſeſſionem, haud dubium erit, ıc jus quidem, ut dixi, dediſſe poſſidendi, niſi licitis, jus quidem datum, ſed aliquâ cauſâ oſſeſſionem non traditam. Ita planè dabat, quod

quod minimè futurum intelligebat, dabat, quod tradere non poterat, dabat, quod non prius venire in manus ejus cui dabatur poſſibile erat, quàm eſſet extinctum. Dabat donum quod ante quingentos annos, aut nunquam valiturum foret. Verum hoc loqui aut ſentire inſanum eſt. Sed jam tempus eſt, ne longior fiam, cauſæ adverſariorum jam conſciſiæ atque laceratæ letale vulnus imprimere, & uno eam jugulare ictu. Omnis ferè hiſtoria quæ nomen hiſtoriæ meretur, Conſtantinum à puero cum patre Conſtantio Chriſtianum refert multò etiam ante Pontificatum Silveſtri, ut Euſebius Eccleſiaſticæ ſcriptor hiſtoriæ, quem Rufinus non in poſtremis doctus, in Latinum interpretatus, duo volumina de ævo ſuo adjecit, quorum uterque penè Conſtantini temporibus fuit. Adde huc etiam teſtimonium Romani Pontificis qui his rebus gerendis non interfuit, ſed præfuit, non teſtis, ſed autor, non alieni negotii, ſed ſui narrator. Is eſt Melchiades Papa qui proximus fuit ante Silveſtrum, qui ita ait: Eccleſia ad hoc uſque pervenit, ut non ſolum gentes, ſed etiam Romani principes, qui totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Chriſti, & ad fidei ſacramenta concurrerent. E quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus primus, fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per univerſum orbem ſub ſuo degentibus imperio, non ſolum fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricandi Eccleſias, & prædia conſtituit tribuenda.

Denique præfatus princeps dona immenſa
otulit, & fabricam templi primæ ſedis beati
tri inſtituit, adeò ut ſedem imperialem re-
nqueret, & beato Petro ſuiſque ſucceſſori-
s profuturam concederet. En nihil Mel-
ades à Conſtantino donatum ait, niſi pa-
tium Lateranenſe & prædia, de quibus Gre-
rius in regiſtro facit ſæpiſſimè mentionem.
i ſunt qui non in dubium vocari non ſinunt,
natio Conſtantini valeat, nec ne, cum illa
natio fuerit & ante Silveſtrum & rerum tan-
mmodo privatarum? quæ res quanquam
na & aperta ſit, tamen de ipſo, quod iſti
lidi proferre ſolent, privilegio diſſerendum
. Et ante omnia non modo ille, qui Gra-
nus videri voluit, qui nonnulla ad opus Gra-
ni adjecit, improbitatis arguendus eſt, ve-
m etiam inſcitiæ, qui opinantur paginam
vilegii apud Gratianum contineri, quod
que docti unquam putarunt, & in vetuſtiſ-
mis quibuſque codicibus decretorum non in-
nitur. Et ſi quo in loco hujus rei Gratianus
eminiſſet, non in hoc ubi iſti collocant, ſe-
m ipſam orationis abrumpentes, ſed in eo
i agit de Ludovici pactione, miſiſſet. Præ-
rea duo millia locorum in decretis ſunt, quæ
hujus loci fide diſſentiant. Quorum unus
: ubi, quæ ſuperius retuli, Melchiadis verba
nuntur. Nonnulli eum qui hoc capitulum
jecit, ajunt vocatum *paleam* vel verò nomi-
, vel ideo, quod quæ de ſuo adjunxit, ad
ratianum comparata, inſtar palearum juxta
frumen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

frumenta exiſtimentur. Utcunque ſit, indigniſſimum eſt credere, quæ ad hoc adjecta ſunt, ea decretorum collectorem, aut ignonoraſſe, aut magnifeciſſe, habuiſſeque pro veris. Benè habet, ſufficit, vicimus. Primùm quod hoc Gratianus non ait, ut iſti mentiebantur, imò adeo ut ex infinitis locis datur intelligi, negat atque confutat. Deindè, quod unum & ignotum & nullius autoritatis ac nauci hominem afferunt, ita etiam ſtolidum, ut ea Gratiano affinxerit, quæ cum cæteris illius dictis congruere non poſſent. Hunc ergo vos autorem profertis? Hujus unius teſtimonio utimini? Hujus chartulam, ad tantæ rei confirmationem, contra ſexcenta probationum genera recitatis? At ego expectaveram, ut aurea ſigilla, marmoratos titulos, mille autores oſtenderetis. Sed ipſe (dicitis) palea autorem profert, fontem hiſtoriæ oſtendit, & Gelaſium Papam cum multis Epiſcopis in teſtimonium citat. Ex geſtis inquit Silveſtri, quæ beatus Gelaſius in concilio LXX. Epiſcoporum à Catholicis legi commemorat, & pro antiquo uſu multas hoc dicit Eccleſias imitari. In quibus legitur CONSTANTINUS &c. Multo ſuperius, ubi de libris legendis & non legendis agitur, etiam dixerat, actus beati Silveſtri præſulis, licet ejus qui ſcripſit nomen ignoramus, à multis tamen in urbe Româ Catholicis legi cognovimus, & pro antiquo uſu imitantur Eccleſiæ. Mira hæc autoritas, mirum teſtimonium, inexpugnabilis probatio.

Dono

ono vobis hoc, Gelaſium dum de Concilio
x. Epiſcoporum loquitur id dixiſſe. Num
dixit, paginam privilegii in beatiſſimi Sil-
tri geſtis legi, & hoc Romæ, cujus Eccle-
autoritatem multæ aliæ ſequuntur. Quod
non nego, concedo, fateor. Me quo-
una cum Gelaſio teſtem exhibeo. Verum
d vobis iſta res prodeſt, niſi ut in adducen-
teſtibus mentiri voluiſſe videamini. Igno-
ur nomen ejus, qui hoc decretis adſcripſit,
olus hoc dicit. Ignoratur nomen ejus qui
pſit hiſtoriam, & ſolus is & falſò teſtis
ertur. Et vos boni viri atque prudentes
c ſatis ſuperque eſſe ad tantę rei teſtimonium
ſtimatis? At, videte, quantum inter meum
erſit veſtrumque judicium. Ego ne ſi hoc
dem apud geſta Silveſtri privilegium conti-
etur, pro vero habendum putarem, cum
oria illa non hiſtoria ſit, ſed poëtica &
pudentiſſima fabula, ut poſterius oſtendam.
c quiſquam alius, alicujus duntaxat autori-
s, de hoc privilegio habeat mentionem.
Iacobus Voraginenſis propenſus in amorem
icorum, ut Archiepiſcopus, tamen in geſtis
ctorum, de donatione Conſtantini ut fa-
oſâ nec digna quæ inter geſta Silveſtri po-
etur, ſilentium egit, latâ quodammodo
tentiâ contra eos, ſi qui hæc literis manda-
ent. Sed ipſum falſarium, ac vere paleam,
n rriticum, obtorto collo in judicium tra-
e volo. Quid ais Falſarie? Unde fit,
od iſtud privilegium inter Silveſtri geſta non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

legimus? Credo rarus hic liber eſt, difficiliſque inventu, nec vulgo habetur. Sed tanquam faſti olim à Pontificibus aut libri Sibillini, à decemviris cuſtoditur. Linguâ Græcâ, aut Syriacâ, aut Chaldaicâ ſcriptus eſt. Teſtatur Gelaſius à multis Catholicis legi, Voraginenſis de eo meminit. Nos quoque mille & antiquè ſcripta exemplaria vidimus, & in omni ferè cathedrali Eccleſiâ, cum adeſt Silveſtri natalis dies, lectitantur, & tamen nemo ſe illic legiſſe iſtud ait, quod tu affingis, nemo audiſſe, nemo ſomniaſſe. An alia quædam fortaſſis hiſtoria eſt? Et quæ nam iſta erit? Ego aliam neſcio, nec abs te aliam dici interpretor. Quippe de eâ tu loqueris quam Gelaſius apud multas Eccleſias lectitari refert. In hâc autem tuum privilegium non invenimus. Quod ſi iſtud in vitâ Silveſtri non legitur, quid tu ita legi tradidiſti? Quid in tantâ re jocari es auſus? & levium hominum cupiditatem eludere? Sed ſtultus ſum, qui illius potius inſector audaciam, quam iſtorum dementiam, qui crediderunt. Si quis apud Græcos, apud Hebræos, apud Barbaros diceret, hoc eſſe memoriæ proditum, nonne juberetis nominare autorem, proferre codicem? & locum ab interprete fideli exponi, antequam crederetis? Nunc de linguâ veſtrâ, de notiſſimo codice fit mentio, & vos tam incredibile factum, aut non inquiritis, aut cum ſcriptum non reperiatis, tam pronâ eſtis credulitate, ut pro ſcripto habeatis, atque pro vero

Et

hoc titulo contenti, terras miſcetis & ma
, & quaſi nullum ſubſit dubium, eos qui
bis non credunt, terrore bellorum aliiſque
nis proſequimini. Bone Jeſu, quanta vis,
anta divinitas eſt veritatis, quæ per ſeſe, ſine
igno conatu, ab omnibus dolis ac fallaciis
pſa defendit, ut non immerito, cum eſſet
ud Darium Regem exorta contentio, quod
ret maximè validum, & alius aliud diceret,
buta ſit palma veritati. Quia cum ſacerdo-
us, non cum ſecularibus mihi res eſt, Ec-
ſiaſtica magis, quam ſecularia ſunt exem-
repetenda. Judas Machabeus, cum dimiſ-
Romam legatis, fœdus, amicitiamque à
natu impetraſſet, curavit verba fœderis in
incidenda, Hieroſolymamque portanda,
eo de lapideis decalogi tabulis, quas Deus
byſi dedit. Iſta vero tam magnifica Con-
ntini, & tam inaudita donatio, nullis ne-
in auro, neque in argento, neque in ære,
que in marmore, neque poſtremo in libris,
bari documentis poteſt. Sed tantum, ſi
credimus, in chartâ ſive membranâ. Jo-
primus Muſices autor, ut eſt apud Joſe-
um, cum eſſet à majoribus tradita per ma-
opinio, res humanas ſemel aquâ, iterum
i delendas, doctrinam ſuam duabus co-
nis inſcripſit, lateritia contra ignem, la-
ea contra aquas. Quæ ad Joſephi ævum,
dem ſcribit, permanſit. Ut ſuum in o-
es beneficium ſemper extaret. Et apud Ro-
nos ruſticanos adhuc, agreſtes, cum par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ræ & raræ literæ eſſent, tamen leges duodecim tabularum in æs fuerunt inciſæ, quæ in captâ atque incenſâ à Gallis urbe, incolumes poſtea ſunt repertæ. Adeo duo maxima in rebus humanis, diuturnitatem temporis, & fortunæ violentiam, vincit circumſpecta providentia. Conſtantinus verò, orbis terrarum donationem, papyro tantum & atramento ſignavit, cum præſertim machinator fabulæ quiſquis ille fuit, faciat Conſtantinum dicentem, ſe credere, non defore, qui donationem hanc impiâ aviditate reſcinderent. Hoc times Conſtantine, & non caves, ne ii qui Romam Silveſtro eriperent, chartulam quoque ſurriperent? Quid ipſe Silveſter? pro ſe nihil agit? Ita omnia Conſtantino remittit? Ita ſecurus ac ſegnis eſt? In tanto negotio, nihil ſibi, nihil Eccleſiæ ſuæ, nihil poſteritati proſpicit? En cui imperium Romanum adminiſtrandum committis, qui tam magnæ rei, tantoque aut lucro aut periculo indormit. Siquidem ſublatâ chartulâ, privilegii donatio, utique ætate procedente probari non poterit. Paginam privilegii appellat homo veſanus privilegium; ne tum libet velut præſentem inſectari, vocas donationem orbis terrarum, & hoc in paginâ vis eſſe ſcriptum, & iſto genere orationis uſum eſſe Conſtantinum. Si titulus abſurdus eſt, qualia cætera exiſtimemus?

Conſtantinus Imperator quarto die ſui baptiſmatis

natis privilegium Romanæ Eccleſiæ Pontifici ontulit, ut in urbe Roma ſacerdotes, ita hunc aput habeant, ſicut judices Regem.

Hoc in ipſa Silveſtri hiſtoriâ continetur. Ex uo dubitari non poteſt, ubinam ſcriptum ignificetur privilegium. Sed more eorum, ui mendacia machinantur, à verò incepit, t ſequentibus, quæ falſa ſunt, conciliet fi-lem. Ut Sinon apud Virgilium.

Cuncta equidem tibi rex fuerint quæcunque fatebor.
Vera inquit, nec me Argolica de gente negabo.

Hoc primum, deinde falſa ſubjecit. Ita noc loco noſter Sinon facit, qui quum à verò ncepiſſet, adjecit;

In eo privilegio, ita inter cætera legitur: Utile judicavimus una cum omnibus Satrapis noſtris, & univerſo Senatu, optimatibus etiam & cum cuncto populo Imperio Romanæ Eccleſiæ ubjacenti, ut ſicut beatus Petrus in terris vica-ius Dei videtur eſſe conſtitutus, ita & Ponti-ices ipſius principis Apoſtolorum vicem, rincipatus poteſtatem, amplius quam terrenæ mperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videretur, conceſſam à nobis noſtroque imperio btineant.

O ſcelerate atque malefice, eadem, quam ffers in teſtimonium, refert hiſtoria, longo empore Senatorii ordinis voluiſſe accipere re-igionem Chriſtianam & Conſtantinum pau-peres ſollicitaſſe precio ad baptiſmum. Et tu

ais intra primos ſtatim dies, Senatum, Optimates, Satrapas, quaſi jam Chriſtianos de honeſtandâ Eccleſiâ Romanâ cum Cæſare decreviſſe. Quid quod vis interfuiſſe ſatrapas? O cautes, ô ſtipes. Sic loquuntur Cæſares? Sic concipi ſolent decreta Romana? Quis unquam ſatrapas in conſiliis Romanorum nominari audivit? Non teneo memoriâ unquam legiſſe me ullum, non modo Romanum, ſed ne in Romanorum quidem Provinciis ſatrapam nominatum. At hic imperatoris Satrapas vocat, eoſque Senatui præponit, quum omnes honores, etiam qui principi deferuntur, tantum à Senatu decernantur, adjuncto populoque Romano. Hinc eſt quod in lapidibus vetuſtis, aut tabulis æreis, aut numiſmatis, duas literas videmus. S. C. id eſt Senatus conſulto, vel quatuor. S. P. Q. R. hoc eſt, Senatus populuſque Romanus. Et, ut Tertulianus meminit, quum Pontius Pilatus de admirandis Chriſti actionibus ad Tiberium Cæſarem, non ad Senatum ſcripſiſſet, ſiquidem Magiſtratus ad Senatum de magnis rebus ſcribere conſueverat, Senatus hanc rem indignè tulit, Tiberioque prærogativam ferendi, ut Jeſus pro Deo coleretur, repugnavit, ob tacitam tantummodo indignationem, offenſæ Senatoriæ dignitatis. Et ut ſcias quantum Senatus valeat authoritas, ne pro Deo coleretur obtinuit. Quid, quod ais optimates? quos aut primarios in rep. intelligimus viros, qui cur nominantur, quum de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

eteris Magiſtratibus ſilentium ſit? aut eos
ui populares non ſunt, benevolentiam popu-
aucupantes, ſed optimi cujuſque, & bona-
um partium ſtudioſi, ac defenſores, ut
icero quâdam oratione demonſtrat. Ideo-
ue Cæſarem ante oppreſſam remp. popula-
em fuiſſe dicimus, Catonem ex optimati-
us, quorum differentiam Saluſtius explica-
t. Neque hi optimates magis, quam po-
ulares, aut cæteri boni viri, dicuntur in
onſilio adhiberi. Sed quid mirum ſi adhi-
entur optimates, ubi cunctus populus, ſi ho-
ini credimus, cum Senatu & Cæſare judi-
wit? Et is quidem Romanæ eccleſiæ ſubja-
ens? quis iſte eſt populus? Romanus ne?
c cur non dicitur populus Romanus potius
uam populus ſubjacens? Quæ nova iſta
ntumelia eſt in Quirites, de quibus optimi
oëtæ elogium eſt,

Tu regere imperio populos Romane memento?

Qui regit alios populos, ipſe vocatur po-
ulus ſubjacens, quod inauditum eſt. Nam
hoc, ut in multis epiſtolis Gregorius teſta-
ur, differt Romanus Pontifex à cæteris,
uod ſolus eſt princeps liberi populi. Cæterum
a ſit, ut vis. Nonne & alii populi ſubja-
ent? An alios quoque ſignificas? Quo-
odo fieri iſtud triduo poterat, ut omnes po-
uli ſubjacentes Romanæ Eccleſiæ illi decreto
deſſent? Tametſi non omnis fex populi ju-
icabat. Quid antequam ſubjeciſſet Romano
ontifici populum Conſtantinus, ſubjectum

vocaret? Quid, quod hi qui ſubjacentes vocantur, faciendo dicuntur præfuiſſe decreto? Quid, quod hoc ipſum dicuntur decreviſſe, ut ſint ſubjacentes, & ut ille cui ſubjacet hos habeat ſubjacentes? Quid agis aliud infelix, niſi ut judices te voluntatem fallendi habere, facultatem non habere?

Eligentes nobis ipſum principem Apoſtolorum, vel ejus vicarios, firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtra eſt terrena imperialis potentia, ita ejus ſacroſanctam Romanam Eccleſiam decrevimus veneranter honorare, & amplius quam noſtrum imperium, terrenumque thronum, ſedem ſacratiſſimam beati Petri glorioſe exaltare, tribuentes ei poteſtatem, & gloriam & dignitatem, atque vigorem, & honorificentiam imperialem.

Reviviſce pauliſper Firmiane Lactanti, reſiſteque huic aſino tam vaſtè, immaniterque rudenti. Ita verborum turgentium ſtrepitu delectatur, ut eadem repetat, & inculcet, quæ modo dixerat. Hunc ne in modum ævo tuo loquebantur Cæſarum ſcribæ, ne dicam agaſones? Elegit ſibi illos Conſtantinus non *patronos*, ſed *eſſe patronos*. Interpoſuit illud eſſe, ut numerum redderet concinniorem. Honeſta ratio, barbarè loqui, ut venuſtius currat oratio, ſi modo quid in tanta ſcabritie venuſtum eſſe poteſt. *Eligentes principem Apoſtolorum, vel ejus vicarios.* Non elegis Petrum, & ejus deinceps vicarios ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

aut hunc, excluſis illis, aut illos, hoc excluſo. Et Pontifices Romanos appellat vicarios Petri, quaſi vel vivat Petrus, vel minori dignitate ſint cæteri, quam Petrus fuit. Nonne & illud barbarum eſt, *à nobis noſtroque imperio?* quaſi imperium habeat animum concedendi & poteſtatem. Nec fuit contentus dicere, *obtineant*, niſi etiam diceret *conceſſam*, quum ſatis alterum eſſet. Et illud, *firmos patronos*, perquam elegans eſt. Scilicet firmos vult, ne pecuniâ corrumpantur, aut metu labantur. Et illud, *terrena imperialis potentia*, duo adjectiva ſine copula, & illud, *veneranter honorare*, & illud, *noſtra imperialis ſerenitatis manſuetudo*, Lactantianam eloquentiam redolet, quum de potentiâ agatur imperii, ſerenitatem nominare, & manſuetudinem, non amplitudinem & majeſtatem. Quod etiam tumida ſuperbia inflatum eſt, ut in illo quoque, *glorioſè exaltare, per gloriam, & poteſtatem, & dignitatem, & vigorem, & honorificentiam imperialem*, quod ex Apocalypſi ſumptum videtur, ubi dicitur, dignus eſt agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem & dignitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & benedictionem. Frequenter, ut poſterius liquebit, titulos Dei ſibi arrogare fingitur Conſtantinus, & imitari velle ſermonem ſacræ Scripturæ, quem nunquam legerat.

Atque decernentes ſancimus, ut principatum teneat, tam ſuper quatuor ſedes, Alexandri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

nam, *Antiochenam*, *Hieroſolymitanam*, *Conſtantinopolitanam*, *quam etiam ſuper omnes*, *in univerſo orbe terrarum*, *Dei Eccleſias. Etiam Pontifex*, *qui per tempora ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit*, *celſior & princeps cunctis ſacerdotibus*, *& totius mundi exiſtat*, *& ejus judicio*, *quæ ad cultum Dei*, *& fidem Chriſtianorum*, *vel ſtabilitatem procurandam fuerint*, *diſponantur.*

Omitto hic barbariem orationis, quo *princeps ſacerdotibus*, pro *ſacerdotum* dixit, & quod in eodem loco poſuit, *extiterit & exiſtat*, & quum dixerit, *& in univerſo orbe terrarum*, iterum addit, *totius mundi*, quaſi quiddam diverſum, aut cœlum, quæ mundi pars eſt, complecti velit, quum bona pars orbis terrarum ſub Roma non eſſet, & quod *fidem Chriſtianorum*, *vel ſtabilitatem procurandam*, tanquam non poſſint ſimul eſſe, diſtinxerit, & quod *decernere* & *ſancire* miſcuit. Et veluti prius cum cæteris Conſtantinus non judicaſſet, decernere eum, & tanquam pœnam proponat, ſancire, & quidem una cum populo ſancire facit. Quis hoc Chriſtianus pati queat, & non Papam, qui hoc patitur, ac libens audit, & recitat, cenſoriè ſeverèque caſtiget, quod quum à Chriſtiano primatum acceperit Romana ſedes, & id Gratiano teſtante, multiſque Græcorum, octava Synodus declararit, accepiſſe dicatur à Conſtantino vix dum Chriſtiano, tanquam à Chriſto? Hoc ille mode-

ſtiſſimus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

iſſimus princeps, hoc piiſſimus Pontifex
adire voluiſſet? Abſit tam grave ab utroque
orum nefas, Quid, quod multò eſt abſur-
us, capit ne rerum natura, ut quis de Con-
antinopoli loqueretur, tanquam unâ Pa-
iarchalium ſedium, quæ nondum eſſet, nec
atriarchalis, nec ſedes, nec urbs Chriſtiano,
ec ſic nominata, nec condita, nec ad con-
endum deſtinata? Quippe privilegium con-
eſſum eſt triduo, quam Conſtantinus eſſet
fectus Chriſtianus, quum Byzantium adhuc
rat, non Conſtantinopolis. Mentiar, niſi
oc quoque confiteatur hic ſtolidus. Scribit
nim prope calcem privilegii.

*Vnde congruum proſpeximus noſtrum impe-
um, & regiam poteſtatem, orientalibus
ansferri regionibus, & in Bizantinæ Provin-
e optimo loco, nomini noſtro civitatem ædifica-
, & illic noſtrum conſtitui imperium.*

Si ille alio transferre volebat imperium,
ondum tranſtulerat. Si illic volebat conſti-
ere imperium, nondum conſtituerat. Sic
volebat ædificare urbem, nondum ædifica-
t. Non ergo feciſſet mentionem de patri-
chali, de unâ quatuor ſedium, de Chri-
anâ, de ſic nominatâ, de conditâ, de
â condendâ, ut hiſtoriæ placet, quam Palea
teſtimonium affert, ne cogitarat quidem.
qui non videt hæc belua, ſive is Palea ſit,
e alius quem alius ſequitur, ſe diſſentire.
bi Conſtantinus, non ſuâ ſponte, ſed inter
etem, admonitu Dei, non Romæ, ſed

Bizantii, non intra paucos dies, ſed poſt aliquot annos, dicitur decreviſſe de urbe condendâ, nomenque quod in ſomniis edoctus fuerat indidiſſe. Quis ergo non videt, qui privilegium compoſuit, eum diu poſt tempora Conſtantini fuiſſe? & quum vellet adornare mendacium, excidiſſe ſibi quod ante dixiſſet, hæc geſta eſſe Romæ, tertio die, quam ille fuiſſet baptizatus, ut in eum decentiſſimè cadat tritum vutuſtate proverbium, *mendaces memores eſſe oportere*. Quid, quod Bizantium, Provincia haud quaquam capax tantæ urbis condendæ? Nunquam muris complexa eſt Conſtantinopolis vetus Bizantium, & hic in ejus optimo loco ait urbem eſſe condendam. Quid, quod Thraciam, ubi poſitum erat Bizantium, vult eſſe in oriente, quæ vergit ad Aquilonem? Opinor ignorabat Conſtantinus locum, quem condendæ urbi delegerat, ſub quo cælo eſſet, urbſque an Provincia, quanta ejus menſura foret.

Eccleſiis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, pro continuatione luminariorum, poſſeſſionum prædia contulimus, & rebus diverſis eas ditavimus, & per noſtram imperialem juſſionem ſacram, tam in Oriente, quam in Occidente, quam etiam à Septentrione & Meridionali plagâ, videlicet & in Iudæa, Græciâ, Aſiâ, Thraciâ, Africâ, & Italiâ, vel diverſis inſulis, noſtrâ largitate. Et conceſſimus, eâ prorſus ratione, ut per manus beatiſſi-

ni Patris noſtri Sylveſtri, ſummi Pontificis
ucceſſorumque ejus omnia, diſponantur.

O furcifer. Eccleſiæ ne, id eſt templa Ro-
næ erant Petro & Paulo dicatæ? Quis eas ex-
tuxerat? quis ædificare auſus fuiſſet, quum
uſquam foret, ut hiſtoria ait, Chriſtianis lo-
us, niſi ſecreta & latebræ, aut ſi qua templa
omæ fuiſſent, illis dicata Apoſtolis, non erant
igna in quibus tanta luminaria accenderentur,
ediculæ ſacræ, non ædes, ſacella, non templa,
ratoria inter privatos parietes, non publica
elubra? Non ergo ante cura gerenda erat de
uminaribus templorum, quam de ipſis templis,
Quid ais tu, qui facis Conſtantinum dicentem
etrum & Paulum beatos, Sylveſtrum verò,
um adhuc vivit, beatiſſimum, & ſuam, qui
aulo ante fuiſſet ethnicus, juſſionem ſacram?
antane conferenda ſunt pro continuandis lu-
ninaribus, ut totus orbis terrarum fatigetur?
t quæ iſta *prædia* ſunt, præſertim *poſſeſſionum*?
rædiorum poſſeſſiones dicere ſolemus, non *poſſeſ-*
ionum prædia. Das prædia, nec quæ
rædia explicas. Ditaſti diverſis rebus nec
uando, nec quibus rebus oſtendis. Vis pla-
as orbis à Silveſtro diſponi, nec pandis quo
enere diſponendi. Conceſſiſti hæc antea,
ur te hodiè incepiſſe ſignificas, honorare Ec-
leſiam Romanam, & ei privilegium conce-
ere? Hodie concedis? Hodie ditas? Cur
icis *conceſſimus*, & *ditavimus*? Quid loque-
s, aut quid ſentis beſtia? Cum fabulæ ma-
inatore mihi ſermo eſt, non cum optimo
Prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Principe Conſtantino. Sed quid in te ullam prudentiam, ullam doctrinam requiro, qui nullo ingenio, nulla literatura es præditus? qui ais, *luminariorum* pro *luminarium*. Et *Orientibus transferri regionibus* pro eo, quod eſt, *ad Orientales transferri regiones*. Quid porro, iſtæ, ne ſunt quatuor plagæ? quam Orientalem numeras? Thraciam ne? An, ut dixi, vergit ad Septentrionem, An Judæam? At magis ad Meridiem ſpectat, utpote vicina Ægypto. Quam item Occidentalem? Italiam ne? At hæc in Italia gerebantur, quam nemo illic agens Occidentalem vocat, quum Hiſpanias dicamus eſſe in Occidente, & Italia hinc ad meridiem, illinc ad arcton magis quam ad occidentem vergit. Quam Septentrionalem? An Thraciam? At ipſe ad Orientem eſſe vis. An Aſiam? at hæc ſola totum poſſidet Orientem. Septentrionem verò communem cum Europa. Quam meridionalem? Certè Africam. At cur non aliquam nominatim Provinciam proferebas? Niſi fortè Æthiopes Romano imperio ſuberant. Et nihilominus non habent locum Aſia & Africa, quum orbem terrarum in quattuor dividimus partes, & nominatim regiones ſingularum referimus. Sed cum in tres, Aſiam, Africam, Europam. Niſi Aſiam pro Aſiaticâ Provinciâ, Africam pro eâ Provinciâ, quæ prope Getulos eſt, appellas. Quæ non video cur præcipuè nominentur. Siccine loquutus eſſet Conſtantinus quum quatuor orbis plagas exequitur, ut has regiones

no-

minaret, cæteras non nominaret, & à Iu-
æa inciperet, quæ pars Syriæ numeratur, &
æ amplius Iudæa non erat, everſâ Hieroſo-
mâ, fugatis, ac propè extinctis Iudæis, ita,
credam vix aliquem in ſuâ patriâ tunc per-
anſiſſe, ſed alias habitaſſe nationes? Ubi
ndem erat Iudæa, quæ nec Iudæa amplius
cabatur, ut hodiè videmus illud terræ no-
en extinctum? Et ſicut exterminatis Chana-
æis, Chananæa regio deſijt appellari, com-
utato nomine in Iudæam à novis incolis, ita
terminatis Iudæis, & convenis gentibus
m incolentibus deſierat Iudæa nominari.
uncupas Iudæam, Thraciam inſulas, Hiſpa-
as verò, Gallias, Germanos, non putas
ncupandos, & cum de alijs linguis loquaris
ebræà, Græcâ, Barbarâ, de ullâ provinciarum,
tino ſermone utentium, non loqueris. Vi-
o, has igitur omiſiſti, ut poſtea in donatio-
complecteteris. Et quid non tanti erant tot
ovinciæ Occidentis, ut continuandis lumina-
bus ſuppeditarent ſumptus, niſi reliquus or-
s adjuvaret? Tranſeo, quod hæc concedi
s *per largitatem* non ergo, ut iſti ajuut, *ob*
ræ curationem. Alioquin inſolens ſit, quiſquis
muneratiónem loco munerum ponit.

Beato Silveſtro, ejuſque vicario de præ-
nti tradimus palatium imperii noſtri la-
ranenſe, deinde diadema, videlicet co-
nam capitis noſtri, ſimulque Phrygium,
c non ſuperhumerale, videlicet lorum, quod
impe-

imperiale circumdare ſolet collum, verumetiam chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, ſeu etiam dignitatem imperialium præſidentium equitum, conferentes ei etiam imperialia ſceptra, ſimulque cuncta ſigna, atque banna, & diverſa ornamentia imperialia, & omnem proceſſionem imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ. Viris etiam diverſi ordinis reverentibus clericis ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſervientibus illud culmen ſingularis potentiæ, & præcellentiæ, habere ſancimus, cujus ampliſſimus noſter Senatus videtur gloriâ adornari. id eſt: patritios, conſules effici. Nec non in cæteris dignitatibus imperialibus eos promulgavimus decorari. Et ſicut imperialis extat decorata millitia, ita clerum ſanctæ Romanæ eccleſiæ adornari decrevimus. Et quemadmodum inperialis potentia, diverſis officiis cubiculariorum nempè, & hoſtiariorum, atque omnium concubitorum adornatur, ita & ſanctam Romanam eccleſiam decorari volumus. Et ut ampliſſimè pontificale decus præfulgeat, decrevimus, ut & clerici ſancti, ejuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ mappulis & linteaminibus, id eſt, candidiſſimo colore decoratos equos equitent. Et ſicut noſter Senatus calciamentis utitur cum udonibus, id eſt, candido linteamine illuſtrentur: & ita celeſtia, ſicut terreſtria ad laudem Dei decorentur.

O ſan-

O ſancte Ieſu, ad hunc ſententias voluenta-
n ſermonibus imperitis, non reſpondebis
turbine? non tonabis? non in tantam blaſ-
emiam ultricia fulmina jaculabere? tantum
probrum in tuâ familiâ ſuſtines? Hoc au-
re, hoc videre, hoc tamdiu conniventibus
ulis præterire potes? Sed patiens es, &
ultæ miſericordiæ. Vereor tamen, ne pa-
ntia hæc tua ſit potius ira & condemnatio,
alis in illos fuit, de quibus dixiſti, & dimi-
eos ſecundum deſiderium cordis eorum,
unt in adinuentionibus ſuis. Et alibi: tra-
di eos in reprobum ſenſum, ut faciant quæ
on conveniunt, quia non probaverunt ſe ha-
re notitiam mei. Iube me quæſo domine,
exclamen adverſus eos, & fortè converten-
r. O Romani Pontifices exemplum facino-
m omnium, cæteris Pontificibus! O Im-
obiſſimi Scribæ & Phariſæi, qui ſedetis ſu-
r cathedram Moyſis, & opera Dathan &
oyron facitis, ita ne veſtimenta, apparatus,
mpa equitatus, omnis denique vita Cæſaris,
carium Chriſti decebit? Quæ communica-
ſacerdotis ad Cæſarem? Iſtane Silveſter
ſtimenta ſibi induit? Eo apparatu inceſſit?
celebritate miniſtrantium domi vixit, atque
gnavit? Sceleratiſſimi homines, non in-
ligunt Silveſtro magis veſtes Aaron, qui
mmus Dei ſacerdos fuerat, quam gentilis
incipis fuiſſe ſumendas. Sed hæc alias erunt
agitanda vehementius. In præſentiarum
tem de barbariſmo cum hoc ſycophanta lo-
qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

quamur, cujus ex ſtultiloquio, impudentiſſimum ejus pateſcit ſuâ ſponte mendacium. *Tradimus* inquit, *palatium imperii noſtri Lateranenſe*, quaſi malè hoc loco inter ornamenta donum palatii poſuiſſet, iterum poſtea ubi de donis agitur replicavit: *deinde diadema*, & quaſi illi non videant, qui adſunt, interpretatur, *videlicet coronam*. Verum hic non addidit ex auro, ſed poſterius eadem inculcans inquit, *ex auro puriſſimo & gemmis precioſis.* Ignoravit homo imperitus diadema è panno eſſe, aut fortè è ſerico. Unde ſapiens illud Regis dictum celebrari ſolet, quem ferunt traditum ſibi diadema, priuſquam capiti, imponeret, retentum diu conſideraſſe, ac dixiſſe: O nobilem magis quam felicem pannum, quem ſi quis penitus cognoſceret, quam multis ſolicitudinibus periculiſque & miſeriis ſis refertus, ne humi quidem jacentem vellet tollere. Iſte non putat illud niſi ex auro eſſe, cui circulus aureus nunc cum gemmis apponi à Regibus ſolet. Verum non erat Rex Conſtantinus, nec Regem appellare, nec regio ſe ritu ornare fuiſſet auſus. Imperator Romanus erat, non Rex. Ubi Rex eſt, ibi reſp. non eſt. At in rep. multi fuerunt etiam uno tempore Imperatores. Nam Cicero frequenter ita ſcribit. M. Cicero Imperator, illi vel illi Imperatori ſalutem. Licet poſtea peculiari nomine Romanus princeps, ut ſummus omnium, Imperator appellaretur. *Simulque Phrygium necnon ſuperhumerale, videlicet lorum, quod imperiale*

circun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

rcundare ſolet collum. Quis unquam *Phry-*
um Latinè dici audivit? Tu mihi, dum bar-
rè loqueris, videri vis Conſtantini aut La-
antii eſſe ſermonem? Plautus in Menech-
is, Phrygionem pro concinnatore veſtium
ſuit. Plinius Phrygiones appellat veſtes acu
ctas, quod earum Phryges fuerunt invento-
s. Phrygium vero quid ſignificet hoc non
ponis quod obſcurum, exponis quod eſt
rius, *ſuperhumerale* ais eſſe *lorum*, nec
id ſit lorum tenes. Non enim cingulum ex
rio factum, quod dicitur lorum, ſentis cir-
ndari pro ornamento, Cæſaris collo. Hinc
t quod habenas & verbera vocamus lora.
uod ſi quando dicantur lora aurea, non
ſi de habenis, quæ aurato collo equi aut al-
rius pecudis circundari aſſolent, intelligi po-
ſt, quæ te res, ut mea fert opinio fefellit,
quum lorum circundare collo Cæſaris atque
veſtri vis, de homine, de Imperatore, de
nmo Pontifice, equum, aut aſinum, aut
nem facis. *Verum & chlamydem purpuream,*
que tunicam coccineam. Quia Matthæus ait
lamydem coccineam, & Joannes veſtem
rpuream, utrumque voluit hic eodem loco
njungere. Quod ſi idem color eſt, ut E-
ngeliſtæ ſignificant; quid tu non fuiſti con-
ntus alterum nominaſſe, ut illi contenti
erunt? Niſi accipis purpuram, ut nunc im-
riti loquuntur, genus panni ſerici colore
o. Eſt autem purpura piſcis, cujus ſan-
ine lana tingitur. Ideoque à tinctura datum
eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

eſt nomen panno cujus color pro rubro accipi poteſt, licet ſit magis nigricans, & proximus colori ſanguinis concreti, & quaſi violaceus. Inde ab Homero atque Virgilio purpureus dicitur ſanguis, & marmor porphyricum, cujus color eſt ſimilimus amethiſto. Græci enim purpuram porphyram vocant. Coccineum pro rubro accipi fortè non ignoras, ſed cur faciat coccineum, quum nos dicamus coccum, & *chlamys*, quod genus ſit veſtimenti, jurarem te planè neſcire. Atquè ut ne ſi longius perſequendo ſingulas veſtes, mendacem proderet, uno ſemel verbo complexus eſt, dicens, *omnia imperialia indumenta.* Quid? Etiam ne illa, quibus in bello, quibus in venatione, quibus in ludis, quibus in conviviis, amiciri ſolet? Quid ſtultius quam dicere omnia Cæſaris indumenta convenire Pontifici? Sed quam lepidè addit: *Seu etiam dignitatem imperialium præſidentium equitum.* Seu inquit, diſtinguere duo hæc invicem voluit, quaſi multum inter ſe habeant ſimilitudinis & de imperatorio habitu ad equeſtrem dignitatem dilabitur, neſcio quid loquens. Mira quædam effari vult, ſed deprehendi in mendacio timet, eoque inflatis buccis & turgido gutture, dat ſine mente ſonum. *Conſeferentes ei etiam imperialia ſceptra.* Quæ ſtructura orationis? qui nitor? qui ordo? Quænam ſunt ſceptra iſta imperialia? unum eſt ſceptrum, non plura. Si modo ſceptrum gerebat Imperator. Num & Pontifex ſceptrum

manu

anu geſtabit? Cur non ei dabimus & enſem, galeam, & jaculum? *Simulque cuncta ſigna, que banna.*

Quid tu *ſigna* accipis? Signa ſunt aut ſtatuæ, ide frequenter legimus, ſigna ac tabulas, pro ulpturis & picturis. Priſci enim non in parietibus pingebant, ſed in tabulis, aut vexilla, ıde illud, Signa pares aquilas. A priore gnificato, ſigilla dicuntur parvæ ſtatuæ atıe ſculpturæ. Num ergo ſtatuas, aut aquis ſuas Silveſtro dabat Conſtantinus? Quid oc abſurdius? At *banna* quid ſibi velint non ıvenio. Deus te perdat improbiſſime morilium, qui ſermonem barbarum attribuis ſeulo erudito. *Et diverſa ornamenta imperalia.* Quia dixit *banna*, ſatis putavit ſignifiatum eſſe, & ideo cætera ſub verbum unierſale concluſit. Et quam frequenter inculat imperialia, quaſi propria quædam ſint orıamenta Imperatoris magis, quam conſulis, uam dictatoris, quam Cæſaris. *Et omnem roceſſionem imperialis culminis, & gloriam poeſtatis noſtræ.*

Trojicit ampullas, & ſeſquipedalia verba,

Rex Regum Darius, conſanguineuſque leorum; nunquam niſi plurali numero loqueis. Quæ eſt iſta proceſſio, imperialis cucumeris, per herbam torti, & creſcentis in venrem? Triumphaſſe exiſtimas Cæſarem quoies domo prodibat, ut nunc ſolet Papa, præcedentibus albis equis, quos ſtratos, ornatoſque famuli dextrant? quo, ut taceam

alias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

alias ineptias, nihil eſt vanius, nihilque à Pontifice Romano alienius, Quæ etiam iſta gloria eſt? Gloriam ne, ut Hebrææ linguæ mos eſt, pompam, & apparatus illum ſplendorem homo Latinus appellaſſet? Ut illud quoque, *militiam* pro *milites*, quod ab Hebræis ſumus mutuati, quorum libros Conſtantinus, aut ipſius ſcribæ nunquam aſpexerant. Verum quanta eſt munificentia tua Imperator, qui non ſatis habes ornaſſe ſummum Pontificem, niſi ornes & omnem clerum? *culmen ſingularis potentiæ & præcellentiæ*, ais, *effici patritios, conſules.* Quis audivit Senatores, alioſue homines effici patritios? conſules efficiuntur, non patritii, ex domo vel patritiâ, quæ eadem ſenatoria dicitur, ſiquidem Senatores patres conſcripti ſunt, vel ex equeſtri, vel ex plebejâ, pluſque eſt Senatorem quam patritium eſſe. Nam Senator eſt unus è delectis conſiliariis reipublicæ, patritius verò qui è domo ſenatoriâ ortum ducit. Ita qui Senator, aut ex patribus conſcriptis: non protinus & patritius eſt. Ridiculèque Romani mei hoc tempore faciunt, qui prætorem ſuum Senatorem vocant, quum neque Senatus ex uno homine conſtare poſſit, neceſſeque ſit Senatorem habere collegas, & is, qui Senator nunc dicitur, fungatur officio prætoris. At dignitas patritiatus in multis libris invenitur inquies. Audio. Sed in his qui de temporibus poſt Conſtantinum loquuntur, ergo poſt Conſtantinum privilegium confectum eſt. Sed nun-

nquid clerici fieri conſules poſſunt? Con-
gio ſibi interdixêre Latini clerici, & conſu-
fient? Habitoque delectu militum, cum
gion bus & auxiliis in provincias, quas fue-
t ſortiti, ſe conferent? Miniſtrine & ſervi
nſules fient, aut militaria ornamenta nec
ni, ut ſolebat, ſed centeni & milleni mini-
tri qui Romanæ Eccleſiæ ſervient, dignitate
icientur imperatoriâ? Et ego ſtolidus mira-
r quod Papa effici diceretur. Miniſtri Im-
ratores erunt, clerici vero milites. Milites
clerici fient, aut militaria ornamenta geſta-
nt niſi imperialia ornamenta univerſis cleri-
impertis? Nam neſcio quid dicas. Et quis
on videt hanc fabulam ab his excogitatam
ſe, qui ſibi omnem veſtiendi licentiam eſſe
luerunt. Ut exiſtimem, ſi qua inter dæ-
ones qui aërem incolunt, ludorum genera
ercentur, eos exprimendo clericorum cultu,
ſtu, luxu, exerceri, & hoc ſcenici luſus
nere maximè delectari. Utrum magis in-
quar? ſententiarum an verborum ſtoliditа-
m? Sententiarum audiſtis. Verborum hæc
t, ut dicat *Senatum videri adornari*, quaſi
on utique *adornetur*, & quidem, *adornari*
oriâ, & quod ſit, factum eſſe velit, ut *pro-*
ulgavimus; pro *promulgamus*. Illo enim
odo ſonat jucundius oratio, ut eandem rem
er præſens & per præteritum enunciet. Velut
ecernimus & *decrevimus*. Et omnia ſint re-
erta his vocibus. *Decernimus*, *decoramus*,
nperialis, *imperatoria*, *potentia*, *gloria*. Et

extat

extat pro *eſt* poſuerit, quum extare ſit ſupereminere, vel ſupereſſe, & *nempè* pro *ſcilicet*, & *concubitores* pro *contubernales*. Concubitores ſunt qui concumbunt, & coëunt, nimirum ſcorta intelligenda ſunt. Addit cum quibus dormiat, ne timeat opinor nocturna phantaſmata addit *cubicularios* addit *oſtiriarios*. Non otioſum eſt, quare hæc ab eo minuta referantur, pupillum inſtituit, aut adoleſcentem filium, non ſenem, cui omnia quibus neceſſe habet tenera ætas, ipſe velut amantiſſimus pater præparat, ut David Salomoni fecit. Atque ut per omnes numeros fabula impleatur, dantur clericis equi, ne aſinario illo Chriſti more ſuper aſellos ſedeant, & dantur non operti, ſive inſtrati, operimentis coloris albi, ſed decorati colore albo. At quibus operimentis? non ſtragulis, non Babylonicis, aut quo alio genere, ſed *mappulis*, & *linteaminibus*. Mappæ ad menſam pertinent, linteamina ad lectulos, & quaſi dubium ſit cujus ſint hæc coloris, interpretatur, id eſt, *candidiſſimo colore*. Dignus Conſtantino ſermo, digna Lactantio facundia, quum in cæteris, tum vero in illo, *equos equitent*. Et quum de veſtitu Senatorum nihil dixerit, non de laticlavo, non de purpurâ, non de cæteris, de calciamentis ſibi loquendum putavit. Nec lunulas appellavit, ſed *udones*, ſive cum udonibus, quos ut ſolet homo ineptus exponit, id eſt *candido linteamine*, quaſi udones linteamen ſint. Non occurrit in præſentiarum ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

reppererim udones, niſi apud Martialem Valerium, cujus diſtichon, quod inſcribitur udones cilicini, hoc eſt:

Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti,
Cyniphio poterit planta latere ſinu,

Ergo non linei utique, nec candidi ſunt udones, quibus hic bipes aſellus, non calceari ſedes Senatorum ait, ſed *Senatores illuſtrari,* atque per hoc, *ſicut cœleſtia ad laudem Dei decorentur.* Quæ tu cœleſtia vocas? Quæ terrena? Quomodo cæleſtia decorantur? Quæ autem Deo laus iſta ſit, tu videris. Ego, ſi qua fides mihi eſt, nihil puto, nec Deo nec cæteris hominibus magis eſſe inviſum, quam tantam clericorum in rebus ſecularibus licentiam. Verum quid ego in ſingula impetum facio, dies me deficiet, ſi univerſa non dico amplificare, ſed attingere velim.

Præ omnibus autem licentiam tribuimus beato Silveſtro & ſucceſſoribus ejus, ex noſtro indultu, ut quem placatus proprio conſilio clericare voluerit, & in religioſo numero religioſorum clericorum connumerare, nullus ex omnibus præſumat ſuperbè agere.

Quis eſt hic Melchiſedech, qui Patriarcham Abraham benedicit? Conſtantinus ne vix Chriſtianus, facultatem ei, à quo baptizatus eſt, & quem beatum appellat, tribuit clericandi? quaſi prius nec feciſſet hoc Silveſter, nec facere potuiſſet? Et quâ comminatione vetuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ne quis impedimento eſſet? *Nullus ex omnibus præſumat ſuperbè agere.* Quâ etiam elegantiâ? *Connumerare in numero religioſo religioſorum, clericare clericorum & indictu & placatu.* Atque iterum ad diadema revertitur.

Decrevimus itaque & hoc, ut ipſe, & ſucceſſores ejus diademate, videlicet coronâ, quam ex capite noſtro illi conceſſerimus, ex auro puriſſimo, & gemmis precioſis, uti debeant, pro honore beati Petri.

Iterum interpretatur diadema. Cum Barbaris enim & obliviofis loquebatur, & adjicit, *de auro puriſſimo*, ne fortè aliquid æris, aut ſcoriæ crederes admixtum. Et *gemmas* cum dixit addit *precioſas*, eodem timore, ne viles forſan ſuſpicareris. Cur tamen non precioſiſſimas, quemadmodum aurum puriſſimum? Plus namque intereſt inter gemmam & gemmam, quam inter aurum & aurum. Et cum dicere debuiſſet diſtinctum gemmis, dixit ex gemmis. Quis non videt ex eo loco ſumptum, quem princeps gentilis non legerat, Poſuiſti in capite ejus coronam de lapide precioſo? Sic loquutus eſt Cæſar vanitate quâdam coronæ ſuæ jactandæ, ſi modo Cæſares coronabantur, in ſeipſum contumelioſus, qui vereretur, ne opinarentur homines, eum non geſtare coronam ex auro puriſſimo, cum gemmis precioſis, niſi indicaſſet? Accipe cauſam, cur ſic loquatur, *pro honore beati Petri*: quaſi Chriſtus non ſit ſummus angularis lapis, in quo

o templum Eccleſiæ conſtructum eſt, ſed
trus, quod iterum poſtea facit. Quem ſi
ntoperè venerari volebat, cur non templum
iſcopale, illi potius, quam Joanni Baptiſtæ
omæ dicavit? Quid illa loquendi barbaries,
nne teſtatur non ſeculo Conſtantini, ſed
ſteriori cantilenam hanc eſſe confictam?
ecrevimus quod uti debeant, pro eo quod
, *decrevimus ut utantur.* Sic nunc barbari
mines vulgo loquuntur, & ſcribunt, juſſi
od deberes venire, pro eo quod eſt juſſi ut
nires. Et *decrevimus*, & *conceſſimus*,
aſi non tunc fiant illa, ſed alio quodam tem-
re facta ſint.

*Ipſe vero beatus Papa ſuper coronam clerica-
, quam gerit ad gloriam beatiſſimi Petri,
a ex auro non eſt paſſus uti coronâ.*

O tuam ſingularem ſtultitiam Conſtantine,
odo dicebas coronam ſuper caput Papæ ad
norem facere beati Petri, nunc ais non fa-
re, quia Silveſter illam recuſat, & quum
tum recuſantis probes, tamen jubes eum
reâ uti coronâ. Et quod hic non debere ſe
ere exiſtimat, id tu ipſius ſucceſſores dicis
ere debere. Tranſeo, quod raſuram, co-
nam vocas, & Papam Pontificem Roma-
m, qui nondum peculiariter ſic appellari
at cæptus.

*Phrygium verò candidiſſimo nitore ſplendi-
m, domini reſurrectionem deſignantes, ejus
cratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

& tenentes frænum equi, pro reverentia beati Petri Apoſtoli, dextratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes eodem Phrygio omnes ejus ſucceſſores ſingulariter uti in proceſſionibus ad Imperii noſtri imitationem.

Nonne videtur hic autor fabulæ, non per imprudentiam, ſed conſulto & deditâ operâ prævaricari, & undique anſas ad ſe reprehendendum præbere? In eodem loco ait, phrygio & dominicam reſurrectionem repræſentari & imperii Cæſarei eſſe imitationem, quæ duo inter ſe maximè diſcrepant. Deum teſtor, non invenio quibus verbis, quâ verborum atrocitate confodiam hunc perditiſſimum nebulonem. Ita omnia verba plena inſaniæ evomit, Conſtantinum non tantum afficio ſimilem Moyſi, qui ſummum ſacerdotem juſſu Dei ornavit, ſed ſecreta myſteria facit exponentem, quod difficillimum eſt his, qui diu in ſacris literis ſunt verſati. Cur non feciſti etiam Conſtantinum Pontificem maximum, ut multi Imperatores fuerunt, ut commodius ipſius ornamenta in alterum ſummum Pontificem transferrentur? Sed neſciſti hiſtorias. Ago itaque Deo etiam hoc nomine gratias, quod iſtam nefandiſſimam mentem, non niſi in ſtultiſſimum hominem cadere permiſit. Quod etiam poſteriora declarant. Namque Aaron ſedenti in equo, Moyſen inducit dextratoris exhibuiſſe officium, & non hoc per medium Iſrael, ſed per Chananæos atque Ægyptios, id

eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ſt per infidelem civitatem, ubi non tam im-
erium erat orbis terrarum quam dæmonum,
& dæmones colentium populorum.

*Vnde ut Pontificalis apex non vileſcat, ſed
nagis quam imperii terreni dignitas, gloriâ,
& potentiâ decoretur, ecce tam palatium no-
trum, quamque Romanam urbem & omnes
taliæ ſive occidentalium regionum Provin-
ias, loca, civitates, beatiſſimo Pontifici &
niverſali Papæ Silveſtro tradimus, atque
elinquimus: & ab eo, & ſucceſſoribus ejus per
ragmaticum conſtitutum decrevimus diſpo-
endas, atque juri ſanctæ Romanæ eccleſiæ per-
nanendas.*

De hoc in oratione Romanorum & Silve-
ſtri multi diſſeruimus. Hujus loci eſt ut dica-
mus neminem fuiſſe facturum, ut nationes uno
cunctas verbo donationis involueret, & qui
minutiſſima quæque ſuperius eſt executus, lo-
rum, calceos, linteamina, equorum orna-
menta, non referret nominatim Provincias,
quarum ſingulæ non ſingulos Reges nunc, aut
principes Regibus pares habent. Sed ignora-
vit videlicet hic falſator, quæ Provinciæ ſub
Conſtantino erant, quæ non erant, Nam cer-
tè cunctæ ſub eo non erant. Alexandro extin-
cto videmus ſingulas regiones in ducum parti-
tione numeratas. A Xenophonte terras, prin-
cipeſque nominatos, qui vel ultro, vel armis
ſub imperio Cyri fuerunt. Ab Homero Græco-
rum, Barbarorumque Regum, nomen, genus,

patriam, mores, vires, pulchritudinem, numerum navium, & propè numerum militum, cataologo comprehenſum. Cujus exemplum quum multi Græci, tum vero noſtri Latini, Ennius, Virgilius, Lucanus, Statius, aliique nonnulli imitati ſunt. A Joſue & Moyſe in diviſione terræ promiſſionis, viculos quoque univerſos fuiſſe deſcriptos- Et tu gravaris etiam Provincias recenſere. Occidentales tantum Provincias nominas. Qui ſunt fines Occidentis? ubi incipiunt? ubi deſinunt? Num ita certi conſtitutique ſunt termini Occidentis, & Orientis, Meridieique & Septentrionis, ut ſunt Aſiæ, Africæ, Europæ? Neceſſaria verba ſubtrahis, ingeris ſupervacua. Dicis Provincias, loca, civitates. Nonne & Provinciæ & urbes loca ſunt? & quum dixeris Provincias, ſubjunges civitates, quaſi hæ ſub illis non intelligantur. Sed non eſt mirum, qui tantam orbis terrarum partem à ſe alienat, eundem urbium Provinciarumque nomina præterire, & quaſi letargo oppreſſum, quid loquatur ignorare. Italiæ ſive Occidentalium regionum. Tanquam aut hoc aut illud, quum tamen utrumque intelligat, appellans Provincias regionum, quum ſint potius regiones Provinciarum, & *permanendam* dicens pro *permanſuram*.

Unde congruum proſpeximus, noſtrum imperium, & regiam poteſtatem Orientalibus transferri regionibus, & in byzantiæ Provinciæ opti-

optimo loco, nomini noſtro civitatem ædificari, & illic noſtrum conſtitui imperium.

Taceo quod dixit civitates ædificari, cum urbes ædificentur non civitates, & Italiam Provinciam, ſi tu es Conſtantinus, redde cauſam, cur illum potiſſimum locum condendæ urbis delegeris? Quod enim te alio transferas poſt Romam traditam, non tam congruum quam neceſſariuum eſt. Nec te appelles Imperatorem, qui Romam amiſiſti, & de nomine Romano quod diſcerpis peſſimê meritus es; nec Regem, quod nemo ante te fecit, niſi ideo te Regem appelles, quia Romanus eſſe deſiiſti. Sed affers cauſam ſanè honeſtam.

Quoniam ubi princeps ſacerdotum & Chriſtianæ religionis caput conſtitutum eſt, ab Imperatore cæleſti, juſtum non eſt, ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatem.

O ſtultum David, ſtultum Salomonem, ſtultum Ezechiam, Ioſiamque, & ceteros Reges ſtultos, ac parum religioſos, qui in urbe Hieruſalem cum ſummis ſacerdotibus habitare ſuſtinuerunt, nec totâ illis urbe ceſſerunt. Plus ſapit Conſtantinus triduo, quam illi totâ vitâ ſapere potuerunt. Et Imperatorem cœleſtem appellas, quia terrenum accepit imperium, niſi Deum intelligis, nam ambiguè loqueris, à quo terrenum principatum ſacerdotum, ſuper urbe Romanâ, cæteriſque locis, conſtitutum eſſe mentiris.

Hæc vero omnia, quæ per hanc imperialem ſacram ſcripturam, & per alia divalia decreta ſtatuimus & firmavimus, uſque in finem mundi, illibata & inconcuſſa permanere decrevimus.

Modò te terrenum vocaveras Conſtantine, nunc divum, ſacrumque vocas. Ad gentilitatem recidis, & plusquam gentilitatem. Deum te facis, & verba tua ſacra, & decreta immortalia, nam mundo imperas, ut tua juſſa conſervet illibata & inconcuſſa. Non cogitas quis tu es. Modò è ſordiſſimo impietatis cœno lotus, & vix perlotus. Cur non addebas: jota unum, aut apex unus, de privilegio hoc non peribit, ut non magis pereat cœlum & terra. Regnum Saul à Deo electi ad filios non pervenit, Regnum David in nepote diſcerptum eſt, & poſtea extinctum. Et tu ad finem uſque mundi regnum, quod tu ſummo Deo tradis permanſurum, tuâ autoritate decernis. Quis etiam te tam citò docuit mundum eſſe periturum? Nam Poëtis, qui hoc etiam teſtantur, non puto te hoc tempore fidem habere. Ergo hoc tu non dixiſſes, ſed alius tibi affinxit. Cæterum qui tam magnificè ſuperbèque loquutus eſt, timere incipit, ſibique diffidere, eoquè obteſtationibus agit.

Vnde coram Deo vivo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili ejus judicio obteſtamur, omnes noſtros ſucceſſores Imperatores, & cunctos optimates, ſatrapas etiam, ampliſſimum-

que

que Senatum, & univerſum populum in univerſo orbe terrarum, nec non & in poſterum, nullo eorum quoquo modo licere, hoc aut confringere, vel in quoquam convelli.

Quam æqua, quam religioſa adjuratio. Non ſecus, ac ſi lupus per innocentiam, & fidem obteſtatur cæteros lupos atque paſtores, ne oves quas ſuſtulit, interque filios & amicos partitus eſt, aut illi adimere, aut hi repetere tentent. Quid tantoperè extimeſcis Conſtantine? Si opus tuum ex Deo non eſt, diſſolvetur. Sin ex Deo, diſſolvi non poterit. Sed video voluiſti imitari Apocalypſim, ubi dicitur. Conteſtor autem audienti omnia verba prophetiæ libri hujus, ſi quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus de libro vitæ, & de civitate ſanctâ. At tu nunquam legeras Apocalypſim, ergo non ſunt hæc verba tua.

Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator extiterit, æternis condemnationibus ſubjaceat condemnatus, & ſanctos Dei Apoſtolos Petrum & Paulum ſibi in præſenti & in futurà vitâ ſentiat contrarios. Atque in inferno inferiori ſcilicet concremandus, cum diabolo & omnibus deficiat impiis.

Hic terror, atque hæc comminatio, non Cæſaris aut ſecularis Principis ſolet eſſe, ſed priſcorum ſacerdotum, ac flaminum, & nunc

Eccleſiaſticorum. Itaque non eſt Conſtantini oratio hæc, ſed alicujus clericuli ſtolidi, nec quid dicat, aut quomodo dicat ſcientis, ſaginati, & craſſi, ac inter crapulam, interque fervorem vini, has ſcientias, & hæc verba ructantis. Quæ non in alium tranſeunt, ſed in ipſum convertuntur authorem. Primum ait, *æternis condemnationibus ſubjaceat*. Deinde, quaſi plus addi queat, alia addere vult, & poſt *æternitatem pœnarum*, adjungit *pœnas vitæ præſentis*, & cum Dei condemnatione nos terreat, adhuc quaſi majus quiddam ſit, terret nos odio Petri, cui Paulum cur adjungat, aut cur ſolum, neſcio. Iterum ſolito lethargo ad pœnas æternas redit, veluti non hoc ante dixiſſet. Quod ſi minæ hæ execrationeſque Conſtantini forent, invicem execrarer ut tyrannum & profligatorem reipub. meæ, & illi me Romano ingenio minarer ultorem. Nunc quis exiſtimat execrationem avariſſimi hominis, & ritu hiſtrionum verba ſimulantis, ac ſub perſonâ Conſtantini alios deterrentis, hoc eſt propriè hypocritam eſſe, ſi Græcam vocem exquirimus, ſub alienâ perſonâ abſcondere tuam.

Hujus verò imperialis decreti paginam propriis manibus roborantes, ſuper venerandum corpus beati Petri poſuimus.

Carta ne, an membrana fuit pagina, in qua ſcripta ſunt hæc? Tametſi paginam vocabimus alteram faciem, ut dicunt, folii, veluti

uti quinternio habet folia dena, paginas vicenas. O rem inauditam & incredibilem! cum eſſem adoleſcentulus, interrogaſſe me quendam memini, quis librum Job ſcripſiſſet, cumque ille reſpondiſſet, ipſe Job, tunc me ſubjunxiſſe, quo pacto igitur de ſuâ ipſius morte faceret mentionem? Quod de multis aliis libris dici poteſt, quorum ratio huic loco non convenit. Nam quomodo verè narrari poteſt id, quod nondum eſſet adminiſtratum, & in tabulis contineri id, quod poſt tabulatum, ut ſic dicam ſepulturam factum eſſe ipſe fateatur. Hoc nihil aliud eſt, quam paginam privilegii ante fuiſſe mortuam & ſepultam, quam natam. Nec tamen unquam à morte atque ſepulturâ reverſam, præſertim antequam conſcripta eſſet, roboratam. Nec id unâ tantum, ſed utraque Cæſaris manu; & quid iſtud eſt, roborare illam, chirographo ne Cæſaris, an annulo ſignatorio? Magnum nimirum robur, majuſque multo, quam ſi tabulis æreis mandaviſſet. Sed non eſt opus ſcripturâ æreâ, cum ſupra corpus beati Petri charta reponatur. Cur hic Paulum retices, qui ſimul jacet cum Petro, & magis cuſtodire poſſent ambo, quam ſi afforet tantummodo corpus unius? Videtis artes malitiamque nequiſſimi Sinonis. Quia donatio Conſtantini doceri non poteſt, ideo non in tabulis æreis, ſed charteis privilegium eſſe, ideo latere illud cum corpore ſanctiſſimi Apoſtoli dixit. Ne aut auderemus è venerabili ſepulchro inquire-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

re, aut ſi inquireremus, carie abſumptum putaremus. Sed ubi tunc erat corpus beati Petri? Certè nondum in templo ubi nunc eſt, non in loco ſanè munito ac tuto. Ergo non illic Cæſar paginam collocaſſet. An beatiſſimo Silveſtro paginam non credebat, ut parum ſancto, parum cauto, parum diligenti? O Petre, ô Silveſter, ô Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifices, quibus oves dominis commiſſæ ſunt, cur vobis commiſſam paginam non cuſtoditis? Cur à tineis illam rodi, aut cur ſitu tabeſcere paſſi eſtis? Opinor quia corpora quoque veſtra contabuerunt. Stultè igitur fecit Conſtantinus. En redacta in pulverem pagina, jus ſimul privilegii in pulverem abiit. Atqui, ut videmus, paginæ exemplar oſtenditur. Quis ergo illam de ſinu ſanctiſſimi Apoſtoli temerarius accepit? Nimirum aliquis antiquorum ſcriptorum debet afferri, nec poſterior Conſtantini temporibus. At is nullus affertur, ſed fortè aliquis recens. Unde hic habuit? Quiſquis enim de ſuperiori ætate hiſtoriam texit, aut Spiritu ſancto dictante loquitur, aut veterum ſcriptorum, & eorum quidem, qui de ſuâ ætate ſcripſerunt, ſequitur autoritatem. Quare quicunque veteres non ſequitur, is de illorum numero erit, quibus ipſa vetuſtas præbet audaciam mentiendi. Quod ſi quo in loco iſta res legitur, non aliter cum antiquitate conſentit, quam illa gloſſatoris Accurcii, de legatis Romanis ad leges accipiendas dimiſſis in Græciam, pluſquàm ſtulta narra-

narratio, cum Tito Livio, aliiſque præſtantiſſimis ſcriptoribus convenit.

Datum Romæ, tertio Calendas Aprilis, Conſtantino Auguſto quarto conſule, & Gallicano quarto conſule.

Diem poſuit penultima Martii, ut ſentiremus hoc factum eſſe ſub tempus ſanctorum dierum, qui illo plerumque tempore ſolent eſſe. Et Conſtantino quartùm conſule, & Gallicano quartùm conſule. Mirum ſi uterque ter fuerat conſul, & in quarto conſulatu forent collegæ. Sed mirandum magis, Auguſtum leproſum elephantia, qui morbus inter cæteros, ut elephas inter beluas, eminet, velle etiam accipere conſulatum, cum Rex Azarias ſimul ac leprâ tactus eſt, in privato ſe continuerit, procuratione regni ad Jonathan filium relegatâ, ut ferè omnes leproſi fecerunt. Quo uno argumento totum prorſus privilegium confutatur, profligatur, evertitur, ac ne quis ambigat, ante leproſum eſſe debuiſſe, quam conſulem, ſciat & ex medicina, paulatim hunc morbum ſuccreſcere, & ex notitiâ antiquitatis, conſulatum iniri Januario menſe, magiſtratumque eſſe annuum. Et hæc Martio proximo geſta referuntur. Ubi neque ſilebo, in epiſtolis ſcribi ſolere, *datum*, non autem in cæteris, niſi apud indoctos. Dicuntur enim epiſtolæ dari, vel illi, vel ad illum. Illi quidem, qui perfert, utpura tabellario, ut reddat, & in manum porrigat homini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

homini cui mittuntur. Privilegium autem, ut ajunt, Conſtantini, quod reddi alicui non debebat, nec dari debuit dici, ut appareat eum, qui ſic loquutus eſt mentitum eſſe, nec ſciſſe fingere, quod Conſtantinum dixiſſe ac feciſſe veriſimile eſſet. Cujus ſtultitiæ atque veſaniæ affines ſe ac ſocios faciunt, quicunque hunc vera dixiſſe exiſtimant, atque defendunt. Licet nihil jam habeant quo opinionem ſuam, non dico defendere, ſed honeſtè excuſare poſſint. An honeſta erroris excuſatio eſt, cum patefactam videas veritatem, nolle illi acquieſcere, quia nonnulli magni homines aliter ſenſerunt? Magni inquam dignitate, non ſapientiâ, nec virtute. Unde tamen ſcis, an illi, quos tu ſequeris, ſi eadem audiſſent quæ tu, manſuri in ſententiâ fuerint, an à ſententiâ receſſuri? & nihilominus indigniſſimum eſt, plus homini velle tribuere quam veritati, id eſt Deo. Ita enim quidam, omnibus defecti rationibus ſolent reſpondere, cur tot ſummi Pontifices donationem hanc veram eſſe crediderunt? Teſtificor vos, me vocatis quo nolo, & invitum me maledicere ſummis Pontificibus cogitis, quos magis in delictis ſuis operire vellem.

Sed pergamus ingenuè loqui, quandoquidem aliter agi nequit hæc cauſa. Ut fatear eis ita crediſiſſe, & non malitiâ feciſſe, quid mirum ſi iſta crediderunt, ubi tantum lucri blanditur, cum plurima, ubi nullum lucrum oſtenditur, per inſignem imperitiam credant?

Nonne

Nonne apud Aram cœli, in tam eximio templo, & in loco maximè auguſto, cernimus fictam fabulam Sibyllæ & Octaviani, ut ferunt, ex autoritate Innocentii tertii, hæc ſcribentis? Qui etiam de ruina templi pacis, ſub natale Salvatoris, hoc eſt in partu virginis, ſcriptum reliquit. Quæ ad evertendam magis fidem, quia falſa, quam ad ſtabiliendam, quia miranda ſunt, pertinent. Mentiri ne ob ſpeciem veritatis, pietatis, audet vicarius veritatis, & ſe ſcientem hoc piaculo obſtringere? An non mentitur? Immo verò à ſanctiſſimis viris ſe, cum hoc facit, diſſentire non videt? Tacebo alios. Hieronymus Varronis teſtimonio utitur, decem Sibillas fuiſſe, quod opus Varro ante Auguſtum condidit. Idem de templo pacis ita ſcribit: Veſpaſianus & Titus Romæ templo pacis ædificato, vaſa templi, & univerſa donaria, in delubro illius conſecrarunt, quæ Græcâ & Romanâ narrat hiſtoriâ. Et hic unus indoctus plus vult libello ſuo etiam barbarè ſcripto credi, quam fideliſſimis veterum prudentiſſimorum hominum hiſtoriis. Quia Hieronymum attigi, non patiar hanc contumeliam ipſius tacitè præteriri. Romæ ex autoritate Papæ oſtenditur codex Bibliæ, tanquam reliquiæ ſanctorum, luminaribus ſemper accenſis, quod dicunt ſcriptum chirographo Hieronymi. Quæres argumentum? Quia multum, ut inquit Virgilius, eſt pictæ veſtis & auri. Reſque magis Hieronymi manu indicat ſcriptum non eſſe. Illum ego dili-

gentius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

gentius inſpectũ, comperi ſcriptum eſſe juſſu Regis, ut opinor, Roberti, chirographo hominis imperiti. Huic ſimile eſt, quanquam decem milia hujuſmodi Romæ ſunt, quod inter religioſa demonſtratur in tabella effigies Petri & Pauli, quam Silveſter Conſtantino, ab eiſdem Apoſtolis in ſomnis admonito, in confirmationem viſionis exhibuit. Non hoc dico, quia negem effigies illas eſſe Apoſtolorum, utinamque tam vera eſſet Epiſtola, nomine Lentuli miſſa de effigie Chriſti, quæ non minus improbe ementita eſt, quam privilegium, quod confutavimus, ſed quia tabella illa à Silveſtro non fuerit exhibita Conſtantino. In quo non ſuſtineo admirationem animi mei continere. Diſputabo enim aliquid de fabulâ Silveſtri. Quia & omnis in hoc quæſtio verſatur, & mihi cum ſermo ſit cum Pontificibus Romanis de Pontifice Romano potiſſimum loqui decebit, ut ex uno exemplo, facile aliorum conjectura capiatur. Et ex multis ineptiis quæ ibi narrantur, unam tantum de dracone attingam, ut doceam Conſtantinum non fuiſſe leproſum. Etenim geſta Silveſtri ab Euſebio quodam Græco homine, ut interpres teſtatur, compoſita ſunt, quæ natio ad mendacia ſemper promptiſſima eſt. Ut Juvenalis Satyrica cenſura ait, Quicquid Græcia mendax audet in hiſtoriâ. Unde draco ille venerat? Romæ dracones non gignuntur. Unde etiam illi venenum? In Africa tantum peſtiferi dracones, ob ardorem regionis, eſſe dicuntur. Unde

præte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ˀæterea tantum veneni? ut tam ſpacioſam ci-
tatem peſte corrumperet, præſertim cum in
m alto ſpecu demerſus eſſet, ad quem cen-
m quinquaginta gradibus deſcenderetur?
rpentes, excepto forſan baſiliſco, non af-
atu, ſed morſu virus inſpirant, atque interi-
unt. Nec Cato Cæſarem fugiens, cum
ntâ hominum manu, per medias Africæ
enas dum iter faceret, ac dormiret, ullum
ciorum ac comitum ſuorum, ſerpentis affla-
vidit extinctum. Neque illi populi ob id
rem ſentiunt peſtilentem. Et ſi quid fabulis
edimus, & Chimæra, & Hydra, & Cer-
erus, ſine noxa vulgo conſpecti ſunt, ac ta-
i. Adhuc quin eum Romani potius occi-
ſſent. Non poterant inquis. At multo
randiorem ſerpentem in Africa, ad ripam
agadæ Regulus occidit. Hunc verò vel ob-
ructo ore ſpecus facilè erat interimere. An
olebant? Ita opinor pro Deo colebant, ut
abylonii fecerunt. Cur ergo, ut olim Da-
el dicitur accidiſſe, non & Silveſter hunc
otius occidiſſet? Quin canabaceo filo alli-
aſſet, & domum illam in æternum perdidiſ-
t? Ideo commentator fabulæ noluit draco-
em interimi, ne planè Danielis narratio
ferri videretur, quod ſi Hieronymus vir do-
iſſimus ac fideliſſimus interpres, Apollina-
ſque, & Origenes, atque Euſebius, & non
ulli alii narrationem Beli fictam eſſe affir-
ant, ſi eam Iudæi in veteris inſtrumenti ar-
etypo non agnoſcunt, id eſt, ſi doctiſſimi
qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

quique Latinorum, plærique Græcorum, ſinguli Hebræorum, illam ut fabulam damnant; ego non hanc adumbratam ex illa damnabo, quæ nullius ſcriptoris autoritate fulcitur, & quæ magiſtrum multo ſuperat ſtultitiâ? Nam quis beluæ domum ſubterraneam ædificaverat? Quis illic eam collocaverat, & ne prodiret atque avolaret (Volant enim dracones, ut quidam ajunt, etſi alii negant) imperaverat? Quis genus illud cibi excogitaverat? Quis fœminas, eaſque virgines, ac ſanctimoniales deſcendere præceperat, nec niſi calendis? An tenebat draco quis eſſet dies calendarum? & tam parco, raroque erat cibo contentus? Nec virgines tam altum ſpecum, tam immanem, & eſurientem beluam exhorrebant? Credo blandiebatur eis draco, ut fœminis, ut virginibus, ut cibaria afferentibus. Credo etiam cum illis fabulabatur. Quid ni, honor dicto, etiam coibat? Nam & Alexander, & Scipio ex draconis ſerpentiſve cum matre concubitu geniti dicuntur. Quid de negato poſtea victu? Non potius aut prodiiſſet, aut fuiſſet extinctus? O miram hominum dementiam, qui his anilibus deliramentis fidem habent. Jam verò quamdiu hoc factitatum eſt? Quando fuit cœptum? Ante adventum ſalvatoris? An poſtea? nihil horum ſcitur. Pudeat nos, pudeat harum næniarum, & levitatis pluſquam inimicæ. Erubeſcat Chriſtianus homo, qui veritatis ſe ac lucis filium nominat, proloqui, quæ non modo vera non ſunt, ſed nec veri-

ſimilia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

milia. At enim inquiunt, hanc dæmones
oteſtatem in gentibus obtinebant, ut eas diis
ervientes illuderent. Silete impudentiſſimi
omines, ne dicam ſceleratiſſimos, qui fa-
ulis veſtris tale ſemper velamentum obten-
itis. Non deſiderat ſinceritas Chriſtiana
atrocinium falſitatis. Satis per ſe ſuperque
ıâ ipſius luce ac veritate defenditur, ſine iſtis
ommentitiis ac præſtigioſis fabellis, in Deum,
ı Chriſtum, in S. ſanct. contumelioſiſſimis. Sic-
ine Deus arbitrio dæmonum tradiderat ge-
us humanum, ut tam manifeſtis, tam im-
eriosis miraculis ſeduceretur? ut prope-
nodum poſſet injuſtitiæ accuſari, qui o-
es lupis commiſiſſet, & homines magnam
rrorum ſuorum haberent excuſationem.
Quod ſi tantum olim licebat dæmonibus, &
unc apud infideles vel magis liceret, quod
ninimè videmus. Nec ullæ ab eis hujusmodi
abulæ proferuntur. Tacebo de aliis populis,
licam de Romanis apud quos pauciſſima mi-
acula feruntur, eaque vetuſta atque incerta.
Valerius Maximus ait, hiatum illum terræ in
nedio foro, cum ſe in eum Curtius armatum
ıdacto equo immiſiſſet, iterum cojiſſe, inque
riſtinam formam continuo revertiſſe. Item
unonem Monetam cum à quodam milite Ro-
nano captis Veiis per jocum interrogata eſſet,
ın Romam migrare vellet, reſpondiſſe,
elle. Quorum neutrum Titus Livius ſentit,
& prior autor & gravior. Nam & hiatum
ermanſiſſe vult, nec tam fuiſſe ſubitum quam

vetu-

vetuſtum, & ante conditam urbem appellatumque Curtium lacum, quod in eo delituiſſet Curtius Metius Sabinus, Romanorum fugiens impreſſionem. Et Iunonem annuiſſe, non reſpondiſſe. Adjectum fabulæ poſtea, vocem reddidiſſe. Atque de nutu quoque palam eſt illos eſſe mentitos, vel quod motum ſimulachri, avellebant autem illud, interpretati ſunt, ſuâ ſponte eſſe factum, vel quâ laſciviâ hoſtilem, & victam, & lapidem deam interrogabant, eâdem laſciviâ annuiſſe finxerunt. Tametſi Livius inquit non annuiſſe, ſed milites quod annuiſſet exclamaſſe. Quæ tamen boni ſcriptores non defendunt facta, ſed dicta excuſant. Nam prout idem Livius ait, datur venia antiquitati, ut miſcendo humana divinis, primordia urbium auguſtiora faciat, & alibi, ſed in rebus tam antiquis ſi qua ſimilia veritati ſunt, pro veris accipiantur. Satis habeam, hæc ad oſtentationem ſcænę gaudentis miraculis aptiora, quam ad fidem, neque affirmare, neque refellere eſt operæ prætium. Terentius Varro his duobus, & prior, & doctior, & ut ſentio, gravior autor, ait triplicem hiſtoriam de lacu Curtio à totidem autoribus proditam. Unam à Proculo, quod is lacus ita ſit appellatus à Curtio, qui ſe in eum dejecit, Alteram à Piſone, quod à metio Sabino, tertiam à Cornelio, cujus rei ſocium addit Luctatium quod à Curtio conſule, cui collega fuit M. Genutius. Neque verò diſſimulaverim Valerium non planè

poſſe

ſſe reprehendi, quod ita loquatur, cum
ulo poſt graviter & ſeverè ſubjiciat: nec me
æterit, de motu & voce deorum immortali-
n, humanis oculis auribuſque percepto,
iam in ancipiti opinione æſtimatio verſetur.
:d quia non nova dicuntur, ſed tradita repe-
ntur, fidem autores vindicent. De voce
eorum dixit, propter Iunonem monetam
propter ſimulachrum Fortunæ, quod
s locutum fingitur his verbis: *Ritè me
atronæ vidiſtis, ritè dedicaſtis* At verò no-
ri fabulatores paſſim inducunt idola lo-
uentia, quod ipſi gentiles & idolorum cul-
ores non dicunt, & ſincerius negant, quam
Chriſtiani affirmant. Apud iſtos pauciſſima
niracula, non fide autorum, ſed veluti ſacra
uâdam ac religioſâ vetuſtatis commendatione
ituntur. Apud iſtos recentiora quædam nar-
antur, quæ illorum homines temporum ne-
cierunt. Neque ego admirationi ſanctorum
erogo, nec ipſorum divina opera abnuo,
uum ſciam tantum fidei, quantum eſt gra-
uum ſinapis, montes etiam poſſe transferre.
mo, defendo illa & tueor, ſed miſceri cum
abulis non ſino. Nec perſuaderi poſſum hos
criptores alios fuiſſe quam aut infidelis, qui
ioc agerent in deriſum Chriſtianorum, ſi hæc
igmenta, per doloſos homines in manus im-
peritorum delata acciperentur pro veris; aut
fideles, habentes æmulationem Dei, ſed
non ſecundum ſcientiam, qui non modo de
geſtis ſanctorum, verumetiam Dei genitri-
cis

cis, atque adeo Chriſti improba quædam & pſeudeuangelia ſcribere non reformidarunt, & ſummus Pontifex hos libros appellat apocryphos, quaſi nihil vitii ſit, quod eorum ignoratur author, quaſi credibilia ſint quæ narrantur, quaſi ſancta & ad confirmationem religionis pertinentia, ut jam non minus culpæ ſit penes hunc qui mala probat, quam penes illum qui mala excogitavit. Nummos reprobos diſcernimus, ſeperamus, abjicimus, doctrinam reprobam non diſcernemus, ſed retinebimus? ſed cum bona miſcebimus? ſed pro bonâ defendemus? Ego verò ingenuam feram ſententiam. Geſta Silveſtri nego eſſe apocrypha, quia ut dixi, Euſebius quidam fertur autor, ſed falſa atque indigna quæ legantur exiſtimo, cum in aliis, tum verò in illo quod narratur de dracone, de tauro, de leprâ, propter quam refutanda tanta repetii. Neque enim ſi Naaman leproſus fuit, continuo & Conſtantinum leproſum fuiſſe dicemus. De illo multi autores meminerunt, de hoc principe orbis terrarum nemo, ne ſuorum quidem civium ſcripſit, niſi neſcio quis alienigena, cui non aliter eſt habenda fides, quam alteri cuidam, de veſpis intra nares Veſpaſiani nidificantibus, & de rana partu à Nerone emiſſa, unde Lateranum vocitatum locum dicunt, quod ibi rana lateat in ſupulchro. Quod nec veſpæ ipſæ, nec ranæ, ſi loqui poſſunt, dixiſſent, niſi ad Deos Capitolinos hoc referunt, quaſi illi loqui conſueſ-

eſſent, & hoc fieri juſſiſſent. Sed quid mi-
r hæc non intelligere Pontifices, cum no-
n ignorent ſuum? Cephas enim dicunt vo-
ri Petrum, quia caput Apoſtolorum eſſet,
quam hoc vocabulum ſi Græcum ἀπὸ τῆς
ϰεφαλῆς, & non Hebraicum, ſed potius Sy-
cum, quod Græci ϰηφὺς ſcribunt, quod
ad eos interpretatur Petrus, non caput. Eſt
im Petrus & petra Græcum vocabulum, ſtul-
que per etymologiam latinam exponitur pe-
, quaſi pede trita. Et Metropolitanum
Archiepiſcopo diſtinguunt voluntque; il-
n à menſura civitatis dictum, cum Græcè
catur non Metropolis, ſed μητρόπολις, id
mater civitatis ſive urbis, & Patriarcham
aſi patrem patrum, & Papam ab interjecti-
ne papæ dictum, & fidem orthodoxam
aſi recta gloria, & Simonem mediâ cor-
ptâ, cum legendum ſit media longa, ut
atonem, & Catonem, ita legendum Simo-
m. Et multa ſimilia, quæ tranſeo, ne
lpa aliquorum omnes ſummos Pontifices vi-
ar inſectari. Hæc dicta ſint, ut nemo
iretur, ſi donationem Conſtantini commen-
iam fuiſſe, Papæ multi non potuerunt de-
ehendere, tametſi ab aliquo eorum ortam
ſe hanc fallaciam reor. At dicitis, cur Im-
eratores, quorum detrimento res iſta cede-
at, donationem Conſtantini non negant,
d fatentur, affirmant, conſervant? Ingens
gumentum, mirifica defenſio. Nam de
uo tu loqueris Imperatore? ſi de Græco,
qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

qui verus fuit Imperator, negabo confeſſionem, ſin de Latino, libenter etiam confitebor. Etenim quis neſcit Imperatorem Latinum gratis factum eſſe à ſummo Pontifice ut opinor Stephano, qui Græcum Imperatorem, quod auxilium non ferret Italiæ, privavit, Martinumque fecit, ita ut plura Imperator à Papa, quam Papa ab Imperatore acciperet. Sanè Trojanas opes quibuſdam pactionibus ſoli Achilles & Patroclus inter ſe partiti ſunt. Quod etiam mihi videntur indicare Ludovici verba, cum ait: Ego Ludovicus Imperator Romanus Auguſtus ſtatuo, & concedo, per hoc pactum confirmationis noſtræ, tibi beato Petro principi Apoſtolorum, & per te vicario tuo, domino Paſchali ſummo Pontifici & ſucceſſoribus ejus in perpetuum, ſicut à prædeceſſoribus noſtris uſque nunc in veſtrâ poteſtate & ditione tenuiſtis, Romanam civitatem, cum ducatu ſuo, & ſuburbanis, atque viculis omnibus, & territoriis ejus, montanis, atque maritimis littoribus, & portubus, ſeu cunctis civitatibus, caſtellis, oppidis, ac villis, in Thuſciæ partibus, & cætera. Tu ne Ludovice cum Paſchale paciſceris? Si tua, id eſt, imperii Romani ſunt iſta, cur alteri concedis? Si ipſius, & ab ipſo poſſidentur, quid attinet te illa confirmare? Quantulum etiam ex imperio Romano tuum erit, ſi caput ipſum imperii amiſiſti? A Româ dicitur Romanus Imperator. Quid cætera poſſides, tua ne an Paſchalis ſunt?

Credo

redo tua dices. Nihil ergo valet donatio
onſtantini, ſi ab eo Pontifici donata tu poſ-
les. Si valet, quo jure tibi Paſchalis cætera
mittit, retentis tantum ſibi quæ poſſidet?
ſibi vult tanta, aut tua in te imperio Ro-
ano largitio? Merito igitur pactum appellas,
iaſi quandam colluſionem. Sed quid faci-
n inquies? Repetam armis quæ Papa occu-
t. At ipſe jam factus eſt me potentior. Re-
tam jure? At jus meum tantum eſt, quan-
m ille eſſe voluerit. Non enim hæreditario
omine ad imperium veni, ſed pacto, ut ſi
nperator eſſe volo, hæc & hæc invicem
apæ promittam. Dicam nihil donaſſe ex
nperio Conſtantinum? At iſto modo cauſam
gerem Græci Imp. & me omni fraudarem
nperii dignitate. Hâc enim ratione Papa ſe
cit facere Imperatorem me, quaſi quendam
carium & niſi promittam, non facturum,
niſi paream, me abdicaturum. Dum-
odo mihi det, omnia fatebor, omnia pa-
ſcar. Mihi tamen crede, ſi Romam ego
it Thuſciam poſſiderem, tantùm abeſt, ut
cerem, quæ facio, ut etiam fruſtra mihi
aſchalis donationis, ſicut reor falſæ, cane-
t cantilenam. Nunc concedo, quæ nec
neo, nec habiturum me eſſe ſpero. De
re Papæ inquirere non ad me pertinet, ſed
l Conſtantinopolitanum Auguſtum. Jam
oud me excuſatus es Ludovice, & quiſquis
ius Ludovici ſimilis. Quid de aliorum Im-
eratorum cum ſummis Pontificibus pactione

Ee ſuſpi-

ſuſpicandum eſt, cum ſciamus quid Sigiſmundus fecerit, princeps alioqui optimus & fortiſſimus, ſed jam affectâ ætate minus fortis? Quem per Italiam paucis ſtipatoribus ſeptum in diem vivere vidimus, Romæ etiam fame periturum: niſi eum, ſed non gratis (extorſit enim donationem) Eugenius paviſſet. Is cum Romam veniſſet, ut pro Imperatore Romanorum coronaretur, non aliter à Papa coronari potuit, quàm ut Conſtantini donationem ratam haberet, eademque omnia de integro donaret. Quid magis contrarium, quam pro Imperatore coronari, qui Romæ ipſi renunciaſſet? & coronari ab illo, quem & confiteatur, & quantum in ſe eſt, dominum Romani imperii faciat? ac ratam habere donationem, quæ vera ſi ſit, nihil Imperatori de imperio reliqui fiat? Quod ut arbitror, nec pueri feciſſent. Quò minus mirum, ſi Papa ſibi arrogat Cæſaris coronationem, quæ populi Romani eſſe deberet. Si tu Papa & potes Græcum imperatorem privare Italiâ, provinciiſque Occidentis, & Latinum Imperatorem facis, cur pactionibus uteris? Cur bona Cæſaris partiris? Cur in te imperium transfers? Quare ſciat quiſquis eſt Imperator Romanus, me judice, ſe non eſſe nec Auguſtum, nec Cæſarem, nec Imperatorem, niſi Romæ imperium teneat, & niſi operam det, ut urbem Romam recuperet planè eſſe periturum. Nam Cæſaris illi priores, quorum fuit primus Conſtantinus, non adige-

ligebantur jusjurandum interponere, quo
unc Cæſares obſtringuntur, ſed quantum
umanâ ope præſtari poteſt, nihil imminu-
ros eſſe de amplitudine imperii Romani eam-
ue ſedulò adaucturos. Non eâ re tamen
ocati Auguſti, quod imperium augere debe-
ent, ut aliqui ſentiunt, Latinæ linguæ im-
eriti. Eſt enim Auguſtus quaſi ſacer, ab
vium guſtu dictus, quæ in auſpiciis abhi-
eri ſolebant, Græcorumque teſtante linguâ,
pud quos Auguſtus σεβαστός dicitur. Unde
ebaſtia vocata. Melius ſummus Pontifex ab
gendo Auguſtus diceretur, niſi quod dum
mporalia auget, ſpiritualia minuit. Itaque
deas, ut quiſque peſſimus eſt ſummorum
ontificum, ita maximè defendendæ huic
nationi incumbere. Qualis Bonifacius octa-
us, qui Celeſtinum tubis parieti inſertis dece-
t. Hic & de donatione Conſtantini ſcribit,
Regem Franciæ privavit regnumque ipſum,
aſi donationem Conſtantini exequi vellet,
cleſiæ Romanæ fuiſſe & eſſe ſubjectum ju-
cavit. Quod ſtatim ſucceſſores ejus Bene-
ctus & Clemens, ut improbum injuſtumque
vocarunt. Verum quid ſibi vult iſta veſtra
ontifices Romani ſolicitudo, quod à ſingulis
nperatoribus donationem Conſtantini exi-
tis confirmari, niſi quod juri diffiditis ve-
ro? Sed laterem lavatis, ut dicitur. Nam
eque illa unquam fuit, & quod non eſt, con-
rmari non poteſt, & quicquid donant Cæ-
res, decepti exemplo Conſtantini, faciunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

& donare imperium nequeunt. Age vero demus Conſtantinum donaſſe, Silveſtrumque aliquando poſſediſſe, ſed poſtea vel ipſum, vel aliquem ipſorum à poſſeſſione dejectum, loquor nunc de his, quæ Papa non poſſidet, poſtea loquar de his quæ poſſidet. Quid poſſum vobis magis dare, quam ut ea quæ nec fuerunt, nec eſſe potuerunt, fuiſſe concedam? Tamen dico vos, nec jure divino, nec jure humano, ad recuperationem agere poſſe. In lege veteri Hebræus ſupra ſextum annum Hebræo ſervire vetabatur, & quinquageſimo quoque anno omnia redibant ad priſtinum dominum. Tempore gratiæ, Chriſtianus à vicario Chriſti redemptoris noſtræ ſervitutis, premetur ſervitio æterno? Quid dicam, revocabitur ad ſervitutem, poſtquam liber factus eſt, diuque potitus libertate? Sileo quàm ſævus, quàm vehemens, quàm barbarus dominatus frequenter eſt ſacerdotum. Quod ſi ante ignorabatur, nuper eſt cognitum, ex monſtro illo, atque portento, Joanne Viteleſco Cardinale & Patriarcha, qui gladium Petri quo auriculam Malcho abſcidit, in Chriſtianorum ſanguine laſſavit, quo gladio & ipſe periit. An verò populis Iſrael à domo David & Salomonis, quos Prophetæ à Deo miſſi unxerant, tamen propter graviora onera deſciſcere licuit, factumque eorum Deus probavit, nobis ob tantam tyrannidem deſciſcere non licebit? ab his præſertim, qui nec ſunt Reges, nec eſſe poſſunt, & qui de paſtoribus ovium, id eſt ani-

marum

narum facti ſunt fures ac latrones. Et ut ad
us humanum veniam, quis ignorat nullum
us eſſe bellorum? aut ſi quod eſt, tamdiu
alere, quamdiu poſſideas, quæ bello paraſti.
Nam quum poſſeſſionem perdis, & jus per-
lidiſti. Ideoque captivos, ſi fugerint, nemo
ad judicem repetere ſolet, etiam nec prædas,
i eas priores domini receperint. Apes & quæ-
lam alia volucrum genera, ſi è privato meo
ongius evolaverint, & in alieno deſederint,
epeti non queunt. Tu homines non modo
iberum animal, ſed dominum cæterorum, ſi
e in libertatem manu & armis aſſerant, non
manu & armis repetes, ſed jure, quaſi tu ho-
mo ſis, illi pecudes. Neque eſt quod dicas,
Romani juſtè bella nationibus intulerunt, ju-
ſtèque libertate illas exuerunt. Noli me ad
ſtam vocare quæſtionem, ne quid in Romanos
meos cogar dicere. Quanquam nullum cri-
men tam grave eſſe potuit, ut æternam mere-
entur populi ſervitutem, cum eo, quod
ſæpè culpâ principis, magnive alicujus in rep.
civis bella geſſerunt, & victi immeritâ ſervitu-
tis pœnâ affecti ſunt. Quorum exemplis ple-
na ſunt omnia. Neque verò lege naturæ com-
paratum eſt, ut populus ſibi populum ſubigat.
Præcipere aliis eoſque exhortari poſſumus, im-
perare illis ac vim afferre non poſſumus. Niſi
relictâ humanitate velimus ferociores beluas
imitari, quæ ſanguinarium in infirmiores im-
perium exercent, ut Leo in quadrupedes,
aquila in volucres, delphinus in piſces. Ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

runtamen hæ beluæ non in ſuum genus ſibi jus vendicant, ſed inferius. Quod quantò magis faciendum nobis eſt, & homo homini religioni habendus? quum, ut M. Fabius inquit, nulla ſupra terras adeo rabioſa belua, cui non imago ſua ſancta ſit. Itaque quatuor ferè cauſæ ſunt, ob quas bella inferuntur. Aut ob ulciſcendam injuriam, defendendoſque amicos. Aut timore accipiendæ poſtea calamitatis, ſi vires aliorum augeri ſinantur. Aut ſpe prædæ. Aut gloriæ cupiditate. Quarum prima non nihil honeſta, ſecunda parùm, duæ poſteriores nequaquam honeſtæ ſunt. Et Romanis quidem illata fuêre frequenter bella, ſed poſtquam ſe defenderant, & illis & aliis ipſi intulerunt, nec ulla gens eſt quæ ditioni eorum ceſſerit, niſi bello victa, & domita. Quàm rectè, aut quâ cauſâ, ipſi viderint. Eos ego nolim nec damnare, tanquam injuſtè pugnaverint, nec abſolvere tanquam juſtè. Tantùm dicam, eâdem ratione Romanos cæteris bella intuliſſe, quâ reliqui populi Regeſque. Atque ipſis qui bello laceſſiti victique ſunt, licuiſſe deficere à Romanis, ut ab aliis dominis defecerunt. Ne fortè, quod nemo diceret, imperia omnia ad vetutiſtiſſimos illos, qui primi domini fuêre, id eſt, qui primi præripuere aliena, referantur. Et tamen melius in victis bello nationibus populo Romano, quam Cæſaribus remp. opprimentibus jus eſt. Quocirca ſi fas erat gentibus à Conſtantino, & quod plus eſt, à populo Romano deſciſcere,
pro-

profectò, & ab eo jus erit, cuicunque ceſſerit ille jus ſuum. Atque ut audacius agam, ſi Romanis licebat Conſtantinum aut exigere ut Tarquinium, aut occidere ut Julium Cæſarem, multò magis eum vel Romanis vel Provinciis licebit occidere, qui in locum Conſtantini utcunque ſucceſſit. Hoc etſi verum, tamen ultra cauſam meam eſt, & idcirco me reprimere volo, nec aliud ex his colligere, quæ dixi, niſi ineptum eſſe, ubi armorum vis eſt, ibi jus quemque afferre verborum. Quia quod armis acquiritur, idem rurſus armis amittitur. Eò quidem magis, quod aliæ novæ gentes, ut de Gothis accepimus, quæ nunquam ſub imperio Romano fuerunt, fugatis veteribus incolis, Italiam & multas Provincias occuparunt, quas in ſervitutem revocari, in quâ nunquam fuerunt, quæ tandem æquitas eſt? præſerti m victrices, & fortè à victis. Quo tempore, ſi quæ urbes ac nationes, ut factum fuiſſe ſcimus, ab Imperatore deſertæ, ad Barbarorum adventum neceſſe habuerunt deligere ſibi Regem, ſub cujus auſpiciis victoriam reportarunt, nunquam hunc poſtea à principatu deponerent? Aut eos filios tum commendatione patris, tum propriâ virtute favorabiles juberent eſſe privatos, ut iterum ſub Romano principe eſſent, maximè cum eorum operâ aſſiduè indigerent, & nullum aliunde auxilium ſperarent? Hoc ſi Cæſar ipſe, aut Conſtantinus ad vitam reverſus, aut etiam Senatus populuſque Romanus ad commune judicium,

quale in Græcia Amphitrionum fuit, vocaret, primâ ſtatim actione repelleretur quod à ſe olim cuſtode deſertos, quod tamdiu ſub alio principe degentes, quod nunquam alienigenæ Regi ſubditos, quod denique homines libertati natos, & in libertatem robore animi corporiſque aſſertos, ad famulatum ſervitiumque repoſceret. Ut appareat, ſi Cæſar ſi populuſque Romanus à repetendo excluſus eſt, multo vehementius papam eſſe excluſum. Et ſi licet aliis nationibus, quæ ſub Româ fuerunt, aut Regem ſibi creare, aut remp. tenere, multo magis id licere populo Romano, præcipuè adverſus novam Papæ tyrannidem: Excluſi à defendendâ donatione adverſarii, quod nec unquam fuit, & ſi qua fuiſſet, jam temporum conditione intercidiſſet, confugiunt ad alterum genus defenſionis, & velut relictâ urbe, in arcem ſe recipiunt, quam ſtatim deficientibus cibariis dedere cogentur. Præſcripſit, inquiunt, Romana Eccleſia in his quæ poſſidet. Cur ergo, quæ major pars eſt, ea repoſcit in quibus non præſcripſit, & in quibus alii præſcripſerunt? Niſi id non licet aliis in hunc, quod huic, licet in alios. Præſcripſit Romana Eccleſia. Cur ergo ab Imperatoribus toties curat ſibi jus confirmandum? Cur donationem confirmationemque Cæſarum jactat, ſi hoc unum ſatis eſt? Injuriam ei facis, ſi de altero quoque jure non ſileas. Cur igitur de altero non ſiles? Nempè quia hoc ſibi

non

on ſufficit. Præſcripſit Romana Eccleſia, : quomodo poteſt præſcripſiſſe, ubi de nullo :ulo, ſed de malæ fidei poſſeſſione conſtat? ut ſi malæ fidei poſſeſſionem neges, profe- o ſtultæ fidei negare non poſſes. An in tan- re, tamque apertâ excuſata debet eſſe, & cti & juris ignorantia? Facti quidem, quod omam Provinciaſque non dedit Conſtanti- us, quod ignorare idiotæ hominis eſt, non mmi Pontificis. Iuris autem, quod illa ec donari potuerat, nec accipi, quod neſcire x Chriſtiani eſt. Ita ne ſtulta credulitas da- it tibi jus in his, quæ ſi prudentior fores, tua unquam fuiſſent. Quid? Nonne nunc ſal- em, poſtquam te per ignorantiam atque ſtul- tiam poſſediſſe docui, jus iſtud, ſi quod rat, amittes? & quid inſcitia malè contule- t tibi, nonne id rurſum cognitio benè adi- net? Mancipiumque ab injuſto ad juſtum do- inium revertetur, fortaſſis etiam cum uſu- uctu? quod ſi adhuc poſſidere pergis, jam ſcitia in malitiam, fraudemque converſa eſt aneque effectus es malæ fidei poſſeſſor. Præ- ripſit Romana Eccleſia. O imperiti, ô di- ini juris ignari! Nullus quantumvis annorum umerus verum abolere titulum poteſt. An ero captus ego à Barbaris, creditusque periiſſe, oſt centum annos quibus captivus fui, poſtli- inio reverſus, paternæ hæreditatis repetitor xcludar? Quid hâc re inhumanius? Atque ut liquod afferam exemplum, num Jepthe dux ſraël repoſcentibus filiis Ammon terram à fi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

nibus Arnon, uſque in Iabue, atque in Iordanem, reſpondit, Præſcripſit Iſraël jam per trecentos annos? An quod nunquam illorum, ſed Amorreorum fuiſſet terra, quam repoſcerent, oſtendit? & hoc argumentum eſſe, ad Ammonitas illam non pertinere, quod nunquam intra tot annorum circulum repopoſciſſent? Præſcripſit Romana eccleſia. Tace nefaria lingua. Præſcriptionem, quæ fit de rebus mutis atque irrationalibus, ad hominem transfers, cujus quo diuturnior in ſervitute poſſeſſio, eo eſt deteſtabilior. Aves ac feræ in ſe præſcribi nolunt, ſed quantolibet tempore poſſeſſæ, cum libuerit, & oblata fuerit occaſio, abeunt, homini ab homine poſſeſſo non licet abire? Accipe, unde magis fraus doluſque, quàm ignorantia Romanorum Pontificum appareat, utentium judice bello, non jure. Cui ſimile quiddam primos Pontifices in occupandâ urbe, cæteriſquè oppidis, credò feciſſe. Parùm ante me natum, (teſtor eorum memoriam, qui interfuerunt,) per inauditũ genus fraudis Roma Papale accepit imperium, ſeu tyrannidem potius, cum diu libera fuiſſet. Is fuit Bonifacius nonus, octavo in fraude & nomine par, ſi modo Bonifacii dicendi ſunt, qui peſſimè faciunt. Et cum Romani deprehenſo dolo apud ſe indignarentur, Bonifacius Papa, in morem Tarquinii, ſumma quæque papavera virgâ decuſſit. Quod cum poſtea, qui ei ſucceſſit, Innocentius imitari vellet, urbe fugatus

tus eſt. De aliis Pontificibus nolo dicere, qui Romam vi ſemper oppreſſam armiſque tenuerunt, licet quoties potuit rebellavit, ut ſexto abhinc anno, cum pacem ab Eugenio obtinere non poſſet, nec pax eſſet hoſtibus, qui eam obſidebant, & ipſa Papam intra ædes obſedit, non permiſſura illum abire, priuſquam aut pacem cum hoſtibus faceret, aut adminiſtrationem civitatis relegaret ad cives. At ille maluit urbem deſerere, diſſimulato habitu, uno fugæ comite, quàm civibus gratificari, juſta & æqua petentibus. Quibus ſi des electionem, quis ignorat libertatem magis quam ſervitium electuros? Idem ſuſpicari libet de cæteris urbibus quæ à ſummo Pontifice in ſervitute retinentur, per quem à ſervitute liberari debuiſſent. Longum eſſet recenſere, quot urbes ex hoſtibus captas, populus Romanus liberas fecit, adeo ut T. Flamminius omnem Græciam, quæ ſub Antiocho fuiſſet, liberam eſſe, & ſuis uti legibus juberet. At Papa, ut videre licet, inſidiatur ſedulò libertati populorum. Ideoque viciſſim illi quoque oblatâ facultate (ad Bononiam modo reſpice) rebellant. Qui, ſi quando ſpontè, quod evenire poteſt, aliquo aliunde periculo urgente, in Papale imperium conſenſerunt: non ita accipiendum eſt, conſenſiſſe, ut ſervos ſe facerent, ut nunquam ſubtrahere à jugo colla poſſent, ut poſtea nati non & ipſi arbitrium ſui habeant. Nam hoc iniquiſſimum foret. Spontè ad te ſumme Pon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

tifex ut nos gubernes venimus, ſponte nunc rurſus abs te, ne gubernes diutius, recedimus, ſi quæ tibi à nobis debentur, ponatur calculus datorum, & acceptorum. At tu gubernare invitos vis, quaſi pupilli ſimus qui te ipſum forſitan ſapientius gubernare poſſemus. Adde huc injurias, quæ aut abs te, aut à tuis magiſtratibus huic civitati frequentiſſimè inferuntur. Deum teſtamur, injuria cogit nos rebellare, ut olim Iſraël à Roboam fecit. Et quæ tanta fuit illa injuria, quanta portio noſtræ calamitatis, graviora ſolvere tributa? Quid enim ſi remp. noſtram exhaurias? Exhauſiſti. Si templa ſpolies? Spoliaſti. Si virginibus matribuſque familiæ, ſtuprum inferas? Intuliſti. Si urbem ſanguine civili perfundas? Perfudiſti. Hæc nobis ſuſtinenda ſunt? An potius, cum tu pater nobis eſſe deſieris, nos quoque filios eſſe obliviſcemur? Pro patre, ſumme Pontifex, aut ſi hoc te magis juvat, pro domino hic te populus advocavit, non pro hoſte atque carnifice. Patrem agere aut dominum non vis, ſed hoſtem & carnificem. Nos ſævitiem tuam, impietatemque etſi jure offenſæ poteramus, tamen quia Chriſtiani ſumus, non imitabimur. Nec in tuum caput ultorem ſtringemus gladium, ſed te abdicato, atque ſummoto, alterum patrem dominumve adoptabimus. Filiis, à malis parentibus è quibus geniti ſunt, fugere licet, nobis à te non vero patre, ſed adoptivo, & peſſimè nos tractante,

: , non licebit? Tu verò, quæ ſacerdotii peris ſunt, cura, & noli tibi ponere ſedem d Aquilonem, & illinc tonando fulgurantia ulmina in hunc populum, cæteroſque vibrare. ed quid plura opus eſt in re apertiſſimâ dicee? Ego non modo Conſtantinum non doaſſe tanta, non modo non potuiſſe Romaum Pontificem in eiſdem præſcribere, ſed tiam ſi utrumque eſſet, tamen urumque jus ſceleribus poſſeſſorum extinctum ſſe contendo: cum videamus totius Italiæ nultarumque Privinciarum cladem ac vaſtitaem ex hoc uno fonte fluxiſſe. Si fons amarus ſt, & rivus. Si radix immunda, & rami. i delibatio ſancta non eſt, nec maſſa. Ita è liverſo, ſi rivus amarus, fons obſtruendus ſt. Si rami immundi, è radice vitium venit. i maſſa ſancta non eſt, delibatio quoque abominanda eſt. An poſſumus principatum poentiæ Papalis pro jure proferre, quem tanorum ſcelerum, tantorumque omnis generis malorum cernimus eſſe cauſam? Quamobrem dico, & exclamo (neque enim timebo homines, Deo fretus) neminem mea ætate in ſummo pontificatu fuiſſe, aut fidelem diſpenſatorem, aut prudentem, qui tantum abeſt, ut dederit familiæ Dei cibum, & eſcam panis. Papa & ipſe bella pacatis populis infert, & inter civitates principeſque diſcordias ſerit. Papa & alienas ſitit opes, & ſuas exſorbet, ut Achilles in Agamemnonem δημοβόρος βασιλεύς. Papa non modo remp. quod non Verres, non

Cati-

Catilina, non quiſpiam peculator auderet: ſed etiam rem eccleſiaſticam, & Spiritum ſanctum quæſtui habet, quod Simon ille magus deteſtatur. Et cum horum admonetur, & à quibuſdam bonis viris reprehenditur, nôn negat, ſed palam fatetur, atque gloriatur, licere ei quâvis ratione patrimonium Eccleſiæ à Conſtantino donatum, ad occupantibus extorquere. Quaſi eo recuperato, religio Chriſtiana futura ſit beata, & non magis omnibus flagitiis, luxuriis, libidinibuſque oppreſſa, ſi modo opprimi magis poteſt, & ullus eſt ſceleri ulterior locus. Ut igitur recuperet cætera membra donationis, malè ereptas à bonis viris pecunias pejus effundit, militumque equeſtres pedeſtreſque copias, quibus omnia infeſtantur, alit, cum Chriſtus in tot millibus pauperum, fame ac nuditate moriatur. Nec intelligit, ô indignum facinus? cum ipſe ſecularibus auferre, quæ ipſorum ſunt; laborat, illos viciſſim, ſive peſſimo exemplo induci, ſive neceſſitate cogi, licet non eſt vera neceſſitas, ad auferenda quæ ſunt Eccleſiaſticorum. Nulla itaque uſquam religio, nulla ſanctitas, nullus Dei timor, & quod referens quoque horreſco, omnium ſcelerum impii homines à Papa ſumunt excuſationem. In illo enim comitibuſque ejus eſt omnis facinoris exemplum, ut cum Eſaia, & Paulo, in Papam & Papæ proximos dicere poſſumus, Nomen Dei per vos blaſphematur inter gentes. Qui alios docetis, voſipſos non docetis. Qui prædicatis non

non furandum, latrocinamini. Qui abominamini idola, ſacrilegium facitis. Qui in lege & in Pontificatu gloriamini, per prævaricationem legis Deum verum Pontificem inhonoratis. Quod ſi populus Romanus ob nimias opes veram illam Romanitatem perdidit, ſi Salomon ob eandem cauſam in idololatriam amore fœminarum lapſus eſt, nonne idem putamus fieri in ſummo Pontifice ac reliquis clericis? Et poſt ea putamus Deum fuiſſe permiſſurum, ut materiam peccandi Sylveſter acciperet. Non patiar hanc injuriam fieri ſanctiſſimo viro. Non feram hanc contumeliam fieri Pontifici optimo, ut dicatur imperia, regna, Provincias accepiſſe, quibus renunciare etiam ſolent, qui clerici fieri volunt. Pauca poſſedit Sylveſter, pauca cæterique ſummi pontifices quorum aſpectus, apud hoſtes quoque erat ſacroſanctus, veluti illius Leonis, qui trucem barbari Regis animum terruit, ac fregit, quem Romanæ vires nec frangere nec terrere potuerant. Recentes verò ſummi Pontifices, id eſt, divitiis, ac deliciis affluentes, id videntur laborare, ut quantùm priſcì fuêre ſapientes & ſancti, tantùm ipſi & impii ſint, & ſtulti, & illorum egregias laudes omnibus probris vincant. Hæc quis Chriſtiani nominis queat æquo animo ferre? Verum ego in hac primâ noſtrâ oratione nolo exhortari principes, ac populos ut Papam effrænato curſu volitantem inhibeant, eumque intra ſuos fines conſiſtere compellant, ſed tantum admo-

admoneant, qui forſitan jam edoctus veritatem, ſuâ ſponte, ab alienâ domo in ſuam, & ab inſanis fluctibus, ſæviſque tempeſtatibus in portum ſe recipiet. Sin recuſet, tunc ad alteram orationem multò truculentiorem accingemur. Vtinam, utinam aliquando videam, nec enim mihi quicquam eſt longius, quam hoc videre, & præſertim meo conſilio effectum, ut Papa tantum vicarius Chriſti ſit, & non etiam Cæſaris. Nec amplius horrenda vox audiatur, partes contra Eccleſiam, Eccleſia, contra Peruſinos pugnat, contra Bononienſes. Non contra Chriſtanos pugnat Eccleſia, ſed Papa. Illa pugnat contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Tunc Papa & dicetur, & erit pater ſanctus, pater omnium, pater Eccleſiæ, nec bella inter Chriſtianos excitabit, ſed ab aliis excitata, cenſurâ Apoſtolicâ, & Papali majeſtate ſedabit.

DIXI.

IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

INDEX CAPITUM.

CAP. I.

DE Duplicis Juriſdictionis diſtinctione. Fol. 1.

CAP. II.

De Papæ occupatâ Tyrannide in Eccleſiâ. fol. 14.

CAP. III.

Talem in Eccleſiâ primatum Papæ, nullo penitus fundamento niti, vel defendi poſſe oſtenditur. fol. 20.

CAP. IV.

Idem ex Pontificum Decretis, Decretalibus & Conciliis probatur. fol. 37.

CAP. V.

De ſecundo occupatæ illius in Eccleſiâ Tyrannidis fundamento. fol. 61.

CAP. VI.

De jure Regum & Principum in Eccleſiaſticis. fol. 83.

CAP. VII.

De Jure Regum & Principum in ordinan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

dinandis & conſtituendis officiis Eccleſiæ. fol. 155.

CAP. VIII.

De jure Majeſtatis convocandi & conſcribendi Concilia, aliaque religionem ſpectantia exercendi. fol. 187.

CAP. IX.

De incommodis exemptionis Eccleſiaſticorum, & malis indè in Rebuſpub. ortis & oriundis. fol. 217.

CAP. X.

De incommodis, quæ tam Eccleſia quam Reſpub. patitur, quod Papa ſibi ſoli authoritatem ac poteſtatem vendicat concilia convocandi, & quod concilia erraverint, maximè vero Pontificum, & errare poſſint. fol. 262

CAP. XI.

De Papæ occupatâ tyrannide in Republicâ. fol. 317.

CAP. XII.

Supremum in Republicâ dominium, Papæ, nullo fundamento competere, nec quopiam jure defendi poſſe, monſtratur. fol. 336.

CAP. XIII.

De jure & actione quam Pontifices in Regna: Neapolis, Siciliæ & Sardiniæ,

ut &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ut & Apuliæ & Calabriæ provincias, prætendunt. fol.365.

Cap. XIV.

e jure & actione quam Pontifices in Imperium Germanicum, Regna; Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Daciæ ſe habere gloriantur. fol.378.

Cap. XV.

e jure quod in Regna; Galliæ, Hiſpaniæ, Arragoniæ, Luſitaniæ, Angliæ, Scothiæ & Hiberniæ, habere ſe aſſerunt. fol.388.

Cap. XVI.

e jure & actione quam Pontifices Romani in Regna; Ruſſiæ, Hungariæ, Poloniæ, Sveciæ, Gothiæ, Daniæ & Norvegiæ habent. fol.411.

Cap. XVII.

ontifices in præfata regna, nullum jus prętendere poſſe, vel debere oſtenditur; eorumque actiones in præfata regna & principatus ipſo jure nullas eſſe probatur. fol.428.

Cap. XIIX.

ontificum Romanorum ſæva & crudelis in Reges & Principes uſurpata tyrannis,

& eo-

& eorundem conculcatæ Majeſtatis crimen detegitur. fol.464.

Cap. XIX.

Pontificem Romanum nullo modo, nulloque jure, in Reges & Principes eorumque ſubditos animadvertere poſſe, oſtenditur. fol. 500.

Cap. XX. Et Ultimum.

De poteſtatis & authoritatis Pontificum diminutione, ipſiuſque tandem Papatus ruinâ. fol. 543.

Laurentii Vallensis Patritii Romani, de falſo creditâ & ementitâ donatione, declamatio. fol. 565.

FINIS.

INDEX

INDEX
Rerum & Verborum.

A.

AAron & Miriam non murmurent contra Moſen. pag. 214.
Aaron & Moſes conſilia communicarunt. 213.
iathar Pontifex à Salomone dopoſitus. 95.96.
iſai Sunamitidem, vult uxorem ducere. 96.
ctor allegans cauſas contrarias, audiendus non eſt. 76.
doniæ fratricidium. 96.
drianus I. jus eligendi Pontifices Carolo *M. obtulit.* 157.
drianus. I. Idololatra. 612.
drianus II. Idololatra. ibid.
dulatores Pontificis. 561
drianus IV. jus inveſtituræ Friderico primo reſtituit. 171.
drianus. IV. Reip. everſor.
driani Papæ Epiſtola ad Archiepiſcopos, Trevirenſem, Moguntinenſem & Colonienſem. 381
drianus IV. Fridericum Barbaroſſam excommunicavit. 289.
Ædificare ſuper petram quid. 24.29.
gatho Papa Epiſcopum Portuenſem ad Juſtianum miſit. 122.
Affer, Affer, ſanguiſugarum Romanorum verba. 232.
Africani concilii error. 300.
Africani, literas Bonifa. & Celeſtino ſcribunt. 53.

Aga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Agathenſis concilii error. 290. 298.
Agatho unicus. 155.
Alaſtores Romani impudentes. 100.
Alexander. III. *permittit Epiſcopo Pariſienſi revocare donationes.* 161.
Alexander III. *tyrannus & Reipub. turbator.* 174.
Alexander VI. *inceſtuoſus.* 316.
Alexandri II. *literæ Gulielmo Angliæ Regi ſcriptæ.* 402.
Alexandri III. *reſponſio Carolo* VII. *Gothorum Regi data.* 419.
Alexandri III. *literæ Waldemaro Danorum Regi ſcriptæ* 422.
Alexander. III. *Friderici Barbaroſſæ collum pede ſuo depreſſit.* 468.
Alexander III. *crudelis tyrannis.* 467.
Alexandri III. *in Angliæ Regem crudelitas.* 469.
Alexander V. *Ladiſlaum Vngariæ Regem excommunicavit.* 592.
Alieni muneris non eſt facienda uſurpatio. 2.
Altare in lateranenſi baſilicá ligneum. 201.
Angliæ Reges jurisdictionem in Eccleſiaſticos ſemper retinuerunt. 139.
Angliæ Reges jus eligendi antiſtites ſibi ſolis ſervant. 284.
Angliæ regnum Pontificis & Eccleſ. feudum. 402.
Annatæ quid. 548.
Antiochena ſynodus à Conſtantino juniore coacta. 203.
Apoſtoli Petrus & Paulus Dii vocati. 67.
Apoſtoli Petrus & Paulus à Conſtantino viſi. 66.

Apoſto-

ſtolis omnibus par à Chriſto authoritas tribu-
a. 22.
oſtolus Paulus erroris à Pontificibus accuſa-
ur. 277.
ulia Papæ feudum. 365.
auſici concilii error. 292.
cadii & Honorii Imperat. Epiſtola ad Euty-
hianum. 114.
cadius & Honorius Impp. Eccleſiaſticos à civi-
ate Conſtantinopolitanâ ejiciunt. 111.
ius damnatus. 192.
ragoniæ regnum Eccleſiæ Romanæ feudum. 397
heiſmus quid. 507.
tabalida Rex, Papam impudentem & fatuum
vocat. 221.
guſtinus Steuchus Papæ bibliothecarius. 61
382. 388.

B.

BAlſamon, per transmarina loca, Romana,
intelligit. 53.
Baptiſmus Conſtantini abſurda multa gi-
gnit. 039.
ronius Iuris Canonici textus malè rejicit. 164.
rtolus quia in terris Eccleſiæ fuit, falſa ſcri-
bere cogebatur. 334.
nedictus V. adulter. 316.
enedictus VII. Imperatoris gratiâ ad Pontifi-
catum promotus. 165.
enedictus IX. magicus. 316.
enedictus VIII. coronam Poloniæ Regi deſtina-
tam Hungariæ Regi mittit. 416.
ernhardi dictum. 99.

Biga.

Bigamia licita. 277.
Bigamus, & quæ virginitatem pollicitam prævaricata eſt, quoad pænam comparantur. 275.
Birgitta Wadſtenſis monaſterii Abbatiſſa inter ſanctos relata, ab Vrbano V. 243.
Birgittæ Monaſterii Wadſtenenſis in Gothia Abbatiſſæ proverbium de Papa. 236
Bohemiæ regnum Pontificis feudum. 381.
Bonifacio, literæ ab Afris datæ. 53.
Bonifacius, III. à Phoca Imperatore obtinuit, ut Romana ſedes diceretur caput Eccleſiar. 122.
Bonifacius IV. Pantheon. B. Mariæ dedicavit. 122.
Bonifacius VII. gratiâ imperatoris, Pontifex creatus. 165.
Bonifacius VIII. Reip. turbator. 174.
Bonifacii VIII. literæ Philippo IV. Francorum Regi ſcriptæ, in atrio palatii Pariſienſis combuſtæ. 390.
Bonifacii VIII. aliæ literæ Philippo IV. datæ. ibid.
Bonifacius VIII. Nicolai IV. & Celeſtini V. exactiones conceſſas, irritas pronunciat. 443.
Bonifacius VIII. hæreticus. 511.
Bonifacius VIII. annatarum author. 549.

C.

CÆſar ea quæ ſua ſunt, ſibi reſtituat. 5.
Cæſari reddenda quæ Cæſaris ſunt. 479.
Carolus V. Pauli III. pedes ſervili modo oſculatus eſt. 479.
Carolus VII. Svecorum Gothorumque Rex. 418.
Carolus VIII. Ludovici patris donationes reſcidit. 444.

ijus Papa condemnatus. 107.
alabria, Pontificis feudum. 365.
alcedonenſis ſynodus adæquationem Epiſcoporum inſtituit. 46.
allixtus Papa imperatorem excommunicat. 169
amera Apoſtolica comparatur mari. 232.
apitulum, Conſtantinus, fictum. 336.
anis impudicus quis. 128.
anones à Canoniſtis refutantur & delentur. 48.
anones vacillant. 282. Contrarii 274.
anonizatio, quare à Pontificibus inventa. 243.
apraroli Poëtæ Itali, verſus. 259. 251.
apitulare Caroli Magni. 132.
aroli V. fidelitatis juramentum Clementi VII. præſtitum. 380.
arolus Magnus Epiſcopos ſuos fideles vocat. 123.
arolus Calvus Medenſe & Sveſſionenſe concilium convocavit. 202.
arolus Magnus plurima concilia coëgit. ibid.
ardinalis Franciſcanus luxurioſus. 246.
arthaginenſis concilii error. 291. 298.
atharina Senenſis ab Vrbano. V. inter ſanctos relata. 243.
eleſtino Papæ literæ ab Afris datæ. 52.
eleſtini III. in Henricum IV. tyrannis. 465.
hildebertus Rex Pariſienſe II. concilium convocavit. 204.
hilpericus Francorum Rex, à Zacharia Pontifice regno exutus. 502.
hriſtus Eccleſiæ ſponſus. 35.
hriſtus fungitur munere paſtoris & ſacerdotis. 81.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Chriſtus Pilati judicio ſe ſubjecit. 99.
Chriſtus judicis officium renuit. 101.
Chriſtus Rex creari noluit, Papa verò ſecus. 327.
Chriſtus non juſſit interfici hæreticos. 520.
Chriſtiani perſequutiones plurimas paſſi. 103.
Chriſtiani, magno numero, internecioni à Diocletiano dati. 105.
Civitas eſt in Republica. 84.
Claſſici conventus approbati. 209.
Claves Eccleſiæ non uni, ſed omnibus Eccleſiæ Dei miniſtris datæ. 32. 26. 27.
Claviger æternæ vitæ eſt Papa. 15.
Clavium poteſtate abutuntur Pontifices. 533.
Clemens V. Regnum Franciæ à poteſtate Papæ abſolvit. 162.
Clemens III. Reip. turbator. 174.
Clerici Reipublicæ ſunt partes & veri cives. 84.
Clerici è numero civium Reipub. non ſunt exempti. 125.
Clerici ſubſunt poteſtati ſeculari. 127.
Clericos è poteſtate ſeculari exemptos volunt Pontifices & canoniſtæ. 219.
Clerici æquè crimen læſæ Majeſtatis committere poſſunt ac laici. 229.
Clerici fornicantis, ridicula pæna. 288.
Clerici, comam relaxantis, pœna. 292.
Clericus pœnitens ordinandus non eſt. 298.
Clerici ſecularibus negotiis ſe immiſcere non debent. 568.
Clerici non debent rixas amare. ibid. nec commercia ſecularia exercere. ibid. nec judicium ſan-

ſanguinis ferre, nec venationibus gaudere. ibid. *nec arma portare, nec pugnare.* ibid. *Sed orationibus & S. S. lectioni vacare.* 459.
onceſſio, declarationem quandoque ſignificat. 161.
oncilia ab imperatoribus convocata. 190. 191. *& ſeqq.*
oncilium Calcedonenſe. 198. *à Martiano convocatum* ibid.
oncilium Ephesinum à Theodoſio juniore congregatum. 194.
oncilium Conſtantinop. à Theodoſio Magno convocatum. 192.
oncilium Nicenum à Conſtantino Magno convocatum. 191.
onciliis tanta fides atque quatuor Euangeliis habenda. 199.
oncilia omnia in Hiſpania à Regibus convocata. 205.
oncilia quare congregentur. 209.
oncilia ſine authoritate Papæ convocata, ſunt nulla. 272.
oncilia errare poſſunt. 274. 275. *& ſeqq.*
oncilia contrarium ſtatuentia, 274. 304. 305. *& ſeqq.*
oncilia pugnantia. 307. 309. 310.
oncilia ſibi invicem oppoſita Ibid.
oncubinæ jure canonico licitæ. 278.
oncubina eſt, quæ plus quam viginti tria hominum millia admiſit. ibid.
onjugia cum hæreticis inita diſſolvenda. 279.
roatiæ regnum Pontificis feudum. 382. 383.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Conſtantini Epiſtola ad Nicomedia cives. 110
Conſtantini Magni inſtrumentum donationis. 62
Conſtantinus Magnus generale concilium convocavit. 190.
Conſtantinus Pogonatus ſynodum convocat. 202.
Conſtantini donatio minus valida. 335. 336. & ſeqq.
Conſtantini lepra, ridicula. 339.
Conſtantini Baptiſmus, abſurdis abſurda addit. ibid.
Conſtantinus, non tenebatur in plus quam præſtare poterat. 363.
Conſtantinopolitana Synodus, Epiſcoporum æqualitatem ſervari voluit. 44.
Conſtantinipolitana Eccleſia aliarum eſt caput 49. *Et eadem habet privilegia quæ Romana.* ibid.
Conſtantinus à leprâ purgatus. 68.
Conſtantinus Magnus templum prope palatium Lateranenſe erexit. 71. *Primus duodecim cophinos terræ ad fundamentum ponendum portavit.* ibid.
Contradictiones in jure Canonico. 277.
Cornelius, Romanus Epiſcopus. 51.
Cornelius Pontifex à Decio in exilium miſſus. 106.
Crimen læſæ Majeſtatis quodnam. 229. 230.
Cypriani querela ſuper Epiſcopis, qui ad judicium ſedis Romanæ provocant. 51.
Cyrillus officio ſuo reſtituitur. 194.

D.

DAniæ regnum Pontifici tributarium. 387.
Dalmatiæ regnum Eccl. feudum, 382. 383.

Daniæ

Daniæ Regum Eccleſiæ Romanæ tributarium. 420.
Daniæ & Norvegiæ Regum in Eccleſiaſticos juriſdictio. 149.
Damaſus I. ſcortator. 316.
David filium Salomonem in regno ſuo ſucceſſorem conſtituit. 97.
David Rex. 15. *Ejus in Eccleſiaſticos poteſtas.* 86.
Davidis in Regem electio. 7.
Demetrii Regis literæ Gregorio Papæ ſcriptæ. 383.
Devota peccans, aget decem annorum pænitentiam. 288.
Deus Reges conſtituit. 7.
Difficile eſt quod unus duorum vices gerat. 359.
Diſciplinæ terror, maleficia refrænat. 4.
Diocletinus ſpatio 30. dierum, ſeptendecim Chriſtianorum millia occidi curavit. 105.
Dionyſius unicus ab Imperatore condemnatus. 107.
Declamatio Laurentii Vallæ. 565.
Domeſtica teſtimonia nihil valent. 59.
Donatio Conſtantini refutata. 336. 337. 338. *& ſeqq.*
Donatio Conſtantini ficta & ementita. 465. 566. *& ſeqq.*
Donatio Conſtantini magni, ejuſque Inſtrumentum. 62.
Donationis Ludovici inſtrumenta diverſa & pugnantia. 346 347.
Donus. II. *Imperatoris gratiâ ad Pontificatum evectus.* 165.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

E.

Eccleſia à poteſtate ſeculari eſt defendenda. 2.
Eccleſia cum alterius damno diteſcere non debet. 128. 359. Turpe enim hoc eſſet. 362.
Eccleſiæ nomine quid Pontifices & Canoniſtæ intelligant. 508.
Eccleſiaſtica libertas nimia, nequitiæ eſt velamen. 131.
Edictum Conſtantini. 111. 200.
Eleazar à Moſe reprehenſus. 97.
Eliberitani concilii error. 282. 290. 306.
Epheſinæ ſynodus, Epiſcoporum æqualitatem approbavit 46.
Epiſcopi Trajectenſis oratio. 532.
Epiſcopi ſunt Chriſti vicarii. 57. legati. ibid. oculi. ibid.
Epiſcoporum Germaniæ in Henricum IV. audacia. 225. Epiſcopus Epiſcoporum nemo eſt. 52.
Epiſcopus quilibet intra ſuam diœceſin ſynodum convocare poteſt. 208.
Epiſcopus Romanus non eſt dominus Epiſcoporum. 263. Sed ſalten Epiſcopus. ibid.
Epiſcopi plurimi, uxores duxerunt. 284.
Epiſcopo uxorem ducere licitum 285.
Epiſcoporum electio penes principem. 309.
Eraceus Siciliæ Rex. 376.
Ericus Stenchillus Sveciæ Rex. 419.
Eugenius. IV. hæreticus. 511.
Euſebius Pontifex, martyrium ſubiit. 107.
Eutychianus Papa condemnatus. 107.

Exar-

Exarchi Romæ jus confirmandi Eccleſiæ miniſtros habuerant 156.
Excommunicatio quid. 296. Summus eſt nervus Eccleſiaſticæ diſciplinæ. 451.
Excommunicatio, medium non eſt, regna principibus auferendi. 452.
Ezechias reparat ædes domini. 98.

F.

Felix I. ab Aureliano condemnatus. 107.
Felix IV. à Theodorico, Epiſcopus electus. 156.
Fidelis quid. 123.
Filio, vel filiam ſpiritualem nubere vel ducere non licet. 281.
Fiſcherus Epiſcopus Roffenſis condemnatus. 224.
Flavianus Africæ vicarius. 113. Impp. Valentini & Valentis ad illum reſcriptum. ibid.
Formula juramenti Pontificibus ab Epiſcopis, &c. præſtandi. 222.
Franciſcus I. Galliæ Rex, decimas exegit. 137.
Franciſcus Dandalus Venetorum dux, ad Clementis V. pedes pervolutus, unde ei cognomentum Canis. 479.
Friderici I. edictum de Clericorum inveſtitura. 172.
Fridericus. I. jus inveſtituræ recuperat & ſibi vendicat. 171.
Fridericus II. à Gregorio IX. & Innocentio IV. excommunicatus. 271.
Fridericus Barbaroſſa Pontificis ſtrepam tenuit. 466.
Fridericus Barbaroſſa, ab Alexandro III. pedibus conculcatus. 467. 468.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

G.

Galliæ Reges jus ſuum in Eccleſiaſticos benè ſervarunt. 134.
Galliæ Reges præter Deum nulli ſubſunt. 136.
Galliæ Regnum Eccleſ. Romanæ cenſus ſolvit. 388
Gerundenſis concilii error. 399.
Gladii poteſtas quæ. 92.
Gladio poteſtas politica armata. ibid.
Gothiæ regnum Eccleſiæ Romanæ tributarium. 420.
Gothorum Rex Theodoricus Epiſcopum falſò accuſatum dimittit. 112.
Gregorii Magni ad Mauritium Imperatorem literæ. 122.
Gregorii VI. fraudes, pro inveſtitura Pontificum ab imperatoribus, tollenda. 165.
Gregorius VII. in eodem artificio ejus diſcipulus. ibid. turbas in Republicâ multas excitavit. 174
Gregorius Pagnocii Epiſcopus Florentinus condemnatus. 228.
Gregorii VII explicatio dicti cujuſdam Moſis. 250.
Gregorius IX. Fridericum II. excommunicavit. 271.
Gregorius VI. magicus. 316.
Gregorius VII. magicus. ibid.
Gregorii VII. literæ Regi Ruſſiæ ſcriptæ. 411.
Gregorius VII. ſummus perjurii author. 486. hæreticus. 511.
Gregorius XIV. Henricum III. & Henricum IV. Galliæ Reges excommunicavit. 492.
Gregorius VII. Boleſlaum Poloniæ Regem excommunicavit. 501.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Gregorius Magnus nullum Epiſcopum univerſalem eſſe dixit. 501.
Gulielmus II. Angliæ Rex. 402. 403.
Guntharamnus Rex, *Lugdunenſem ſynodum convocavit.* 204. *& plurimas alias.* ibid.
Guſtavus I. Rex *Sveciæ, rebelles Epiſcopos domuit.* 224.
Guſtavus I. Svecorum Rex *ſe nebulis papiſticis oppoſuit.* 419.

H.

HÆreſis vocem novo ſpiritu interpretatus eſt Johannes XXII. 609.
Hæreſis vocabulum quomodo interpretentur Pontifices. 508.
Hæreſis, tignis & parietibus non adhæret. 301.
Hæretici cadaver ſi in Eccleſia *deprehenſum, inde erui debet.* 301.
Hæretici qui. 508. 504. *& ſeq.*
Hæretici rebaptizandi. 280.
Helvetiorum Cantones, ſtatuerunt, ne quis bullas Romæ *peteret.* 249.
Henricus III. à Gregorio VII. excommunicatus. 224.
Henricus IV. à Paſchale II. excommunicatus. 271.
Henricus V. jus inveſtituræ repetit. 166.
Henricus V. à Paſchale II. excommunicatus. 271.
Henricus VIII. Angliæ Rex conſenſu populi heredes inſtituit in regno, 446.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Henricus IV. Angliæ Rex conſenſu procerum populique regnum occupavit. 447.
Henricus II. Angliæ Rex, carnem ſuam nudam diſciplinæ virgarum, mandante ita Alexandro. III. ſuppoſuit. 410.
Henricus II. Benedictum IX. Sylveſtrum III. & Gregorium VI. depoſuit. 507.
Hereditas viventis nulla. 81.
Hezechias Rex, de rebus Eccleſiaſticis diſponit. 88.
Hiberniæ regnum Eccleſiæ Romanæ feudum. 402.
Hieronymi Donati faceta reſponſio Papæ data, 355.
Hiſpani ægerrimè extraneos ad beneficia Eccleſiaſtica promovent. 241.
Hiſpaniæ Reges juriſdictionem ſuam in Eccleſiaſticos illibatam ſervarunt. 138.
Hiſpaniæ Reges jus inveſtiendi Eccleſiaſticos juſtè ſibi tribuunt. 183.
Hiſpaniæ regnum Romanæ Eccleſiæ feudum. 393. & ſeqq.
Homagium quid. 528.
Homagium pro ſolis temporalibus præſtari ſolet, 528. 530.
Homicidii pœna. 304. 305. ridicula. 306.
Hungari. vid. Vngari.
Hybernenſis concilii error. 288.
Hypponenſis concilii error. 300.

I.

IAcobus & Iohannes, Petro dignitate pares. 22.
Iejunans die dominico catholicus non eſt. 290.
Ilerdenſis concilii error. 299.

Ima-

maginum cultus damnatus. 309. *Rurſus approbatus.* ibid.
eroboam non extendat manum ſuam contra virum Dei. 214.
mperator eſt filius non præſul Eccleſiæ. 78.
mperator, omneſque Reges & Principes, Imperio Papæ ſubſunt. 323.
mperator eſt fidelis Eccleſiæ. 322. 379.
mperator non habet jus diminuendi Imperia. 361.
mperatores Regeſque colendi. 9. *Et à ſolo Deo conſtituuntur.* 16.
mperatoris Epitheta. 173.
mperatoris eſt convocare concilia. 271. 190. 191. & *ſeqq.*
mperator, res Imperii alienare non poteſt. 432.
mperatoris eſt augere imperium. 433. & *ſeqq.*
nperialis dignitas immediatè à Deo. 12. 10. & *ſeqq.*
nperium Dei eſt donum. 1.
nperium Germanicum Romanæ ſedis feudum. 378.
nnocentii II. *in Lotharium Imperatorem audax impudentia.* 379.
nnocentius II. *Imperii inimicus.* 174.
nnocentius III. *Reipub. turbator.* ibid.
nnocentius IV *Fridericum* II. *excommunicavit.* 271.
nſtrumentum donationis Conſtantini. 62.
nveſtituræ jus ad Imperatores & Reges pertinet. 167. 168 & *ſeq.* 180. & *ſeq.*
oas Rex Levitis de rebus Eccleſiæ præcepta dedit. 188.

Iohannes VI. *adulter* 316.
Iohannes VIII. *fœmina*. 316.
Iohannes XXII, *plus quam* 250. *auri tomas cum moreretur in ærario ſuo habuit*. 235.
Iohannes XXIV. *adulter*. 316.
Iohannes XX. *magicus*. ibid.
Iohannes XXII. *planetarius & ariolus*.
Iohannis XXII. *theſaurus*. 551.
Iohannes XXIII. *incarnatus diabolus*. 316. *hereticus*. 511.
Iohannis Ignei de donatione Conſtantini judicium. 355.
Iohannes Angliæ Rex ſuum regnum Innocentio III. *obtulit*. 408.
Iohannes XXII. *Reip. turbator*, 164.
Iohannes Chryſoſtomus è ſolio dejectus. 200.
Ioſaphat Rex de rebus Eccleſiaſticis diſpoſuit. 87. 94.
Ioſaphat concilium Hieroſolymis convocavit. 188.
Ioſaphat cultum imaginum delet. 98.
Ioſias pepigit fædus cum Domino. 98.
Ioſua in Regem electus. 8. *Sacordotes conſtituit*. 89. 94.
Italia Pontifici Silveſtro à Conſtantino data. 74.
Iubilæum quare à Pontificibus inventum. 244.
Iudex ſecularis quod intra Eccleſiam eſt non judicet. 3.
Iulius II. *Bellum contra Ludovicum* XII. *Galliæ Regem, geſſit*. 495.
Iulius III. *ſodomiticus*. 316.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Iuramentum fidelitatis non vergit in diſpendium animæ. 530.
Iuramentum ſemper ſervandum. 519.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica, à Politica eſt diſtincta. 1. & 217. 1218.
Iuriſdictio duplex, voluntaria & contentioſa. 32. 33.
Ius canonicum in latinitate peccans, nullius eſt authoritatis. 354.
Ius canonicum vacillat. 282. *ſibi contrarium.* 274. 284.
Iuſtiniani Imp. conſtitutiones de rebus & perſonis Eccleſiaſticis. 115. 116.

K.

KAſimirus Poloniæ Rex jus inveſtituræ Epiſcoporum ſibi vendicat. 185.

L.

LAdiſlaus Vngariæ Rex, ab Alexandro V. excommunicatus. 492.
Lakoldus Dux Cracoviæ. 417.
Landus unicus adulter. 316.
Lapis Philoſophicus, quis. 235.
Lateranenſe palatium, templo à Conſtantino decoratum.
Lateranenſe palatium Pontifici Sylveſtro à Conſtantino traditum. 72.
Laurentii Vallæ declamatio. 565.
Laurentius Valla, indigno ſupplicio affectus. 332. 333.
Leo I. Leoni Imperatori Eccleſiæ curam commendat. 175.

Leo

Leo VIII. Imperatoris gratiâ ad Epiſcopatum promotus. 165.

Leo X. *Pontifex.* 55.

Leo Papa, jus inveſtituræ Epiſcoporum, Otthoni Imp. conceſſit. 160.

Leopoldi Bambergenſis de inveſtiturâ Epiſcoporum judicium. 158.

Lex divina neminem jure ſuo privat. 128.

Liberius Papa in exilium miſſus. 111.

Longobardi in Italiam *irruptionem fecerant.* 121.

Lucius I. *ſub Valeriano paſſus.* 106.

Lucrativæ cauſæ plures, in eandem rem concurrere non poſſunt. 77.

Ludovicus XII. Galliæ Rex decimas exegit. 137.

Ludovici XI. *contra bullas Pontificum edictum.* ibid.

Ludovicus Pius inveſtituram Epiſcoporum Paſchali remiſit. 162.

Ludovici Bavari edictum, contra Pontifices promulgatum. 172

Lud. Craſſus Monachos incarcerari fecit. 181.

Ludovici VII. juramentum. ibid.

Ludovicus Pius plurimas convocavit ſynodos. 202.

Ludovicus XII. *extraneos ad officia Eccleſiaſtica non promovit.* 241.

Luſitaniæ regnum Pontifici vectigale. 401,

Lutheri hæreſes. 511.

Lupanaria Romæ licita. 505.

M.

M. *Attilius Regulus ad hoſtes vi jurisjurandi rediit.* 265.

Magiſtratus politicus eſt Dei miniſter. 86. 91.

Magi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Magiſt. politici circa religionem officium. 93. 94.
Magiſt. politici circa ſacra officium. ibid.
Mandatarius mandati formam extendere non poteſt. 327.
Mand. poteſtas ex literis mandati dependet. 327.
Mandatario non creditur, niſi talia in mandatis ſe habere, plenè probet. 58. 59.
Marcellinus II. Planetarius & ariolus. 316.
Marcellinus Papa condemnatus 107. Hæreticus. 316.
Marcellus Papa Iudicium Imperatoris expertus eſt. ibid.
Martianus Imp. approbat concilium Calcedonenſe. 115.
Martini Poloni de confirmatione Epiſcoporum ab Imperatoribus, ſententia. 158.
Mattheus Vngariæ Rex, Ladiſlai donationes revocavit. 444.
Mathildis comitiſſæ donatio. 350. 351.
Matrimonia quoto gradu contrahi poſſint. 282.
Membrum debet eſſe capiti ſubjectum. 85.
Mendacem memorem eſſe oportet. 35.
Meldenſis concilii error. 282.
Meretrices liberè Romæ vivunt 547.
Meretrix eſt, quæ plus quam vigenti tria hominum millia, admiſit. 278.
Meretricius quæſtus Romæ licitus 547.
Metaphyſica poteſtas Papæ. 483.
Metallorum tranſmutatio. 235.
Metu facta, jure reſcinduntur. 455.
Milevitanum Concilium. 55.
Miltiades Pontifex paſſus. 107.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Miſca Poloniæ dux inſignia regalia à Benedicto VIII. per legatos ſuos petit. 415.
Monacho, Zonas vel orarium in monaſterio habere non licet. 219.
Monachorum varii ordines. 227.
Monfortius Britanniæ dux, extraneis beneficia Eccleſiaſtica denegavit. 241.
Mortui, excommunicari non poſſunt. 296.
Moſes antiquiſſimus hiſtoricus. 96.
Moſi cura populi commiſſa. 97
Munus perſonale perſonam non egreditur. 80.

N.

NEbuchodonozoris in Regem electio. 7.
Neapolitanum Regnum Papæ tributarium. 365.
Nehemias cultum Dei reſtituit. 99.
Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus. 128. 337. 457.
Nemo plus juris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet. 77. 328.
Nemo poteſt dare quod ipſe non habet. ibid.
Neocæſarienſis concilii error. 281.
Neronis faſtus à Seneca depictus. 423.
Neſtorii dogmata damnata. 115. 194.
Neſtorius Epiſcopatu ſuo privatus. 194.
Nicena ſynodus, Epiſcopos æqualem authoritatem habere omnes voluit. 43. 44.
Nobilis accuſatus, duodecim teſtibus ſe purgabit. 303.
Norvegiæ Regnum Romanæ Eccleſiæ vectigale. 418.

Norve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

orvegiæ Regum in Eccleſiaſticos poteſtas. 149.
umus S. Petri. 417.
uptiæ ſecundæ licitæ. 276.
uptiæ bigami non erint benedicendæ. 275. 276.
uptiæ tempore quadrageſimæ celebrari non permittuntur. 279.

O.

ODHEN, priſcorum Suecorum Gothorumque, Deus Belli. 266.
dvardus Farneſius Parmæ dux, ab Vrbano VIII. Bello laceſſitus. 496.
laus Scotkonung Sueciæ Rex. 419.
rationes pugnantes ſimul Falſæ. 349.
rdo inter æquales nullus. 84.
rſeolus Venetiarum dux. 385.
thinus armorum Gothicorum præſes. 266.
tho I. Pontificum promotor. 165.
tho II. Pontifices conſtituit. ibid.
thonis juramentum fidelitatis Johanni Papæ præſtitum. 378. 379.
tho III. Johannem XVIII. ſede privavit & oculos illi erui juſſit. 507.

P.

Alatium lateranenſe Sylveſtro Pontifici traditum. 72.
ilea unde. 331. Multa ridicula continet. 339.
lmerienſis Epiſcopus à Philippo IV. depoſitus. 178.

Pan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Pantheon, Mariæ virgini, dedicatum. 122.
Papa utramque juriſdictionem ſibi vendicat. 13.
Papa eſt orbis Epiſcopus. 24. *Eccleſiæ univerſalis rector.* ibid. *Cardo omnium Eccleſiarum.* ibid. *Totius Eccleſiæ fundamentum, ſponſus, Magiſter fidei, caput omnium Eccleſiarum.* ibid.
Papa eſt Deus inter homines. 15. *Chriſtus Domini.* ibid. *Claviger vitæ æternæ.* ibid.
Papa Eccleſiæ ſponſus non eſt. 484.
Papa poteſt ſupra jus diſpenſare. 16. *& contra Apoſtolos, Apoſtolorum canones, contra vetus teſtamentum, in voto, juramento, & quocunque alio caſu.* ibid.
Papa omnia jura in ſcrinio pectoris ſui habet. 318.
Papa obtinet totius mundi Principatum. 319.
Papa non eſt homo. ibid. *Terrena ut Deus adminiſtrat.* ibid.
Papa omni creaturæ imperat. ibid.
Papa confert & transfert regna. ibid. *Diſpenſat ſupra jus.* ibid.
Papa poteſt Reges *conſtituere & deponere.* 320.
Papa major Imperatore, *quantò Sol lunâ.* 321. 541. 542.
Papa auro, Imperator plumbo comparatur. 321.
Papa nec Deus eſt, nec homo, ſed medium inter utrumque. 322.
Papa humilitatis veſtes, in ſuperbiæ ſtolam commutavit. 325.
Papa verbis ſe dicit ſervum ſervorum, reipſâ vult eſſe dominus dominorum. ibid.
Papa Vicarius Chriſti. 14. 15. 35. 329. 337.
Papa Succeſſor verus Petri. 14. 21. 35.

Papa

pa Petri vicarius. 35.
pa ſucceſſori manus ligare non poteſt. 442.
pa ab interjectione admirantis Papę dictus. 482
pa nec Deus eſt nec homo. ibid.
pa metaphyſica, & transcendentalis poteſtas.
483.
pa eſt omnia, & ſuper omnia. 482.
pa qualis Deus. 483. 484.
pa admirabilis. 482.
pa crudelis carnifex. 471.
pa fæmina. 316.
pa X. Dei præcepta in unum, Da pecuniam,
mutare poteſt. 236.
pa Appii & Phariſæorum imitator. 218.
pa monſtroſus cerberus. 115.
pa mendax. 35.
pa incarnatus diabolus. 316.
pa judicio ſanguinis intereſſe non potuit. 127.
pa impudens & fatuus. 221.
pa eſt bonus chymicus, qui plumbum in aurum transmutare poteſt. 235.
pæ ſtatutum æſtimari debet tanquam à B. Petro dictum. 313.
pæ omnes Imperatores fidelitatem jurabunt. 323
ſchalis II. pro jure inveſtituræ è manibus Imperat. extorquendo, fraus. 167.
ſchalis II. jus inveſtituræ Imp. conceſſit. 168.
ſchalis II. perjurus. ibid. & 170. Inveſtitu-
Epiſcoporum Henrico V. reſignat. 176.
ſchalis II. Henricum IV. in concilio Moguntino excommunicavit. 271.
Henricum V. in concilio Lateranenſi. ibid.

Paſce

Paſce oves, cui dictum. 28.
Paulus III. planetarius & ariolus 316. adulter. ibid.
Paulus. II. ſcortator. 316.
Paulus Apoſtolus laureâ martyrii coronatus. 104.
Paulus non minor fuit Petro vel reliquis Apoſtolis. 28.
Pelagii Papæ ad Childebertum Galliæ Regem literæ. 121.
Pelagii II. coram Imperatore Mauritio excuſatio. 156.
Pelagius II. Epiſcopum univerſalem negavit. 501.
Perjurii pœna non mitior quam homicidii. 530.
Perſonalis ſucceſſor quis. 80.
Petri vocabulum quomodo accipiendum. 22. 23.
Petrus à petrâ. 23. 25.
Petrus reliquis Apoſtolis æqualis. 22. 23. & ſeqq.
Petrus in reliquos Apoſtolos nullam juriſdictionem habuit. 28. 29.
Petrus Chriſti vicarius. 35.
Pharao corde à Deo induratus. 7.
Philippus IV. Galliæ Rex decimas exigit. 137.
Philippi IV. reſponſio ad literas Bonifacii. VIII. 391.
Phrygium Pontificis capiti impoſitum. 73.
Pius IV. ſcortator. 316.
Pœna bigami. 175.
Pœna viduæ & virginis, quæ poſt votum nupſit ib.

Pœna

na ſacerdotum uxores ducentium. 283.
na verberantis Clericum. 292.
na occidentis presbyterum, ſubdiaconum, Epiſcopum, monachum. 30.
næ in emendationem hominum conſtituuntur. 297.
oniæ Regnum Papæ tributarium. 417.
loniæ Regum in Eccleſiaſticos jurisdictio. 147.
loniæ Reges jus Epiſcopos eligendi ſibi vendicant. 134.
ntifices contra ſtatuta Patrum nihil condere poſſunt. 58.
ntifices mandatis Imperatorum è medio ſublati. 104. 105.
ntifici non licet concilia convocare ſine mandato Cæſaris vel Regis. 205.
ntifex Rex Morionum à Turcarum Imperoratore vocatus. 321. de alterius bonis valdè liberalis. ibid.
ntificum inexplebilis avaritia. 235. & ſeqq. ad pecuniam coradendam artes 235. & ſeqq. 242. 244. & ſeqq.
ntifex omnia regna ſua eſſe aſſerit. 325.
ntifex eſt Rex Regum, cui univerſus orbis miniſtrat. 328.
ntifex, non Petri, ſed Luciferi ſucceſſor. 339.
ntifex maximam ſui juris partem ipſe evertit. 354. 355.
ntifices bonâ fide caruerunt. 364.
ntificum in Reges crudelis tyrannis, faſtus & ſu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

& ſuperbia 468. 471. 472. & *ſeqq.*
Pontifices, juramentum à ſubditis præſtitum, revocare non poſſunt. 530. 531.
Pontifex ipſe excommunicatus. 531.
Pontifices annuatim Romæ, ultra triginta millia coronatorum pro lactis cenſu accipiunt. 547.
Poſſeſſor malæ fidei nunquam præſcribit. 364.
Poteſtas omnis à Deo. 7. 90. 92. 17.
Princeps eſt filius non præſul Eccleſiæ. 78.
Princeps habet jus in conciliis præſidendi. 209.
Principatus in omnes Eccleſias à Conſtantino, Sylveſtro datus. 70.
Principem ornat verbum illud, quod ſcripſi, ſcripſi. 445.
Princeps eſt Eccleſiam defendere. 2. *& ſeqq.* 449
Principis eſt concilia convocare. 188. 189. *& ſeq.* 208. *& ſeqq.*
Principis eſt ſynodi decreta confirmare 120.
Principi bona ſui principatus vel regni alienare prohibitum. 437. 439.
Provocatio ad transmarina judicia, illicita. 52. 53. 54.

Q.

QVod eſt perfectum novam formam non recipit. 77.
Quod quisque juris in alium ſtatuit, ipſum eodem jure uti debere, æquum eſt. 358.
Quod tuum non eſt, ad alium pertinere ſcias. 364.

R.

REges, conciliis præeſſe debent. 190. 273.
Reges Eccleſiæ patroni. 185.

Reges

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

s juſſu Dei conſtituuntur. 8. 9.
s à ſubditis colendi. 9.
nenſis concilii error. 290.
ublicæ intereſt, crimina impunita non mane. 128.
gio & poteſtas præcipua Dei dona. 6. 1.
gio Pontificibus nequitiæ operculum. 226.
gionis vis. 225. 263. & ſeqq. 268.
gionis nomine utuntur Pontificii ad omnia rpetranda ſcelera. 226.
quiæ Sanctorum, loco ſanctitatem non con- iliant. 300.
non magis quam ſemel mea eſſe poteſt. 77. 345
Imperii & Imperatoris diſtincta. 431.
bublica, minorum jure utitur. 438.
bublica pupilla dicitur. 439.
ublica extra ordinem juvanda. 441.
ſubditos ſuos judicat. 85.
communis omnium pater. 437.
erti Jaguini, de Clericorum inveſtiturâ ju- icium. 159.
na avara. 252.
na, quare merito caput mundi. 246.
na Pontifici Sylveſtro à Conſtantino data. 74
næ omnia venalia. 250.
nam incredibilis pecuniæ copia, ex Galliâ ex- portata. 233.
mæ exitium. 557.
mani Concilii error. 292.
manæ aulæ barathrum inſatiabile. 234.
manorum in legibus explicandis calliditas. 255.
manus Epiſc, non eſt dominus Epiſcoporum. 273.

Roma-

Romanus Pontifex etiam eſt paſtor. 457.
Roſarium. 508.
Ruſſiæ regnum juris & ditionis Eccleſiæ Romanæ eſt. 411.
Ruſſiæ domini nunquam Regis titulum, ſed Magni ducis ſibi vendicant. 413.

S.

Sacerdotium Dei donum. 1.
Sacerdotibus licitum uxores ducere. 253.
Sacerdotum filii ad Pontificatum evecti. 286.
Sacromiſea. vid. Miſea.
Salomon ſeditioſum ſacerdotem depoſuit. 215.
Salomon Rex Abiatarum Pontificem depoſuit. 95.
Salo. Rex in Eccleſiaſticos poteſtatem exercet. 87.
Salomoni, Majeſtas Regia oblata. 8.
Salomon quamvis ad idolelatriam inclinavit, regno tamen præſuit. 519.
Sancta Maria Rotunda, antea Pantheon appellata. 122.
Sanctorum reliquiæ, loco ſanctitatem non addunt. 300.
Sardiniæ Pontificum feudum. 373.
Saul in Regem electus.
Secundæ nuptiæ licitæ. 276.
Sedulii verſus. 102.
Severinus unic. ab Iſacio Italiæ Exarco confirmatus. 156.
Scipio de Pannochieſcis, Archiepiſ. Piſanus. 61.
Scotiæ regnum Eccleſiæ Romanæ feudum. 410.
Scripturæ diverſæ, invicem pugnantes, nihil probare poſſunt. 349.
Siciliæ regnum Papæ feudale. 366.

Sin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

ngularis ſucceſſor. 79. 80.
xtus II. capite plexus. 107.
xtus V. ſpatio trium annorum, quinque millio-
nes auri permutatione plumbi corraſit. 236.
xtus IV. ſcortator. 316.
zimus tres canones Concilii Niceni, ab Africanis
exquutioni mandari petit. 53.
phanus I. capite plexus. 106.
phanus Vngariæ Rex, inſignia regalia à Bene-
dicto VIII. petit. 415.
cceſſor univerſalis quis, ſingularis quid, & per-
ſonalis quis. 79. 80.
Succeſſorum tria genera. 79.
eciæ Regnum Papæ vectigale. 418.
eciæ Rex, Guſtavus I. rebelles Epiſcopos domuit.
224.
ecorum Regum in Eccleſiaſticos juriſdict. 148.
eno Danorum Rex. 4. 21.
perſtitio, quas habeat vires. 226.
veſtri legenda, eſt potius lugenda. 333.
veſter II. Magicus. 316.
nodus Nicæna æqualitatem inter Epiſcopos ha-
bere voluit. 43.
nodus V. à Juſtiniano convocata. 201.
nodus Ravennæ à Theodorico Gothorum Rege
convocata. ibid.

T.

Araſii ad Papam Adrianum literæ. 53.
Taraſius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Ro-
manum Epiſcopum ſuum comminiſtrum vo-
cavit. 52.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Taraſius novæ Romæ Epiſcopus. 53.
Taxa cancellariæ Apoſtolicæ. 544. 546.
Templarii à Principibus olim ſublati. 222.
Teridates coronam à Nerone impetratum venit. 450.
Teſtimonia domeſtica non valent. 59. 326.
Teſtes duo vel tres ſufficiunt. 307.
Teſtis in propria cauſâ nemo idoneus eſt. 60. 239.
Teſtium numerus à canoniſtis varius fingitur. 306
Thalaſſius Africæ proconſul. 112. Imperatorum *ad eum literæ.* ibid.
Theodobertus Rex, *Concilium Avernenſe coëgit.* 204.
Theodoreti teſtimonium de poteſtate Imp. 107.
Theodorici à Niem de Epiſcoporum inveſtiturâ judicium. 160.
Theodoricus Gothorum Rex, *Epiſcopum falſò accuſatum, dimittit.* 112.
Theodoricus Gothorum Rex, *ſynodum* Ravennen*ſem convocavit.* 201.
Theodorus Calliopa, Martinum Papam in exilium miſit. 122.
Theodoſii & Honorii Imp. de baptiſmo reſcr. 114.
Theodoſius Magnus concilium convocat. 192.
Theodoſius junior concilium contra Neſtorium convocat. 194.
Thomas Morus, Regi *Angliæ cedere noluit.* 224.
Tiberius Imperator *hereditatem ex teſtamento adiit.* 446.
Tranſmarina loca, Romana *ſunt.* 53.
Tranſmutatio metallorum. 245. *tranſubſtantiatio introducta.* 308.

riburienſis concilii error. 282. 302.
ullus Romanorum Rex, jurament. datum ſervavit. 267
urpe eſt jus in quo quis verſatur ignorare. 272.
yrannicè Eccleſia à Pontifice occupata. 83. 14.
yrannis Pontificum in Reges. 488. 489, & ſeqq.
yranni, nova Pontificum & canoniſtarum definitio, 153.

V.

VAcantiæ quid. 548.
Valentiniani & Valentis conſtitutio. 112. 113.
Vargæ Cæſaris legati Oratio. 207.
aſtenſis concilii error. 293.
bſalienſis Archiepiſcopus à Guſtavo I. Sueciæ Rege in exilium actus. 224.
bſalienſis Eccleſia, dignitate Archiepiſcopali, decorata. 419
enetorum in Eccleſiaſticos juriſdictio. 150.
enetorum faceta reſponſio, quâ ſuum jus in mare Adriaticum probarent. 355.
enetorum Legati Hieronimi Donati, faceta reſponſio Papæ data. 354,
enetiis adhuc conculcati Imperatoris Friderici effigies in atrio Scrutini picta invenitur. 268.
icarius Vicarium facere non poteſt. 36.
ictoris III. decretum, quo Epiſcopi aliæque Eccleſiaſticæ perſonæ à Laicis inveſtiri prohibentur. 165.
iduam duens, Clericus fieri non poteſt. 281.
iduarum poſt religionis habitum aſſumptum, pœna. 175.
idua Epiſcopi vel præbyteri nubens, excommunicetur. 279
ennenſis concilii error. 302.
igilius I. variis tormentis affectus. 112.
italianus unicus. 155. Principi ſignificat ſe eſſe Epiſcopum ordinatum. 156.
iolator canonum Pontificum, peccat in ſpiritum S. 56. & hæreticus eſt. ibid.
irginum poſt relig. habitum aſſumptum nubentiũ pœna. 275
ngari Ghieſæ filium, Regem creant. 415.
ngari, extraneos ad officia Eccleſiaſt. non promovent. 231.
ngariæ regnum, Romanæ Eccleſiæ propriumeſt. 414.
niverſalis ſucceſſor quis. 79.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Vrbanus V. Birgittam Wadſtenenſem & Catarinam Senenſem canoniſavit. 343.
Vrbanus VI. Reip. turbator 174.
Vrban. VIII. contra Odoardum Farneſium bellum geſſit. 496.
Vrbici concilii error. 290. 302.
Waldemari Danorum Regis literæ Alexand. III ſcript. 224.
Walteramni de inveſtitura Epiſcoporum judicium 158.
Vxores ducere ſacerdotibus permiſſum. 284.
Vziæ non licet ſuffitum facere. 214.

Z.

ZAcharias Papa Childericum Francorum Regem depoſuit. 302.
Zacharias mutus, à Sacerdotio tamen non excluſus. 498
Zemiſces Imperator, Baſilii donationes revocavit. 444.
Zepherinus Papa hæreticus 511. 316.
Zerubabel Eccleſiæ defenſor. 214.
Zonaras monachus Græcus, 44.
Zonaras canonem quintum Concilii Sardicenſis explicat. 50
Zonas Monacho in monaſterio habere non licet. 289.

ERRATA.

IN præf. compendiariorum. leg. compendiorum. pag. 68. inducerunt. leg. induerunt. p 74. hujus leg. huic. p. 97. aron. leg. Aaron pag. 100 l. 1. adulatores leg. adulatores invaſit. p. 112. indieationis leg. judicationis. p. 133. decim. leg. deſim. p. ead cum Clement. III. l. cum C.L.III p. 152. Miniſteriis leg. miniſtris. p 170. exortâ. leg extortâ p. ead. Vrbs caterer. leg. urbs illa careret. p. 192 ab utraq; propoſita. leg. ab utraque parte propoſita. pag. 223. l. ult. altem. leg ſaltem. pag. 224. l. 1. politicam penitus. leg. politicam Majeſtatem penitus. p. 242. unde rem pontificis. leg, unde magnam Pontifices. p. 360 comercirum leg. commercium. p. 383, egnum leg Regnum. p. 406. Romanæ factum eſt. leg. Romanæ facta eſt. p. 417. inſigna. leg. inſignia. p. 428. præſeps leg. præceps. p. 513. tutis lege, tutius.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
453 K 3